Margarita Philosophica cũ additionibus nouis: ab auctore suo studiosissima reuisione quarto super additis

Anno domini. M. D. XVII.



Io. Schottus Argentinen. lectori. S.
Hanc eme, non pressam mendaci stigmate, Lector:
Pluribus ast auctam perlege, doctus eris.
Basileę. M D X VII.

Philesius vogesigena de laudibus ꝛ fructu Margarite philosophice.

Si mea continuo perfunderet ora liquore
  Duro gorgonei fons pede fossus equi:
Totus ꝛ intraret calefactum in pectus Apollo:
  Implerent muse si mea corda nouem:
Digna tamen libro preconia dicere scripto/
  Nec possent Reischo carmina nostra patri.
Nam sua comperit hic omni sine grāmata gyro
  Prima tener discit qui rudimenta puer.
Hic ꝛ pro rostris rhetor dicturus auaris/
  Rem spectat mira cum leuitate suam.
Hic quoqꝫ qui logicen vult litigiosior ipsam
  Calle suum discit syncathegreuma leui
Hic cernit prisco docti de more Platonis
  Qui numerat/numeris omnia pꝛhensa suis:
Ipseqꝫ contemplans sensu geometra profundo/
  Hic varios multa comperit arte modos.
Diligit argute qui grata volumina vocis
  Musicus/hic graciles conspicit ipse sonos.
Tollit in ethereos qui lincea lumina tractus/
  Ignea cum celsis hic videt astra polis.
Ipsaqꝫ nature speculans arcana sagacis/
  Rem discit totam ex partibus esse suis.
Cui Medicina placet magno bene nota Galeno:
  Illi est hic studij portio tacta sui.
Nos quoqꝫ que format morum doctrina beatos:
  Ipsaqꝫ cum fructu Theologia suo.
Hec ꝛ plura meis nunc non numeranda camenis
  Hic mira retinet sub breuitate liber.
Vos quos vel sophie cōmercia grata latine/
  Verus amor Reischi/vel tenet ipse mei:
Hunc vigili tm̄ tractetis mente libellum:
  Et saturate bonis languida corda cibis.
Hanc Pater ipse suam natam non inuidus vnam
  Ornauit:larga rursus ꝛ auxit ope.
Tertia quam docti laudata impressio Schotti
  Fuso nunc nitidis fabricat ere notis.
Atqꝫ vt ꝛ hanc proprio noscaris nomine natam:
  μαργαρις huic nomen φιλος et est σοφικα.
O studiosa cohors nateqꝫ patriqꝫ fauete:
  Non indigna dabit premia talis amor.
Illos seruabo memori sub corde repostos
  Hos artus donec spiritus ipse reget.

τελως.

Margarita philosophica totius philosophie Rationalis: Naturalis & Moralis principia dialogice duodecim libris doctissime cōplectēs

Quorum

Primus Grammatice rudimēta per omnes eius partes/ & prosa & carmine continet.

Secūdus Dialectice principia exemplari demonstratione abūde satis cōmemorat.

Tertius Rhetorice partes/ cum arte memorandi & epistolandi edocet.

Quartus Arithmetice species rhetorice & practice cū diuersis algorithmis pertractat.

Quintus Musicas consonantias rhetorice & practice ↄsyderat Et monochordum in diatonico genere diuisum/ ipsi manugammaut coaptat.

Sextus Geometrie elementa primo quidem rhetorice/ deinde practice: cum diuersis instrumētis & dimetionibus exponit.

Septimus Astronomie theoremata/ totius mundialis machine dispositionem: celestium & elementalium regiones: situm orbis iuxta cosmographoꝝ traditionē/ cum generali mappa dilucidat. Astrologie preterea partes omnes ꝑcurrens/ genethliacos precipue & fatidicos prophetarū oraculis & sanctorū patrum sententijs confutat. omnēq; superstitionis sobolē: Necromantiā/ Pyromantiā/ Geomantiā/ artem Notoriam & imaginū ritū & execrationes pandit & reprobat.

Octauus Naturalis philosophie principia/ a diuersis diuerse quidem enumerata concorditer declarat.

Nonus Originem primordialē & productionē omniū rerū naturaliū tā simpliciū ꝙ̄ mixtarū explanat. Alchimie ꝑterea principia & auctores cōmemorās/ lechimistas eliminat & retaxat.

Decimus Anime vegetatiue & sensitiue potentias/ organa/ obiecta & operationes explicat: & circa sensum visus perspectiue theoremata cōmemorat.

Undecimus Anime rationalis originē/ naturā/ immortalitatē futurū statū: tam in miserijs infernalibus ꝙ̄ gaudijs celestibus per nouē cāpos inuestigat: & ob id multorū philosophoꝝ & theologorū positiones de natura anime enumerat.

Duodecimus Philosophie moralis partes pertractat passionum/ virtutum moraliū/ intellectualiū & theologicaliū rationes cum oppositis vitijs explicat.

Superadditur Registrum seu inuentariū iuxta literarū ordinē queq; notabiliora in toto ope ↄtēta lectoris obtutib⁹ ostētās

Figuris quoq; artificiosissime effigiatis & pene innumeris totū opus illustrat.

Philosophie partitio

- Philosophia diuiditur in
  - Theoricā siue speculatiuā. Et ē aut
    - Realis. que rursus in
      - Metaphysicā τ hec aut est
        - Diuinitus inspirata. τ est Theologia vera in veteri ac nouo testa. tradita
        - Humanit⁹ cōq̄sita. quā Aristo. Auicēna/τ ceteri in mltis libris descripsere
      - Mathematicā cuius ptes sūt.
        - Arithmetica
        - Geometria
        - Musica
        - Astronomia.
        - integrātes q̄druuiū.
      - Physicā / siue naturalē. sub q̄ τ medicīa theorica cōtinet: et tradit in libris
        - Physicorum
        - De celo τ mundo.
        - De gn̄atiōe τ corruptiōe.
        - Meteororum
        - Mineralium
        - De elementis.
        - De anima
        - De animalib⁹ τ plantis.
        - De sensu τ sensato
        - De mēoria τ remīscētia.
        - De somno τ vigil.a
        - De iuuētute τ senectute.
        - De r̄spiratōe τ ī spiratōe
        - De nutrimēto τ nutribili
        - De sanitate τ egritudine.
        - De motu cordis
        - De morte τ vita. τ multis alijs breuitatis causa hic pretermissis.
    - Rōnalis cuius ptes sūt
      - Grāmatica
      - Rhetorica et
      - Logica. constituentes triuiū.
  - Practicā q̄ est aut.
    - Actiua que traditur in
      - Ethica.
      - Politica
      - Economica.
      - Monastica.
      - Sub his vtrūq; ius cōtinetur.
    - Factiua cuius ptes sūt artes mechanice. s.
      - Lanificium
      - Armatura
      - Nauigatio
      - Agricultura
      - Venatio
      - Medicina
      - Theatrica



petrus Lombardus
Theologia seu Methaphy.
TYPVS·GRAMATIC
phisica
Seneca moralis
Pitago Musica
Euclides geometria
Ptolomeus Astronomia
Aristote. Logica
Tullius Rethorica. poesis
abcd efgh iklmn opqrs
Priscian
NICOST RATA
TRICLINIVM·PHILOSOPHIE

Margarite Philosophice Liber. I. De rudimentis Grāmatices. Tractatus. I. De noticia partiū orationis. Ca. I. De definitione et diuisione Philosophie. Discipulus.

Quid est ꝙ te iādudū estuāti animo/alacri studio ⁊ īdefesso labore ī diuersis libris venari video? Ma. Philosophiā quero. Discip. Et quid sit Philosophia ignoro? Mag. Philosophia est diuinaꝝ/humanarūq₃ reꝝ cognitio: studio bene viuēdi ꝯiūcta. Uel est rerum humanarū diuinarūq₃ sciētia. In cuius amorē Sapiens inuitat/dicens: Hec speciosior est sole: ⁊ super omnē dispositionem stellaꝝ: ⁊ luci cōpata inuenit̄ prior. Omne aurū in cōparatione illius arena est exigua: ⁊ tanꝙ lutū estimabit̄ argentū in conspectu illius. Nam omniū bonoꝝ mater est: ⁊ thesaurus infinitus hominibus: quo qui vsi sunt/participes facti sunt amicicie dei ⁊c̄. Unde ⁊ Seneca virū speculatiuū quasi deum in humano corpore hospitatū/astruebat. Discipulus. Miras philosophie laudes p̄dicas: sed vnde istoc insignita sit nomine/edicito. Magister. Philosophia nomen grecum est/non latinum: ortum a φιλοσ id est amicus: et σοφια id est sapientia: quasi amata sapientia. Si enim sapientie forma: vt aiebat Plato/oculis videri posset: maxime ad amorem sui homines concitaret. Discipulus. Et hinc philosophi dicti/qui amatores sunt sapientie? Magister. Etiam fili: sic enim primus Pythagoras non sapientem/sed philosophū potius se esse respondit: id est amatorem sapientie. Discipulus. Quomodo amatores sapientie sunt: quā (vt ais) oculis cernere nequeūt: nihil autem amatum nisi cognitum? Magister. Sapiētia etsi oculis corporis neutiꝙ videatur: cum sit sole speciosior: intellectualibus tū facile videtur/ab his q̄ diligūt eam. Et partim quidem vt a patre luminum (a quo omne datum optimum) immediatius inspiratur: partim autem vt humana industria per ea que facta sunt sensibilia indagatur. Hinc ⁊ in plures partes secernitur: vt in pretacta descriptione liquet.

Philosophia q̄d.

Sap̄. vij. a Philosophie laudes.

Aug. de tri. li. 14. c. 1.

Seneca

Plato

Aug. de tri. li. ix. c. iij. et li. x. c. j. ⁊ ij.

Pythagoras philosophus.

Sap̄. 7. d
Jacob. 1. c
Rom̄. 1. c

De Ratione ⁊ ordine dicendorum. Capitulum. II Discipulus.

Non me puto feliciorem diem hactenus hac ista vixisse: quo hec et iocunda ⁊ animo meo gratissima audiui: nec inferiorem felicitatis partem me attigisse existimarem/si horum saltem generalem cognitionem paucis consequi possem. Magister. Optime sentis. Nam Aristoteles mortalium felicitatem/non in diuitijs/non in honoribus/nec ceteris bonis exterioribus: sed speculatione substantiarum separatarum (de quibus metaphysica) posse reperiri astruit. Et Poeta felicem dicit eum/qui rerum potuit cognoscere causas: que in ceteris philosophie partibus inquiruntur.

Aristo. x. eth.

Uergilius Georgi. I.

Horum tamen omnium noticiam: et si generalem/paucis edocere labor est nō
Horatius in arte — modicus. Dum enim iuxta Horatij sentētiam/breuis esse volo: obscurus fio. Et si quid forte non tam scitu dignum/ꝙ vulgatum silentio preteritum iri contigerit: non deerunt qui subductis supercilijs/rugato naso et toruis oculis in superficie palpitantes: canino dente omnia simul corrodent. Malens autem horum subire calumnias/ꝙ te optime indolis adolescentem/claro satum sanguine/et philosophie cupidissimum: more pecudum sine literis vitam agere:
Salustius — partium philosophie/eo quo enumerate sunt ordine/prima rudimenta explanabo. A grāmatica igitur omnium artium prima initium sumētes: in primis inextricabiles quosdam eius labyrinthus abijciendos reor: ne in his diutius immorari/tempus preciosissimum (quod natura mortalibus parce distribuit) sine fructu pretereuntes vtiliora attingamus minime. — Auctoris intentio — Quid enim proderit ingenia puerorum tenerrima: in fictis singulorum dicendorum continuationibus/diuisionum excogitatis reductionibus et sufficientijs/perplexis regiminum viribus/anilium fabularum recitationibus de quis et qui/si inter pronomina censenda: de vocatiuo si verbo personali in ratione suppositi iungi possit: de quinqꝫ figuris: de impersonalibus: et an ne gerundia inter participia collocan… veniant: insuper et de varijs impedimentis in constructionis ordine/et constructionum superuacuis nominibus frustra occupari? Aut quid demum pensi habebit modos significandi et omnimodam eorundem diuersitatem tenerrimis auribus inculcari: quos sine naturis rerum/et philosophia prima nesciri nemo doctus dubitat? Hec itaqꝫ et similia missa facientes quo tendimus pergamus. — Vanitates grāmatellorum. — Discipulus. Perge.

De Grāmatice definitione: inuentore literarū numero et distinctiōe. Ca. III Magi.

Quintilian⁹ — Grammatica igitur (a qua exordiri oportuit) est recte scribendi et loquendi scientia: fons et origo omnium artium. De qua et Quintilianus: Nisi grāmatice fundamenta fideliter ieceris/quicquid superstruxeris corruit. Dicta autem παρὰ τὰ γράμματα id est literis: quasi literaria siue litteratoria scientia: eo ꝙ litera minima grāmatice pars sit. — Grāmatice quid — Discipulus. Quis hanc primo homines edocuit? Magister. Grāmatice prima elementa/que vt diximus sunt litere: s̄m linguarum diuersitatem diuersi tradidere. Hebraicas nāqꝫ literas ab Adam protoplasto nostro parente / posteris relictas facile accipimus: cum et omnibus creatis nomina indiderit. Harum et nomina et figure characterum sunt
Adam Gen. 2. d

Hebreum alphabetū

theth	heth	saen	vau	hee	daleth	gimel	beth	aleph
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
samech	nū fi.	nun	mē fi.	mem	lamed	caph fi.	caph	ioth
ס	ן	נ	ם	מ	ל	ך	כ	י
tau	schin	res	qupb	zadick fi.	zadick	pe fi.	pe	ain
ת	ש	ר	ק	ץ	צ	ף	פ	ע

Grecas vero (etſi non omnes) Cadmum ex phenicia adduxiſſe perhibēt. videlicet.

Alphabetū grecum

alpha. uita. gāma. delta. epſilō. zita. ita. thita. iota. kappa. lavda
α β γ δ Δ ε ζ η θ ι κ λ
mi. ni. xi. omicrō. pi. ro. ſigma. tav. ypſilon. phi. chi. pſi. omega.
μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω

Nicoſtrata latinarū litterarū inuentrix

Sed latinarū de quibus nos agimus Nicoſtratam Euandri matrem inuentricem hiſtorie tradunt: non tamen omnium/ ſed illarum tm̄. A B C D E F G I L M N O P R S T U. alie autē ſcilicet: H K Q X Y Z. longo poſt tēpore his quas Nicoſtrata inuenerat nō ſine cauſis adiecte ſunt. Diſcipulus. Quibus de cauſis? Magiſter. H addita eſt vt eſſet haſpirationis nota haſpirant enim vocales omnes. vt ha/he/hi/ho/hu. Sed conſonantes in latinis nunq̄ (dempto pulcher) haſpirant. In grecis autem/ et que ab his c p r t haſpiratas cōſpicimus. vt philoſophus/ rhetor/ theologus Chriſt⁹: qd̄ grece per x qd̄ valet ch et p qd̄ valet r et c qd̄ valet s adiecto titello ſcribitur: in hac forma/ xp̄c. Hinc q̄dam ex noſtris Chriſtus per x p c ſcribendum inſulſe ignoranterq̄ tradidere. K aſſumpta eſt vt inter c et q diſcrimen faceret. Nulla tamen dictio ſeu vox latina k ſcribenda eſt. licet vſus in aliquibus male habeat. Pro q nonnunq̄ antiquiores c ſcribebant. Sic pro x/ c et s/ vel g et s ponebant. Nunq̄ ergo poſt x ſcribendū eſt s. Y vero et Z a grecis mutuauit latinitas: propter greca ſcribenda: quibus nōnunq̄ vtitur y pro i: et z pro ſſ duplici ponitur: vt πατρίζω patriſſo. Sunt itaq̄ litere numero. xxiij. Quarū quinq̄ vocales dicte: quia ſine alijs efficiunt: ſcz a e i o u. Relique omnes conſonantes: quaſi cum vocalibus ſonantes. vt h cum e ſonat he. Similiter v et i in principio vel medio dictionis/ ſi mox vocalis ſequitur/ in vim conſonantis migrant. vt valor/ iacob/ maior/ audiui. Q ſi in medio dictionis vocalis preceſſerit i alia ſequente in eadem ſyllaba. pro duplici ij conſonante accipiunt.. vt peius/ eius. U vero immediate ſequens g q et s vim littere perdit: quia nec dyphthongon/ nec poſitionē efficit. vt lingua/ aqua/ ſuadeo. Conſonantes rurſus bipertiuntur/ in Mutas: et Semiuocales. Mute ſunt que vocali in qua deſinunt dempta abſq̄ voce ſunt. vt b c d f g k p q t. Cetere Semiuocales ſunt: quia e vocali a qua incipiūt dempta ſemiuocalem faciunt. vt l m n r s. Et x que a vocali i ordit. E quibus due liquide ſunt: ſcilicet l et r. quia alicui mute in eadem ſyllaba adiuncte vocalem precedentem ancipitem reddunt. vt tenebre repleo ꝛc̄. F autem et ſi more ſemiuocalium a vocali incipiat/ mutis tamen deputabitur: cum dictionem ad inſtar ſemiuocalium finire non poſſit. Ex his quedam in gutture/ alie labris/ nonnulle vero appulſu lingue circa dentes et palatum formantur: quod labia mea et lingue deflexionem animaduertendo facile intelliges. Diſcipulus. Capio. Sed in quem vſum aſſumpte ſint edicito.

H
Chriſtus
K Q
Y Z
Litterarū latinaꝝ numer⁹
Uocales.
Conſonantes
Mute.
Semiuocales
Liquide

De Syllabis. Capitulum Quartum. Magister.

Dyphthongi

Ex connexione litterarum diuerse emergunt syllabe. Cum enim due vocales iuncte fuerint/dyphthongos quattuor efficiunt. Quarum due prime au et eu et scribi et legi possunt: vt audio euangeliū. postreme autem due ae et oe scribi possunt: sed legi concessum non est: vt eneas. fedus. Si autem consonans vna vel plures vocali associate fuerint/ varias syllabas causant. vt ba/ca/da rc̄. Non autem plures tribus vocalem in eadē syllaba aut preire/aut sequi possunt. Si autem tres precedant/ due sequuntur. vt monstrans. Si tres sequuntur/due precedunt. vt stirps. semper autem harum trium prima vel vltima est l vel r. Non ergo pluribus sex vna syllaba litteras recipit: nec vocales tres continet. Quotecunq autem sine vocali combinate fuerint/syllabam non constituunt. Syllabam omnes littere incipiunt: y dempta: que semper in principio h aspirationē ante se requirit. vt ab. bos. cos. dos. ex. fur. glos. hic. in. kalende. laus. mons. non. os. pes. quirus. sus. tu. vrbs. xenodochium. hydria. zona. Vocalibus omnibus syllabam terminare cōcessum est: vt mensa. cubile. gumi. leo. genu. Consonātibus autem hec potestas certa lege constricta est. Discipulus Qua. Magi.

Syllaba omī lr̄a principiat

Lr̄ar ptās

B

¶ B nullius syllabe finis est: nisi et sequentis initiū sit. vt abbas. Excipiuntur dictiones composite ex prepositione in b terminata. vt sublego. obtrecto. obduco rc̄. Transit preterea b in f. c. g. m. r. sequentibus illis in compositione. vt officio. sufficio. occurro. succurro. suggero. summitto. surripio. arripio aufero. Tamen non afero dicitur differentie causa: ne dicendo affero ex ad et fero compositū credatur.

C

¶ C syllabam terminat/si sequens a q vel c incipiat: vt siccus. quidq̄ (quod et quicq̄ dicitur)

D

¶ D in simplicibus syllabā non terminat: in compositis aūt si sequens a d incipiat. vt reddo/addo. Sed adquiro/idcirco/quicqnid: in prima syllaba d retinent. ſm aliquos. Si autē sequens syllaba ab s et alia consonante incipiat: d subtrahitur. vt ascendo. aspiro. asto.

F

¶ F tunc syllabam finit cum sequens ab f incipit. vt afficio.

G

¶ Idem iudicium G subit. vt suggero. aggero. pro illo tamen a principio dictionis nonnunq̄ c scribitur: vt Caius pro Gaius. ob quam causam et apud grecos g post h litteram in ordine locatur

H

¶ H in apocopatis syllabam terminat. vt ah/vah: ab/aha vaha. Proh sine c scribitur.

K

¶ K in latinis non ponitur. vt supra visum est.

L

¶ L syllabam finire potest quacunq consonante sequente: q r k h demptis. vt albus. vlcus. valde. alfeus. algeo. illud. vlmus. vlna. culpa. fulsit. altus. silua. mulxi.

M

¶ M syllabā terminat/si sequens ab m b vel p incipiat. Unde et si has consonantes n precesserit/in m mutat. vt ambulo. imperiū. immanis.

¶ N in sequentibus c d f q t m n transit. vt quēcunq tandē. anfractus. nunq̄ identidem. Si autem n contigerit sequi m/tunc in eadem syllaba erunt. vt damnum. scamnum. nunq autem p interponenda est. Si autem m sequitur s vel t/interponitur p causa melioris soni. vt compsi comptum. Inueniuntur

etiam b c d l r s t v consona interposita litteris/causa soni melioꝛis. vt ambi
go ex am et ago. sicubi ex si et vbi. prodest ex pro ⁊ est. dirimo ex di et emo. ob
scurus ex ob et cura. identidem ex idem et idem. bouis a bos. M precedens
te s vim consonantis videtur amittere. vt smaragdus.
¶ N syllabam finit sequente c. vt truncus. d/vt mando. f. vt confiteoꝛ. g/vt N
angulus. Si autem n sequitur g ipsum preire non potest. vt agnosco. n vt annus
solennis sine p. q/vt inquiro. s/vt consitus. t/vt mantua. i consona/vt coniūx.
v consona/vt conuerto. x/vt anxius. Sequente vero r. vertitur in idem r. vt cor
rumpo. Vertitur et in m: si sequatur b m p exemplo vbi supra.
¶ P syllabam non finit: nisi ab ea sequens incipiat. vt lippus. P
¶ Q nullius syllabe finis est. ¶ R syllabam finit quacunq; consonante Q
sequente: b dempta. vt moꝛbus poꝛcus oꝛdo perficio margo perhibeo periu- R
ro perluceo carmen canis coꝛpus arquitenens currus moꝛsus artus xerxes
coꝛuus barzizia. ¶ S sequente s in simplicibus syllabam finit. vt assis. Et S
in compositis sequente c l p t f. vt obscurus discretus discutio displicet desti-
nat diffuo. In simplicibus autem sc sm sp st sunt eiusdem syllabe. vt pascua
cosmus pꝛosper testis. ¶ T tunc syllabe finis est cum sequens ab eadem T
initiū sumit. vt attinet. Ti aūt syllaba vt ci pfertur: si mox alia vocalis sequitur: ni Syllaba ti
si s vel x ti pꝛecedat. vt gestio mixtio. Dicimus tamē litium a lis: et vitium a fit ci
vitis/ad differentiam licium et viciū: et si que sunt similia. Genitiuus autem
singularis in nomine: vel secunda persona pꝛesentis indicatiui in verbo faci-
le indicant/si hec et ab his deriuata per ci vel ti scribenda sint. vt ab astuti
astutia/amici amicitia. sitio sitis facio facis.
¶ X syllabam finit in compositis ab ex sequente c l p q t. vt excurro exlex ex- X
pecto exquiro extendo. ¶ Y syllabam terminat: vt zephyrus. ¶ Z quandoq; Y
in fine reperitur: vt Achaz. Dicta autem de syllaba quam alia sequitur intel- Z
ligenda sunt. Cetera si que de literarum naturis in mentem venient/in pro-
cessu suis locis interserenda venient. vt capitulo de verboꝛum declina-
tione ⁊ prepositionum compositione. Discipulus. Optime. Sed quid de-
mum ex syllabis fit? Magister. Dictiones. Ex quibus tandem oꝛationem
construimus per quam omnem mentis nostre conceptum alteri indicare con-
grue possumus. Hinc ⁊ dictiones partes oꝛationis dicuntur. Differentia vero
earundem octo generibus depꝛehēditur: que sunt. Nomen/Pronomen/Ver-
bum/Participium/Aduerbium/Coniunctio/Prepositio/Interiectio. De
quibus eodem oꝛdine dissertabimus: ⁊ pꝛimo de nomine. Partes oꝛationis octo

De Nomine. Capi. V Discipulus.

Nomen quid est? Magister. Est pars oꝛationis cum casu coꝛpus/
aut rem/pꝛopꝛie cōmuniterue significans. Omne enim nomen aut Nomen
significat rem grossam aliquo sensu exterioꝛi perceptibilem: et hoc
coꝛpus dicitur. vt lapis. Aut significat ens solo intellectu apprehensibile: Coꝛpus
et hoc res appellatur. vt anima/angelus. Dicitur autem hec oꝛationis pars Res
nomen: quia res quibus nomen imponitur noīat. Dis. Quo pacto cognoscā

Cognitio nominis — facilius que dictio nomen sit? Magister. Primo per eius vulgare: cui si addi potest ein/vel ein ding/nomen est: vt homo/ein mensch. album ein weiß ding. Secundo per eius accidentia.

Accidentia nomini — Discipulus. Quot accidunt nomini? Magister. Octo: scilicet Qualitas. Numerus. Figura. Persona. Casus. Declinatio. Genus et Species.

Qualitas nominis ꝓpria ꝛ appellatiua — Discipulus. Qualitas nominum quotuplex est? Magister. Duplex. Propria scilicet et appellatiua: a qua et nomen proprium vel appellatiuum dicitur. Discipulus. Quod est nomen proprium? Magister. Quod significat rem vnam alteri non communicabilem. vt sunt omnia nomina quarumcunq; rerum propria. vt Christophorus. Discipulus. Quod est nomen appellatiuum? Magister. Quod significat rem pluribus communicabilem. vt homo humanitatem que pluribus communicatur. Est et alia penes qualitatē nominis diuisio: in adiectiuum scilicet et substantiuum.

Nomen substantiuum — Discipulus. Quod nomen est substantiuum? Magister. Quod significat rem per modum per se stantis. et cognoscitur per suum vulgare: cui nō potest addi/wyb/man/vel ding. Non eñ dicitur: homo/mensch ding.

Adiectiuum — Discipulus. Quod nomen est adiectiuum? Magister. Quod significat suum significatum per modum adiacentis alteri Et cognoscitur per suum vulgare: cui potest addi wyb/man/ vel ding. vt albus wyß man/alba wyß frow. album ein wyß ding.

Numerus — Discipulus. Numeri nominum quot sunt? Magister. Duo. Singularis et pluralis. Discipulus. Quod nomen est singularis numeri? Magister. Cuius vulgari additur ein. vt homo/ein mensch. Discipulus. Quod nomen est pluralis numeri? Magister. Cuius vulgari additur vil. vt homines/vil menschen.

Figura — Discipulus. Figure nominum quot sunt? Magister. Due. simplex et composita. Discipulus. Quod nomen est simplicis figure? Magister. Quod non potest diuidi in plures partes significatiuas prioris sensus capaces. vt homo. Discipulus. Quod nomen est compositū? Magister. Quod potest diuidi in plures partes significatiuas prioris sensus capaces. vt equiferus.

Persona — Discipulus. Persone nominum quot sunt? Magister. Due. scilicet secunda et tertia. Discipulus. Quod nomen secūde persone? Magister: Omne nomen vocatiui casus est secunde persone. Alia omnia sunt tertie persone.

Casus — Discipulus. Casus nominum quot sunt? Magister. Sex. scilicet Nominatiuus. Genitiuus. Datiuus. Accusatiuus. Vocatiuus et Ablatiuus. quorum primus rectus dicitur/reliqui omnes obliqui. Per hos casus omnia nomina declinantur. et per terminatiōes suas variantur.

Declinatio — Discipulus. Quot sunt declinationes nominum? Magister. Quinq;. Discipulus. Quomodo cognoscuntur? Magister.

Declinationū cognitio. — Penes genitiuum vel ablatiuum. Nomen enim quod habet in genitiuo e. vel in ablatiuo a/est prime declinationis. Quod autem in genitiuo habet i/vel in ablatiuo o/est secunde. Et quod in genitiuo habet is/est tertie. Quod vero in genitiuo habet us/vel in ablatiuo u/est quarte. Illud autem quod in genitiuo habet ei diuisum/est quinte. Discipulus. Unde cognoscere possum qualiter singula nomina suis aptentur casibus? Magister. Per regulas sequentibus metris comprehensas, vt memorie firmius insideant.

De prima declinatione in singulari. Ca. VI.

Sunt rectis prime tres finales sociate:
Quattuor et voces: a vel am iunges simul as es.

Mensa
Adam
Eneas
Anchises

Omnia huius inflectionis noia in genitivo et dativo singularibus p e qd fit dyphthongus scribunt: vt muse/andree.

Ae genitiu⁹ habet cū terno. quartus in am fit.
An dat a grecus et as: es atq per en tibi mutes.
Attendas vltra: q rectum nomina neutra
Quartum cum quinto similes dant hic et vbiq.
A quintus/sextus: post es e vel a reperimus.
Recto qui fit in am: quintū sextum quoq iungā.

Egina
Pascha
Anchisa
Musa

In plurali.

Pluralis prim⁹ dabit e/quintusq3 secud⁹
Arum dat: ternus dabit is: sextusq3. s3 ab⁹
Dant equa mula dea. sic filia nata liberta:
Cum domina pariter anima famula: quib⁹ abus
Aut is forte dabis. asina sociabis.
Aliqñ ɔcidit syllaba de gtō plurali. vt celicolū p celicolarū
As quartus finit: ex dictis prima patebit:

Et vt hec clarius intelligas/tibi huiusce inflectionis formā subijciam ꝯm quam reliqua oīa articularibus (put generū exigit diuersitas) terminationi huiue/vt date admonent regule variatis/declinabis facillime.

Forma declinationis prime.

	In singulari	In plu.
	der tisch	die tisch
Ntō	hec mensa	he mense
	des tischs	deren tischen
Gtō	huius mense	harū mensarum
	dem tisch	denen tischen.
Dtō	huic mense	his mensis.
	den tisch	die tisch
Actō	hanc mensam	has mensas
	du tisch	ir tisch
Vctō	o mensa	o mense.
	von dem tisch	von denen tischen
Ablativo	ab hac mensa	ab his mensis.

Modum vero vulgarizandi omnium nominum/singulos per casus et numeros cuiuscunq declinationis fuerint/facile deprehendes: si casuum officia considerabis eo quo prefiguratum est modo. vt Nominativus omnia agere: Genitivi omnia esse. Dativo omnia acquiri: Accusativum omnia pati. Vocativum vocari: Ablativo venire/aut eo mediante varia fieri intelligatur.

Modus vulgarizandi nominum ꝑ suos casus.

Ex eo namq̃ nominatiuus per der/die/das: Genitiuus per des/der/von: Datiuus per dem/der/zuo: Accusatiuus per die/den/das/jm: Vocatiuꝰ per du/jr vel o: Ablatiuus per mit/von/vsz/in/fur/durch vel vmb ẜm rei proprietatem in singulari: In plurali vero genitiuus frequenter per deren/et accusatiuus per die/datiuus et ablatiuus exponitur per denen. Signa autẽ casuum sunt: Nominatiui quis? wer/Genitiui cuius? wes/Datiui cui? wem/Accusatiui quẽ? wen. Quid? was. Vocatiui o. Ablatiuo quo? mit was/ vsz was/in was. In his te exercitatum iri volo: et non in vana casualiũ et temporalium recitatione. Signa casuũ.

De Secunda declinatione. Capitulum Septimum. In singulari.

puer. pueri. magister. magistri.

Junge secunde tres finales: sex quoq̃ voces — Er. ir. um. ur. us. eus.
Er. vel ir. ur. hinc us simul eus sociantur.
Fit genitiuus in i. formam vult er variari.
Nam nisi muta preit r. i simpliciter sibi iungit:
Et si muta preit: e vocalem remouebit:
Celtiber et liber/iber excipias quoq̃ dexter
Presbyter/atq̃ later/prosper/socer/asper/adulter/
Mulciber his iungis cum de gero vel fero natis. — T[illegible] iger Dapifer
Et iungo gibber. dat tri vel eri tibi dexter. — domini
vir. viri. — I sumunt ir. er. ur. us. in i simul um variantur. — templi.
satur. saturi — Eus in ei muta. dat eos formatio greca. — Spondeos
spōdeus spondei — Unus post ille/solus/totus quoq̃ flecte. — ille. illius
Ullus/nullus/vter: iunges alius simul alter — vnus. vnius
Quod dabit alterius. alius quoq̃ format alius. — vtrius neutrius
Tertius o posuit: cum sexto quartus in um fit.
diphthongon — Grecus us on finit. A dat eus. hinc q̃ntus in eu fit — thidea
vir. liber. — Rectus in er vel in um similem facit sibi quintũ — besea
templum — E facis ex us. fili dic abijciens us. — theseu.
Vincenti. — Sic proprium quod ius habuit: dic agne vel agnꝰ
Laurẽti. — Et populus popule/deus/et fluuiusq̃ chorusq̃.

In plurali.

viri — Plurali primo/quinto simul i sociato.
templa — Attamen a neutris iunges. orum genitiuis *
Is tertius sextusq̃ dabunt: dabit os tibi quartus

* Concidit tũ or syllaba q̃ñ q̃. vt duum p duorum

Forma secunde declinationis.

In singulari	**In plurali**
Nominatiuo hic magister	Nominatiuo hi magistri
Genitiuo huius magistri	Genitiuo horum magistrorum
Datiuo huic magistro	Datiuo his magistris
Accusatiuo hunc magistrum	Accusatiuo hos magistros
Uocatiuo o magister	Uocatiuo o magistri
Ablatiuo ab hoc magistro	Ablatiuo ab his magistris.

Alia.

In singulari	**In plurali**
Nominatiuo hoc pomum	Nominatiuo hec poma
Genitiuo huius pomi	Genitiuo horum pomorum
Datiuo huic pomo	Datiuo his pomis.
Accusatiuo hoc pomum	Accusatiuo hec poma
Uocatiuo o pomum	Uocatiuo o poma
Ablatiuo ab hoc pomo	Ablatiuo ab his pomis:

Ad instar horum reliqua eiusdem declinationis prout rerum proprietas et genus exigunt/et vulgarizabis et declinabis.

De tertia declinatione. Capitulum. VIII.

In singulari.

Finales terne sunt bis quine sociate:
Et sexaginta voces: dempta tamen vna.
a.e.o.c.l.n. r.s.t.x — Sunt a. vel e. simul o. testes ac ec sociato.
Dogma — Uocali cuiuis l.n.r. simul s sociabis. — Lac allec
Monile — U tamen n. non das: aus uls ems irps quoque ponas. — Laus puls
Uirgo — Quamlibet s iunge b. vel n p. vel r preeunte. — Hyemis
Ups irs non dices. u solam t. superaddes: — Stirps Caput
Quelibet x presit anx alx aux inx sibi iungit.
Unx arx erx addo: dant omnes is genitiuo.
Sed diuersimode: tamen inferius manifeste
Formas ponemus. A primo tis sociemus. — Dogmatis
E fit is. o dabit nis. homo cardo margoque demis:
Monilis Sermonis — Ordo cum virgo nemo simul excipe do go. — Albedo Rubigo
Feminei generis: et apollo: teredoque iungis.
Hec ex o faciunt i breuem. turbo sibi iungunt.
Et caro carnis dat tibi nomen gentis o curtat.
Lac lactis ponit: allec allecis habebit.
Is post l pono: sed lis mel fel sociabo. — faxo faxonis

Manet autem l per omnes casus immutabilis: vt sol solis soli etc. Eandem naturam habent n. vt flumen fluminis: et r. vt cesar cesaris. Secus autem fit in alijs consonantibus.

salis Alis dic. elis olis longas genitiuis.
Johelis Hastrubal hinc demas: hanibal q̊z sal sibi iūgis:
solis
vigilis Curtas dicis ilis et ulis. saul hinc tibi demis.
consulis Ex an fac anis: vt titan. vel dabit anos.
nominis En fit inis. siren: lien enis dant. q̊qz ren splen
Delphin delphinis: et in In non multa videbis
demonis. On sibi copulat is. quedā pegrina dabūt tis. Licophron
calcaris R capit is. epatis dat epar. sed far dabo farris. egloceron
vberis Imber cum natis demis: nam mutat r in ris. stilpon
martyris
arboris. Ter quoqz. mobile cer iūgas: celeberqz saluber. decembris
turturis Vtuntur lege luther pantherqz laterqz: nouembris
alacer cris Ether cū crather stather: his cōiunge character. pater tris
Cor cordis donat. in oris femur ur tibi format.
Huic ebur atqz iecur iunges: robur simul addes
Jupiter atqz iouis dat. iter itineris facit ex ter.
Producas aris. nectar iubar hinc remouebis
impar.
dispar Cum natis par lar bostar cesar simul aspar.
Corripiatur cris. iris ac uris associabis.
Crather dematur: panther quoqz ver mulier fur
Oris dic longam: sed demas propria quedā.
Et rhetor castor arbor marmor simul equor. vt atlas
ciuitatis Ex as fac atis. elephas as mutat in antis.
Et diamas adamas gigas: et propria iungas
Vas vadis ꝛ vasis: dic mas maris: as dabit assis
As in adis pallas: vel ados mutat q̊z lampas. vergilius
Archas cum grecis. his patronymica iungis. adis vel ados
sedes. sedis Es fit is. tamen es vertunt in itis comes ales
Cespes eq̄s palmes gurges fomes pedes hospes
Limes cum miles trames sospesqz satelles
Antistes poples diues celesqz superstes
Cum stipes veles prestes prostes simul obstes.
Interstes substes et hames termes q̊qz merges
Sz teres interp̄s hebes indiges. addito ppes
Es formant in etis. impes prepes sociabis
His aries paries abies seges et teres addes
Sic etiam longam facit inquies: et lebes addes
coheres Magnes atqz q̄es locuplesqz tapes simul agnes
Heres cum natis: pres merces es dat in edis.

Preses presidis Auis
Sic pes curtat edis: sed apes apis associabis:
Datque ceres cereris: es eris consociabis:
Et quod dat sedeo formabit idis genitiuo.
Is non mutabis genitiuo. sed lapis/aspis
Is mutant in idis bolis et diplois/chlamis/egis:
Et pixis cuspis iaspis tapisque parapsis:
Pyramis: et phillis: et talia plura videbis.
Cum grecis multis. his patronymica iungis. — Priamis idis vel ados
Que formant in idos quandoque suos genitiuos.
Ut genesis. multa dant is vel eos quoque greca
Et quedam seruant normam: vel idis sibi formant.
Ut cassis tigris iris tibris paris isis.
Istis iunge thetis: vel dat thetios genitiuis.
Dant in eris cucumis: vomisque cinis quoque puluis.
Lis litis quiris quiritis: glis dabo glitis.
Et glissis gliris: dis ditis consociabis
Prebet inis sanguis: sardis polis sociabis
Semis pars assis cum sit: semissis habebit:
Sed pro dimidio nunquam variabile credo.
Mos moris
Oris fac ex os longam. curtam dabit arbos
Cos dos posque nepos otis dant: atque sacerdos.
Sed pos curtat oris. custodis dat tibi custos.
Heres formabit herois. bos bouis simul adde.
Deuorat os oris quicquid lucratur os ossis.
Glos glossis lignum vetus est de nocte serenum.
Flos est glos gloris: glos glotis femina fratris. — Fortius fortioris
Tempus temporis
Ex us fiat oris. quod comparat o tibi longat.
Sed formant in eris venus: et vetus et scelus addis:
Tellus viscus olus opus et fedus latus vlcus
Sidus pondus acus glomus et genus: addito vulnus
Munus funus onus: udisque palus dat: et incus
Intercus dat vtis curtam: longamque iuuentus:
Ut seruitus Thus rus
Et quod dat seruus virtusque salusque senectus.
Uris dat tellus. monosyllaba consociamus.
Sed sus iungo suis et grus gruis annumerabis.
Dat pecus hec pecudis: pecus hoc pecoris sibi iungit.
Laus laudis donat: et fraus fraudis sibi format.
Plebs stirps
Bs s demit: et ps is sibi iungit.

Ebs eps e mutant in i. si polisyllaba fiant
Aucupis excipitur ex auceps quod reperitur.
Formant a caput eps. ex eps ipitis velut anceps.
Puls pultis ponit. et hyems sibi iungit.
Ns demit et rs tis quoqꝫ sumit.
Quod cor componit vel pendo s remouebit:
Dis capit et iungo frons lens glans tis ve tenent o.
Atqꝫ quod vncia dat. s demit cis quoqꝫ sumit.
Cum natis fit iens in euntis. iunge quiensqꝫ.
Ambio sub lege manet: atqꝫ superbio iunge.
Ut mutas in itis. et x mutabitur in cis.
Si tamen e teneant super x polisyllaba mutant
Hanc in i. sed lodex i longat: et e tenet exlex.
His iungas veruex: et lectilis atqꝫ supellex
X in gis dat rex. iungas lex grex quoqꝫ remex.
Sic grecum format: vt sphinx: vel gos sibi donat.
Dic senis et noctis et coniugis et niuis addis.
Hinc reliquos formo tibi casus a genitiuo.
S remouet ternus. is in em mutat tibi quartus:
Im dat maguderis peluis sitis: sic et eclipsis:
Uis buris tussis tibris cum tigris crinnys.
Treueris et tongris tripolis sirtis simul iris.
Istis adiungo dant is vel eos genitiuo.
Ut genesis/phrenesis. et in im bene plura videbis.
Quedam latina mutant is in a quasi greca.
Em dat et im turris: restis puppisqꝫ securis.
Par quintus recto. tamen s quedam remouent o.
Ut pallas palla: tibris iris sint quasi greca.
Formatur sextus in e: sed tamen excipiemus
Cum fit in e rectus: istis is et e sociemus.
Acer is e iungis. et al alis et addis araris.
Hec is in i vertunt. dans im quarto sibi iungunt
Gausepe presepe prenesteqꝫ cepe soracte.
Hinc ha..ibal sotular: sal demas hastrubal et far
Nectar epar cum lar bostar cesar iubar aspar
Dant e vel i sextis fascis piscis simul ignis.
Et postis fustis vectis lactisqꝫ securis
Cum turris restis: puppis quoqꝫ mobile iungis.

Left margin notes: Celebs bis; Princeps principis; Mens mētis; Ars artis; Rediens redeuntis; Caput itis; Ut sūt ꝓpria in is habētia gtī̄ similem ntō: vt neapoľ; Monile; Alacer alacris cre.

Right margin notes: Vecors dis; Libripēs dis:; Quincuus; Iudex cis; Datiuus; Accusatiuus.; Ethera; Aera; Uocatiuus; Ablatiuus; Fortis te; Tribunalis; Calcaris; Maguderim; scꝫ oīs generis. silr cōparatiua. rudis tn̄ adiectiuū ł tm̄ substātiatū tm̄ e habet

qt tm̄ habēt e His reliquum demas: hospes/sospes superaddes
decembri Degener ast vber iungas: e vel i dabit imber.
septembri Attamen i natis tm̄ dat. iungis aprilis.
Quintilis iungas et sextilis superaddas.
Cardinalis Cardi cum nalis. iungas simul officialis.

Habentia gtm̄ similem ntō: vel i solam in abltō: et que terminantur in us vel rs/per is quandoq3 terminant accusatiuos plurales: presertim que ium habent in gtō plurali.

In plurali.

fortis Pluralis primus is in es format: quoq3 quart⁹
fortes Et quintum socia: sed dant is in a tibi neutra: Dogmata.
forte.i. Preter que donant i sextis/hec ia formant. Phlegmata.
fortis Et que dant e vel i. tamē hinc amplustra retracta.
Ludicra vel vetera: quod comparat atq3 retracta.
Is in ium vertit genitiuus. et hinc tibi demis
Quod fit in a vel in o/que dant is in iū genitiuo.
Lapidū Il simul ul iungas n et r. simul as superaddas.
Arietū Cum crescunt dabimus istis is et es simul os us
Et panis/soboles/apis et canis/indole/proles
Cū proceres/fruges/iuuenis/volucrisq3 penates.
His grecum iungo: dant is vel eos genitiuo.
Laus/fraus puls iungo: simul s b p preeunte. Inuenitur et apum
Iūgis hyēs/consorsq3 cohors. caput his supadde Heresum
Complex atq3 senex. x fixum iunge supellex Vatum.
Alacer Ex istis demas caro. quod fit in ar sibi iungo:
Ac er is e. preter celer his addas simul imber Artificum. Locupletum
Cor simul. as assis. mas vasq3 vadis q̃q3 cū glis preter cesar cesarum
Lis dos ac ab os. pl⁹ trabs plebs scobs sociabis.
Anceps cū socijs. vrbs daps seps stirps sibi iūgis
Et nix nox addo: calx lanx arx atq3 supellex.
Atq3 boum dicas quoq3 bobus. et u capit ales:
Amantū vel Um prebet ans ens vel iū. dabo ium glans dens. vt alituū id ē mutat is gti.
sapientū vel sapientium Et gens mens. Ternus in ibus dabit is. quoq3 Sextus. Fris in ibus in dtō et abltiuo plurali

Forma declinationis tertie.

	In singulari		In plurali
In singulari	Ntō hic et hec et hoc felix	In plurali	hi et he felices et hec felicia
	Gtō huius felicis		hor et harum & horum feliciū
	Datiuo huic felici		his felicibus
	Actō hūc & hāc felicē & hoc felix		hos & has felices & hec felicia
	Vocatiuo o felix		o felices et o felicia
	abltō ab hoc et ab hac & ab hoc ce vel ci		ab his felicibus

Eiusdem declinationis alia forma.

In singulari	Nto hic lapis	In plurali	hi lapides
	Gtõ huius lapidis		horum lapidum
	Dtõ huic lapidi		his lapidibus
	Actõ hunc lapidem		hos lapides
	Vocatiuo o lapis		o lapides
	Ablatiuo ab hoc lapide		ab his lapidibus

Eiusdem declinationis alia forma.

In singulari	Ntõ hoc dogma	In plurali	hec dogmata
	Gtõ huius dogmatis		horum dogmatum
	Dtõ huic dogmati		his dogmatibus
	Actõ hoc dogma		hec dogmata
	Actõ o dogma		o dogmata
	Abltõ ab hoc dogmate		ab his dogmatibus.

Eiusdem declinationis alia forma

In singulari	Ntõ hoc cubile	In plurali	hec cubilia
	Gtõ huius cubilis		horum cubilium
	Dtõ huic cubili		his cubilibus.
	Actõ hoc cubile		hec cubilia
	Actõ o cubile		o cubilia
	Ablatiuo ab hoc cubili		ab his cubilibus

De quarta declinatione. Capitulum. IX

In singulari.

Fructus
Genu

Quarta dat us rectis.gtīs us quoqȝ q̄ntis
Prebet et u recto:quē noli flectere primo.
Ternus ui finit.um quartus.sextus in u fit.

In plurali

Pluralis primus dabit us.quartꝰ quoqȝ q̄ntꝰ
U dictis dabimus.ua prebet uum genitiuus.
Ternus sextus ibus dant.sed ficus/ tribus/ arcus
Ante bus u seruant:portusqȝ veru/specus addam
Et lacus et partus/acus et quercus/penus/artus.

Forma inflectionis quarte

In singulari	Ntõ hic fructus	In plī	hi fructus	hec genua
	Gtõ huius fructus		hoꝝ fructuū	hoꝝ genuum
	Dtõ huic fructui		his fructibus	his genubus
	Actõ hunc fructū.		hos fructus	hec genua
	Vocatiuo o fructus		o fructus	o genua
	Ablatiuo ab hoc fructu		ab his fructibꝰ	ab his genubꝰ

De quinta declinatione. Capitulũ. X

In singulari.

Quinta dat es rectis: sed prebet ei genitiuis.
Et ternis.
Em quartus: quintus dabit es. e sextus habebit.

In plurali.

Primus pluralis dabit es: qui vult sibi subdi
Quartum cum quinto. tribues erum genitiuo.
Tertius et sextus semper formantur in ebus.

Forma quinte declinationis.

In singulari	Nominatiuo hec species	In plurali	He species
	Genitiuo huius speciei		harum specierum
	Datiuo huic speciei		his speciebus
	Accusatiuo hanc speciẽ		has species
	Uocatiuo o species		o species
	Ablatiuo ab hac specie		ab his speciebus

De declinatione cõpositorũ. Ca. XI

Constans ex rectis/penes hos ambos variabis. Respublica
Non sic alterutrum declines: nec leopardum.
Constans ex recto simul obliquo/variato Legislator
Ex recti parte. Sed non variabile quodq; Tibi soli
Constans obliquis.

Discipulus. Breues quas iam tradidisti declinationũ regulas alta mẽte repostui. Nunc demũ de genere te absoluas. Magister. Genera nominũ sex sunt scz Masculinũ: Femininũ: Neutrũ: Cõmune: Omne: Promiscuum/qđ ꝛ epichenum dicitur sub vno articulo vtrũq; sexum importans: ꝛ dubium siue incertum. Discipulus. Penes quid cognoscitur genus nominis? Magister. Penes significatũ ꝛ terminatiões. vt regule sequẽtibꝰ metris ꝯcluse indicãt. Ea tñ lege: vt regule generales a specialibus sint exceptiones. Genera nominum sex

De noĩm generibꝰ in generali. Ca. XII.

Ars maribus iungat quodcũq; virum tibi signat: Pater Petrus
Femineis iungas per que signas mulieres. Mater Anna
Mancipium neutro dabis: ꝛ scortum sociabo.
Cõmune iunge sexum quod signat vtrũq; Celicola Lixa
Que fiunt propria flu. men. ven. pone marina
Hec dabit arboribus. sed fructibus hoc sociamus. Rhenus Januarius Boreas
Mas oleaster erit. dumus ꝛ rubus associabis.

Id est noĩa fluuioꝝ mẽsiũ ꝛ ventoꝝ sunt generis masculini.

Hoc siler est herba: siler hic donat tibi vina
Hec sit auelana/nix glans castanea ficus.
Triplex mobilibus genus vt vult ars sociamus

Felix
Fortis

De genere noīm prime declinatiōis. Ca. xiij

Mensa

A Manet in prima mulier. des mammona pascha
Neutris. et manna neutrum/mulierq; polenta.
Adria planeta maribus dabis/atq; cometa

pascha hebreum est nomen nō grecū: inqt Hieronymus et Augustin⁹.

De gñe noīm secūde declinatiōis. Ca. xiiij.

Scamnum
Leuir.
Liber
Pann⁹

Um neutrum facies. mulierum nomina signes.
R. simul us. queq; maribus sociata secunde
Femina damascus domus ac humus atq; papyrus
Egyptus vannus et dyphthongus colus alnus.
Aluus cum byssus eremus paradisus abyssus
Porticus et methodus synodus nard⁹ hiacynth⁹
Artus cum oclus et carbasus atq; phaselus.
Costus crystallus et cyprus iunge smaragdus.
Hoc vulgus pelagus. quandoq; fit hic paradisus
Os grecum sepe mutatur in us muliebre.

Glicerium
Eustochium

Methados.
Methadus.

De gñe noīm tertie declinationis. Ca. XV.

Dicat E neutrum tertie.

Lectio A verbis cuncta per io: vel nomine sumpta
Albedo Et nomen do. go. prebens inis in genitiuo
Siligo Dona femineis. Mas ordo cardo teredo
Stellio gurgulio cum margo pugio iungo.
Unio cum socijs/ vt ternio consociabis.
In reliquis mas o. caro sed mulieribus addo.
L neutrum pone. dic sal hic et hoc retinere
Mel Fel. Et sol mas dices. cui quod fit in an bene iunges.
Neutrum nomen in en esto. sed femina siren
Mas est ren cum splen pecten q; lien vel hymēq;.
Delphin mas esto. cui quod fit in on sociato.
Demon. Hec sindon dicas. iunges per que loca signes
Babylon Que dya siue gera componit sint tibi neutra.
Tantundem neutrū. totidem plurale fit omē
Ar neutrū ponas. sed sit lar cum sotular mas.
Er simul or socia maribus. tamen excipe multa
Zinziber atq; piper neutris dabis atq; papauer

Hoc est nois terminata in d i c a t e sūt neutri generis si sint inflectiōis tertie

El
An Titan
En Flumen
In
On
Dyapason
Ceralogodion
Em
Ar Calcar
Er Uer
Or Color

Cancer pro morbo. Sic dicas verber/iter/vber: iunge cadauer/
Vesper/ver/ruder: his spinter iungito iuger
Et suber/tuber: sed femina sit tibi linther.
Hec dicas arbor: hoc equor/cor quoque marmor ador
Ir Ir pyr sunt neutra: vox gaddir consocianda. Guttur
Ur Ur neutris iungas: maribus furfur lemur addas.
Raro mas murmur: hic et hec vultur quoque turtur.
As Hec dat nomen in as: tamen hic sit vas vadis et mas.
Neutrum vas vasis: huic fas nefas sociabis. Ciuitas
Es Est crescens mas es: sed compos femina merces. Ales alitis
Magnes atque quies seges atque teges: dabit hoc es. Sedes
Preter mas verres: tibi cetera sint mulieres. Ouis
Femineis dabis is hic caulis. iunge molaris. Auis
Is Fascis cum piscis/postis fustis quoque vectis.
Ignis cum crinis panis callis quoque funis
Unguis cum mensis/annis cum follis et ensis
Anguis cum collis orbis torquis quoque corbis
Et penis sentis vermis torrisque sementis
Glis gliris sanguis puluis vomis lapis axis.
Atque cunis cassis. canis hic simul hec sociabis.
Finis cum clunis dubio generi sociabis.
Hic dat nomen in os. hec glos cos dos hic et hec bos Mos
Os oris neutris dabis: os ossis sociabis: Flos
Os Et chaos atque melos argos logos annumerantur.
Us Us iungas neutro: quod oris vel eris genitiuo Virtus
Tempus Dat. mas esto lepus. hec des reliquis. dabit hic mus. Seruitus
Vlcus Hic dat et hec tibi sus. hoc virus pus. dat et hic grus. Salus
Neutraque sunt ius thus rus. his cõiungito crus plus Hoc acus aceris
Plebs Laus fraus puls pones et hyems inter mulieres.
Mens S sit femina b vel n p vel r sibi iuncta:
Scops
Ars Iunge chalybis serpens maribus: mons fons quoque pons dens. As deunx dextrans: dodrans bissis. sextũx: sexunx quincunx.
Et partes assis torrens seps annumerabis.
Anceps prebebit dubium: sit adeps sociatum.
Stirps bona plantauit stirpem qui vina creauit.
Iudex E super x tibi dant hic: si polisyllaba fiant.
Lex Fax Hec forfex forpex vibex obexque supellex.
Nox Nix Addis ibex carex. dat hic et hec ve silex quoque cortex.
Nux Hec iunges reliquis. grex masque calix sociabis.

Et fornix/fenix mastixq̧ cilix quoqꝫ varix
Et ramix: thorax predictis annumerabis.
Pars pedis hic calx dat. hec sed latomus sibi iungat.

De genere noīm q̄rte declinatiōis Ca. XVI

U Dabitur neutris: est o cornu tibi testis
Quarte nomē in us dabit hic. dant hec manus idus
Fructus Porticus atqꝫ tribus arcus ꝛ domus associamus.
Hic tenet hec ve specus illi penus associemus.

De genere noīm q̄nte declinatōis Ca. XVII

F Emineis socia quecūqꝫ dabit tibi quinta.
Species Facies Hic dabit hec ve dies: dant hi tm̄modo plures:
Meridies Si componatur semper maribus sociatur.

De Etheroclitis. Ca. XVIII. Magister.

HEc e paucis admodū regulis noīm genera ƀm declinationū ordinē tradidimus: preter hec tamē sunt alia nomina que etheroclita id est diuerse declinata dicunt: quorū scꝫ ꝛ gen⁹ ꝛ inflectio diuersa reperiū-
Nomina etheroclita tur: e quibus magis vsitata sequētibus regulis enumerantur.

Ista solent quarta variari siue secunda
Cum lauro quercus pinus cornus quoq̧ ficus.
His colus atq̧ domus penus ꝛ lacus atq̧ tumultus
Ornatus passus cantus cetus specus ortus.
Is vel us ista suis dices dare cōpositiuis
Cera iugum limus animus simul arma bacillus
Et colus ꝛ annus.
Cum norma neruum: cum freno collige cliuum.

Ut syncerus vel ris. subiugus vel is. sublimus vel is magnanimus vel is. inermus vel is: imbecillus vel is. incolumus vel is. perennis vel us. enormis vel us. effrenis vel us: decliuis vel us.

Uas vasis ternam tibi dat: plurale secundam.
Dat Iesus um quarto: reliquis u semper habeto.
Dat moyses moysi moysen moyse quoqꝫ sexto.
Uis vires astu natu tm̄modo sexto.
Ambo duoqꝫ notes. flectesq̧ domum sapienter.
Tolle me mu primo numero mi misq̧ secundo.
Est iocus atqꝫ ioci/loca baltheus ꝛ locus adde.
Dic rastrum rastros. sic celum. sic quoqꝫ porrum.
Os vel a dat frenum filum claustrumqꝫ capistrum.
Topica/bucolica simul intubus/arbutus adde.

Pascua/carbasus/altile/pergamus atq; supellex
Dic zizania: dicq; georgica/rhetoricorum:
Hec primo numero sunt femina: pluraq; neutra.
Dindima/pilca/supera/trenara sibila iunges
Jsmara gargara menala: sic infernus auerna.
Hec primo numero sunt mascula: pluraqꝫ neutra.
Dic sponsalia millia menia: dic simul exta.

Mille substātiuū cuius plurale milia p vnū l simpliciter. sꝫ milleni et millesimus silr bi et be et hec mille adiectiuū p ll duplum substātiuum

Jlia dic arma semper pluralia neutra.
Primates proceres vepres manesq; penates
Artus maiores threne lacesqꝫ mineqꝫ
Plurali maria tm̄ tu flectere debes.
Plurali numero tm̄ quoqꝫ flectere debes
Jnducias latebras thermas idusqꝫ kalendas
Exuuias nonas ferias nugas quoqꝫ scholas.
Excubias et diuitias diras quoqꝫ cunas.
Stare licet nequeant metro/tamen hic residebunt
Liberi quirites facetie nuptie nundine
Jnferi cum posteris et blandicias sociabis:
Jnficias sic insidias sic inferiasqꝫ
Et tenebras opes furias quoqꝫ reliquiasqꝫ
Deliciasqꝫ minas sentesqꝫ chelas phalerasqꝫ
Parcas illecebras nares gratesqꝫ foresqꝫ
Venetias thebas athenas consimilesqꝫ.
Que querunt q̄ distribuunt referūtqꝫ negātqꝫ
Jnfinita quoqꝫ casu caruere vocante.

Quis
Omnis
Alter.

Disci. Num et plura sunt huiusce ordinis nomina? Magi. Sunt/ et quidem multa: vt Quisquilie. exquilie: exequie: manubie: induuie. Sed ea om̄ia ponere supuacaneū visum est: cū ex his plurima apud antiquiores recentioresue et in casibus et in numeris reperiantur quibus ab alijs carere tradita sunt. ea qꝫ que supra tradidimus pluralia/nonnunq; in singulari sunt reperta. Relictis igit̄ his/speciem vltimū no͞is accidens videamus.

De Specie Capi. XIX Magi.

Species
Primitiua
Deriuatiua

Species no͞im duplex est: scilicet primitiua et deriuatiua. Discipulus. Que nomina dicunt̄ primitiue speciei? Magister. Que a nullo deriuant̄: vt pater. mater. Disci. Que sunt deriuatiue speciei? Magister. Jlla que ab alijs deriuant̄. vt albor ab albeo. Et a rubeo rubor/ non albedo et rubedo. Quod cū fia. cū multis modis nō tam necessarijs q̄ varijs: ego tibi solum de comparatiuis/de patronymicis et verbalibus vtilioribus dicere pretendo. Et primo:

De Comparatione. Capitulum. XX

Discipulus.

Quid est comparatio? Magister. Est rei ad rem assimilatio. Discipulus. Quibus nominibus accidit comparatio? Magister. Adiectiuis duntaxat: quorum significatum potest augeri aut minui: quorum scilicet vulgari additur noch / vel aller. Nam comparatiuus per noch: et superlatiuus per aller vulgarizandus est. Nonnunquam vero propria appellatiue capta comparantur et si improprie: vt nero neronior. salomon salomonior. Discipulus. Quot sunt comparationis gradus? Magister Tres. Positiuus: comparatiuus: et superlatiuus. Discipulus. Ad horum formationes perge. Magister. Positiuus a nullo formatur: sed alij formantur ab eo. Discipulus. Quomodo? Magister. Nam omnis positiuus aut est secunde declinationis. aut tertie. Si igitur positiuus fuerit secunde declinationis: comparatiuus formatur a genitiuo singulari addendo or in feminino et masculino: vel us in neutro. Et superlatiuus addendo s / et simus: vt docti doctior doctius doctissimus. Omnis itaque superlatiuus in simus per duplex ss scribitur. Si autem positiuus terminatur in er: superlatiuus fit a nominatiuo per additionem rimus. vt niger nigerrimus. Omnis superlatiuus in rimus r geminat / dempto plurimus. Excipiuntur bonus melior optimus. Malus peior pessimus. Paruus minor minimus. Magnus maior maximus Multus plus (in neutro tantum) plurimus. Magis autem latine dicimus hic et hec pluris et hoc plure / non plus. Et in plurali hi et he plures et hec pluria: non plura / inde compluris complure. Celsus celsior summus. Dexter dexterior dextimus. Sinister sinisterior sinistimus. Beniuolus beniuolentior beniuolentissimus. Maliuolus maliuolentior maliuolentissimus. Simili modo composita a facio. vt mirificus magnificus. Sic et composita a loquor: vt doctiloquus breuiloquus vaniloquus. Amicus amicitior amicissimus. Sic pudicus et impudicus. Omnis comparatiuus in tior vel in tius t seruat: si positiuus t habeat. vt fortior fortius: aut c sic positiuus habeat c vt felicior felicius. Si vero positiuus fuerit tertie declinationis: tunc comparatiuus formatur a datiuo addendo or et us. vt forti fortior fortius. Et superlatiuus a genitiuo addendo simus. vt fortis fortissimus. Cum vero positiuus terminatur in r / superlatiuus fit a nominatiuo per additionem rimus. vt saluber saluberrimus. Excipiuntur iuuenis iunior / senex senior / adolescens adolescentior absque superlatiuo. vetus veterior veterrimus. diues ditior (a dis ditis) ditissimus. Facilis facilior facillimus. Sic agilis agilior agillimus. gracilis / humilis / similis et ab his composita. vt difficilis dissimilis: que omnia habent duplex ll in superlatiuo. Item ea que in eris terminantur et in neutro in e / seruant regulam eorum que in r terminatur. vt Celeber celebris celebre celeberrimus. Excipiuntur in vtraque declinatione nomina in us vel is terminata habentia vocalem ante us vel is. vt pius / dubius / egregius / tenuis / arduus etc. que omnia comparatiuum propter nimium vocalium hiatum non habent. Sed pro eo positiuum cum aduerbio magis sumunt. vt magis dubius: magis arduus etc. Horum tamen comparatiui quandoque inueniuntur /

Cōparatiōis gradus

Graduum formatio

A positiuo secūde īflectionis.

A positiuo tertie inflectionis.

ocyor ocyssimus sine positiuo: nequam nequior nequissimus. Nec lateat: ab aduerbijs quibusdam et prepositionibus pro aduerbijs positis/comparatiuum et superlatiuū cadere. vt ab extra exterior extremus. supra superior supremus. intra interior intimus. citra citerior citimus. prope propior proximus. Proximior vero a proximus est: quod coniunctum significat. Ante anterior sine superlatiuo. Pridem prior primus. Ultra vlterior vltimus. Infra inferior infimus. Post posterior postremus. Et a verbo detero/ deterior deterrimus. Irregularitatem comparationis quo ad significatum vulgarizando gradus facile deprehendes.

De Patronymicis. Capitulum vicesimumprimum. Discipulus.

Satis lucide de gradibus comparationis differuisti: de patronymicis si quid habes in medium deduces. Magister. Nomen patronymicum dicimus/ quod a proprijs nominibus patrum/ auorum/ fratrum/locorumue deriuatū significat cum genitiuo sui primitiui filium vel nepotem/filiam vel neptim/aut certi loci gentem. Discipulus. Harū queso formationes silentio haud preteres. Magister. Omne patronymicū terminatur aut in des/is/as/vel ne. *patronymicū*

Patronymicum in des fit a nomine declinationis
- Prime a genitiuo mutando e in a. et addendo des. vt enee eneades. anchise anchisides. Usu tamen dicitur anchisiades. *In es*
- Secunde a genitiuo qui terminat in
  - i et fit patronymicū corripiendo i et addendo des: vt priami priamides.
  - ij duplex. et fit patronymicum mutando vltimum i in a: et addendo des: vt menetius menetij menetiades.
  - ei. fit patronymicū mutando ei in i longam: et addendo des. vt pelei peleides. Tidei euphonie causa titides facit.
- Tertie a datiuo addendo des. vt nestori nestorides a nestor. Inuenitur tñ sciptades pro scipionides.]

Et hec omnia sunt masculini generis et prime declinationis. vt anchises. Nonnulli tamen ipsa in datiuo et ablatiuo pluralibus in ibus finiunt. Patronymica in is vel as fiunt a patronymicis in des subtracta de/ syllaba. vt priamides priamis: virgiliades virgilias. Dicit tñ eneis pro eneas: et peleis pro pelis. Sic poete nonnunq̄ patronymicis syllabas addunt/ demunt aut mutant. Hec oīa sunt gñis feminini: et eorū declinatio tradita est inter nomina tertie declinationis. Patronymica in ne: que rarius reperiuntur fiunt a genitiuo per additionē ne. vt adrastus adrastine. nereus nerine. mutando ei in i. et ab acrisius acrisione dicit/ vel acrisine. Omnia habent i vel o ante ne: et sunt generis feminini. Et declinant vt greca in ne que in omnibus casibus habent e: dempto gtō qui habet es. et accusatiuo qui habet em vel en. Et tantū de patronymicis: sine greca quippe litteratura taliū et formationes et inflectiones s'm precisionē intelligi nequeunt. Uerbalia videamus. *In Is* *In As* *In Ne*

De verbalibus. Capitulum vicesimumsecundum. Discipulus.

Nomen verbale

Formatio nominum verbalium

Nomen verbale quod dicis? Magister. Quod descendit a verbo cum quo et similitudinẽ significationis retinet. Discipulus. Per quem modum fit talis verbaliũ a verbis descensus? Magister. Per modum multiplicem: eo ꝙ verbalia sunt diuersa. Quedam enim terminantur in or: et descendunt ab vltimo supino mutata u in or: vt doctu doctor.

Or

Trix

Et hec de se formant verbalia in trix: per mutationem tor intrix: vt doctor doctrix. Excipitur nutrix. quod ſm hanc regulam esset nutritrix. Sed verbalia in sor similiter formant ab vltimo supino mutando u in or: vt lusu lusor.

Sor

nec de se formant verbalia in trix: preter tonsor quod format tonstrix: et pulsor expultrix. Verbale autem quod in us terminatur quarte declinationis: similiter ab vltimo supino descendit/addita s littera: vt visu visus. Sed verbale in io finitũ/descendit similiter ab vltimo supino mutata u in io. et scribitur per t. vt lectu lectio. Excipiuntur verbalia verboꝝ prime coniugationis que habent in supino itum vel etum. nã talia non terminant in itio vel etio. sꝫ atio vt veratio/pstatio/cubatio/domatio/sonatio: donatõ crepatio/fricatio: sectio tñ frequentius reperitur ꝙ secatio. In quibus aũt primitiua habent t: scribitur t/et legitur c. alia vocali i sequente: vt prudentia. nisi s precedat: vt questio/ vestio. vel x/vt cõmixtio. vel si aspiret/vt corinthi⁹. Sed verbale in tiuus/ mutat u vltimi supini in i: et assumit uus. vt amatiuus. Verbale in men fit a secũda persona presentis indicatiui mutando s in men: vt regimen/ a rego regis cui si addit tum fit regimentũ. sic documen documẽtum ꝛc. Verbalia autem in ax/ab eadem secũda persona descendunt mutando vltimam syllabam in ax. vt voro voras vorax. Similiter fit de verbalibus in ex. vt rex lex latex. Verbalia aũt in bilis mutant secũde ꝑsone vltimã literã in bilis: vt amabilis. Ea tñ que sunt secũde inflectionis mutant e in i. vt docibilis pro docebilis. Alios deriuationũ modos breuitatis causa silentio transimus.

Us

Io

Tiuus

Men

Mentum

Ax

Ex

Bilis

De Pronomine. Capitulum vicesimumtertium. Discipulus.

Pronomen.

Pronomen quid est? Ma. Pars orationis q̃ pro ꝓprio noĩe vniuscuiusqꝫ rei ponitur: et certam significat personã. Dis. Ob id ergo ꝓnomen dicitur/eo ꝙ pro noĩe ponitur? Magister. Sane q̃dem infers. Discipulus. Superflua est hec pars orationis: cũ loco eius nomine ꝓ quo ponitur vti possumus. Mag. Argumentũ hoc tu ipse solues si causas inuentiõis ꝓnoĩs aiaduerteris. Dis. Quas igitur ob causas inuentũ est ꝓnomen? Mag. Duas ꝓpter causas/necessitatem videlicet et cõmoditatẽ. Disci. Necessitatem ostende. Mag. Nam cũ omnia noĩa ex supradictis sint tertie persone: demptis vocatiuis q̃ sunt secũde ꝑsone/cũ verbis prime aut secunde persone construi non potuere: necesse ergo fuit reperire ꝓnoĩa prime et secunde persone que huiuscemodi defectũ supplerent. Discipulus. In hoc argumentũ meum solutũ esse intelligo: cũ loco ꝓnominis prime persone/nomen pro quo

Quare pronomen inuentũ.

Propter necessitatem

ponitur poni possit minime. Sed de commoditate quid sentias explana.

Propter commoditat. m

Magister. Cum eiusdem rei in oratione sepius mentionē facere placuerit/ loco nominis eius commode ꝓnomine vtimur:ne eiusdem nominis repetitio crebra/legentibus aut fastidiū/aut dubium ingerat/dicentes:Aiax venit ad Troiā:et idē fortiter pugnauit. potius ꝙ Aiax venit ad Troiā et Aiax fortiter pugnauit. Discipulus. Possunt ne pronomina certo comprehendi numero? Magister. Possunt. Discipulus. Quot sunt? Magister. Quindecim. s. ego tu sui ille ipse iste hic is meus tuus suus noster vester nostras et vestras cū suis compositis et condeclineis. Quorū duo vltima gentilia dicta sunt:eo ꝙ gentem significent. vt nostras:id est de nostra gente. Discipulꝰ Quomodo differunt pronomina inter se? Magister. Quia quedam sunt relatiua quedam demonstratiua. Discipulus. Que sunt relatiua? Magi. Que ad predicte rei memoriā nos remittunt: vt sunt is suus ipse et sui. Reliqua omnia demonstratiua sunt:quia per ipsa aliquid demonstramus. Ille vero vtrumqꝫ explet officiū: ꝓ quorum faciliori memoria hosce accipe versus: Is suus ipse sui referunt:sed cetera monstrant. Ille refert monstrat/ non facit hoc aliud. Solet et ipse/nonnunꝙ discretiue reperiri: vt ānimꝰ in ipso exordio cogitandus est. Discipulus. Pronomini quot accidunt? Magister Septem:scilicet species/numerus/figura/persona /genus/casus/ et declinatio. Discipulus. Species pronominum quot sunt? Magister. Due: primitiua et deriuatiua. Discipulus. Que et quot pronomina sunt primitiue speciei? Magister. Octo:scilicet ego tu sui ille ipse iste hic is. Reliqua septem sunt deriuatiue speciei:quia a tribus primis deriuanᷓ. Discipulus. Per quem modum? Magister. A genitiuo singulari mei/fit meus mea meum:a genitiuo plurali nostrum vel nostri/fit noster nostra nostrū et nostras. Et a genitiuo singulari tui fit tuus tua tuum:et a genitiuo plurali vestrū vel vestri/fit vester vestra vestrum et vestras. Et a genitiuo vtriusqꝫ numeri sui: fit suus sua suum. Et hec deriuatiua personas duplices possidentis scilicet et possessi important:ratione cuius quedam a Donato dicunᷓ ex vtraqꝫ parte (possidētis scilicet et possessi) singularia: vt meus tuus suus. Quedam vero pluralia ex vtraqꝫ parte:vt noster et vester. quod quidem de re signata intelligitur cum vtrobiqꝫ vox sit singularis. Discipulus. Numeri pronominū quot sunt? Magister. Duo:quemadmodum in nomine dictum est: sui tamen vtriusqꝫ numeri est. Discipulus. Persone pronominum quot sunt? Magister. Tres:scilicet prima secunda et tertia. Discipulus Quot et que pronomina sunt prime persone? Magister. Unū scilicet ego cū suis condeclineis. Discipulus. Quot sunt secunde persone? Magister. Unum: scilicet tu/cum suis condeclineis:et omnibus vocatiuis. Discipulus. Que et quot sunt tertie persone? Magister. Omnia alia. Discipulus. Figure pronominum quot sunt? Magister. Due. Quemadmodum de nomine dictum est. Sed hoc te scire volo:pronomina nonnunꝙ in recto cōponi: vt istic istec: istoc ab iste et hic ꝛc. Egoipse tuipse. Idem ex is et demum: a quo identidem quod aliquando aduerbium est:et frequenter significat. Aliquando vero ꝓnomina in obliquo componuntur: vt meme/tete/sese/que accusatiui et ablatiui casus sunt. Sese vero vtriusqꝫ numeri est. Eccum eccam eccos eccas: ab ecce et eum eam eos eas:pro ecce eum eam:ecce eos eas. Ellum ellam ellos ellas. ab ecce et illū illos illas illam. Dicimus ꝛ meijpsius:tuipsius: suijpsiꝰ

Quindecim sunt ꝓnoīa

Pronomina relatiua.

Demonstratiua.

Accidentia pronominis

Pronomina primitiua.

Deriuatiua

Numerus.

Persona

Figura

Pronoīa cōponunᷓ in recto:ī obliquo.

Idem

Identidem

meipsum teipsum seipsum ꝛc. Sunt preterea syllabe quedam que pronomini-
bus adijciuntur. vt met /te/ce/pte. Discipulus. Quibus pronominibus
Met. adijcitur met? Magister. Ego et suis obliquis: vt egomet/meimet ꝛc. Si-
militer obliquis tu: demptis tamen genitiuis pluralibus: vt tuimet/ tibimet
ꝛc. additur et sui: vt suimet/sibimet/semet. Et quandoq; pronominibus tertie
Te persone: vt ipsemet. Discipulus. Quibus pronominibus additur te? Ma-
gister. Huic pronomini tu: vt tute. cui postea additur met: vt tutemet. in no-
Ce minatiuo et vocatiuo solum. Discipulus. Quibus autem adijcitur ce? Ma-
gister. Omnibus casibus pronominis hic hec hoc in s desinentibus: vt huius-
ce/hosce/hasce/hisce: dicimus et illiusce/istiusce. et Therentius illancine pro-
Pte tulit. Disci. Quibus pte adijcitur. Magi. His quinq; ablatiuis: mea/
tua/sua/nostra/ vestra. dicendo meapte/ tuapte/ suapte/ nostrapte, vestra-
Ne pte. Inuenitur et ne pronominibus interrogatiue addita: vt hoccine est huma-
num factum? id est hoc ne? Similiter et istis dictionibus quis et q̄ (quas Do-
Quis et qui natus inter pronomina posuit) varie syllabe adijciuntur. De quibus hec nota
metra. Cum quis namq; piam sine qui coniunge putasq;. Dam vis cunq; li-
bet: qui sine quis retinet. vt quisnam? quenam? quodnam vel quidnam? q̄sq;/
queq;/quodq;/quispiam/quepiam/quodpiam vel quidpiā. Quisputas que
putas quodputas. Quisq; queq; quodq; vel quidq;. Quidam quedā quod-
dam vel quiddam in neutro per d d duplicatū. Quiuis queuis quoduis vel
quiduis. Quicunq; quecūq; quodcunq;. Quilibet quelibet quodlibet vel q̄d-
libet. Componitur et vnus cū quisq;: dicendo vnusquisq;: et quis cum si. vt si
quis. cū ne: vt nequis. cum alius/vt aliquis. cum re/vt reliquis: cum nun: vt
Genera pronominum nunquid. cum quis/vt quisquis queq; quodq;. cum en: vt enquis enqua enq̄d
vel enquid. Discipulus. Genera pronominū quot sunt? Magister. Quinq;:
scilicet masculinum/femininū/neutrum commune et omne. Discipulus
Que pronomina sunt masculini generis? Magister. Ille ipse iste hic is no-
ster vester meus tuus et suus. Discipulus. Que sunt feminini generis?
Magister. Illa ipsa ista hec ea nostra vestra mea tua sua. Discipulus. Que
sunt neutri generis? Magister. Illud ipsum (nec dicitur ipsud. antiquitus
enim dicebatur: ipsus ipsa ipsum) istud hoc id nostrum vestrum meum tuum
suum. Discipulus. Que sunt communis generis? Magister. Nostras et
vestras. Discipulus. Que sunt omnis generis? Magister. Ego tu sui.
Casus Discipulus. Casus pronominum quot sunt? Magister. Sex. qui et no-
minū: tamen/Quattuor exceptis pronomina nulla vocabis. Tu meus et no-
Declinatio ster nostras hec sola vocantur. Discipulus. Declinationes pronominum
quot sunt? Magister. He que sequuntur. Sciendum tamen pronomini-
bus in declinando articularia non preponi.

In singulari. { Ego mei vel mis mihi me a me / Tu tui vel tis tibi te o tu a te. / Sui sibi se a se }
In plu. { nos nr̄m vel nr̄i nobis nos a nobis / vos vr̄m vel vr̄i vobis vos o vos (a vobis / sui sibi se a se. }

In singulari. { Ille illius illum ab illo / Illa ilius illi illam ab illa: / Illud illius illi illud ab illo }
In plu. { Illi illoꝝ illis illos ab illis / Ille illarū illis illas ab illis / Illa illoꝝ illis illa ab illis }

Simili modo declinatur. Ipse ipsa ipsum. Iste ista istud: sicut et ille.

In singulari: Hic huius huic hūc ab hoc / Hec huius huic hāc ab hac / Hoc hui⁹ huic hoc ab hoc — In plu.: hi hor his hos ab his. / he har his has ab his / hec hor his hec ab his. Hi et his per simplex i et he per simplex e scribitur.

In singulari: Is eius ei eum ab eo / Ea eius ei eam ab ea / Id eius ei id ab eo — In plu.: * ei eor eis eos ab eis / Ee earum eis eas ab eis / Ea eor eis ea ab eis.

* qd ij dici deberet. Similiter et in datiuis et ablatiuis pluralibus ijs. vnde idem in nominatiuo plurali habet ijdem: in datiuo et ablatiuo eisdē vel ijsdē. Componitur eñ ab his et demum. Identidem id est idem et idem.

Meus mea meum: Tuus tua tuum. Suus sua suum declinātur sicut albus alba album. Excepto q meus habet in vocatiuo mi.

Noster nostra nostrum: Vester vestra vestrum declinant sicut niger nigrū. Nostras et vestras declinantur sicut ciuitas.

In singulari: Quis vel qui cuius cui quem a quo vel a qui / Que vel qua cuius cui quam a qua vel a qui / Quod vel quid cuius cui quod vel quid a quo vel a qui

In plurali: Qui quorū quis vel quibus quos a quis vel a quibus / Que quarū quis vel quibus quas a quis vel a quibus / Que vel qua quor q̄s vel q̄bus q̄ vel qua a q̄s vel a quibus.

Sic et eorum composita: preter quisquis in nominatiuo/ quicquid in accusatiuo/ et quoquo in ablatiuo. Si quis reliquis aliquis nunquis in feminino in nominatiuo habent a. vt si qua reliqua nūqua etc. Istic istec istoc declinantur solum in casibus vbi c retinent: dempto datiuo singulari: hic et hec nostras vestras/ et hoc nostrate vestrate. genitiuo huius nostratis vestratis: sicut nomina tertie declinationis in as.

In singulari: Eccum / Eccam — In plu.: Eccos / Eccas — In sin.: Ellum / Ellam — In plu.: Ellos / Ellas

Hec de pronomine: consequens est vt verbum percurramus.

De Verbo. Ca. XXIIII. Discipulus.

Verbum — Quid est verbum? Magi. Est pars orationis cū tēporibus et modis sine casu agere aliquid aut pati aut neutrum significans. Dicta est autem hec pars orationis verbum: eo q aere verberato lingua formetur. Discipulus. Ea ratione omnis pars orationis verbum dici solet. Magister. Sane quidem: hec t pars oratiōis per excellentiā sibi hoc nomen vendicauit: quia eo frequētius vtimur: cum sine verbo perfecta constitui non possit oratio. Eius autē naturā nō tam definitione q̄ diuisione cognoscemus

Verba substantiua — Vocatiua — Unde omne verbum aut est substantiuum/ vocatiuum/ vel adiectiuū. Et rursus verba substantiua tria sunt: scilicet sum fio et existo. Vocatiua quinq sunt scilicet nuncupor appellor vocor nominor et dicor. Reliqua vero omnia adiectiua sunt. Ex quibus tamen aliqu_ similem vim habent cum substantiuis et vocatiuis: de quibus infra. Et amplius adiectiua sunt duplicia: scilicet personalia et impersonalia. Disci. Que verba sunt personalia? Magister. Que

in presenti indicatiui terminantur in o vel or (defectiuis et anomalis exceptis: de quibus infra) vt amo/loquor: et coniugantur per tres personas. Et hec rursus sunt duplicia: scilicet actiua et neutra. Actiua quidem omnia sunt quibus conuenienter addi potest ille accusatiuus ioannem: et possunt vulgarizari per wird. vt amo ioannem/sequor ioannem: amor ich wird lieb gehebt: sequor ich wird nochgeuolgt. Neutra vero sunt quibus accusatiuus ioannem addi non potest: nec vulgare wird recipiunt: vt sto/luctor. non enim dicimus sto ioannem/luctor ioannem. Discipulus. Que sunt impersonalia? Magister. Que in presenti indicatiui terminantur in tur vel in t. Et solum in tertijs personis coniugantur: vt statur/accidit. Hec autem rursus diuersa sunt: quia omnia impersonalia in tur sunt passiua: et vulgarizantur per man: vt statur man stat. vel es wirdt: vt statur/es wirdt gestanden. Sed impersonalia in. t. sunt actiua. et vulgarizantur per es/vt licet es zimpt. Excipiuntur impersonalia in t. que descendunt a facio. cum componitur cum alijs dictionibus quam prepositione: vt bene fit/satis fit/male fit. que passiua sunt. Discipulus. A quibus verbis descendunt impersonalia. Magister. Ab actiuis/neutralibus. tamen dempto miseret: quod venit a verbo deponentali misereor. Discipulus. Verbo quot accidunt? Magister. Octo scilicet genus/numerus: figura/tempus/persona/modus/coniugatio et forma. Discipulus. Genera verborum quot sunt? Magister. Quinque scilicet actiuum/passiuum/neutrum/commune et deponens. Discipulus. Quod verbum est actiui generis? Magister. Quod terminatur in o et accipiens r facit ex se passiuum: vt amo amor. Discipulus. Quod verbum est passiuum? Magister. Quod terminatur in or et dempta litera r redit in suum actiuum: vt amor/amo. Discipulus. Quod verbum est neutrum? Magister. Quod terminatur in o: nec potest accipere r et facere ex se passiuum. vt sto/stor non dicitur: et hec sunt aut neutra pura: vt sto. Aut substantiua: vt sum (quod solum non terminatur in o) Aut neutro passiua: sic dicta/quia in preterito et temporibus formatis inde habent vocem passiuam: in presenti tamen et inde formatis neutralem seruant inflectionem: vt sunt. Audeo cum soleo fio quoque gaudeo fido. Prandeo mereo predictis simul annumerabis. Aut passiua neutra. Sic dicta quia sub voce neutrali passiuam habent significationem: vt sunt vapulo veneo exulo fio. Discipulus. Quod verbum est commune? Magister. Quod in or desinit/nec r dimittit: actionem et passionem significans: vt sunt Largior experior veneror moror osculor hortor: Criminor amplector interpretor hospitor adde. Discipulus. Quod verbum est deponens? Magister. Quod in or desinit/nec r dimittit: actionem vel passionem significans: vt luctor loquor et similia. Discipulus. Numeri verborum quot sunt? Magister. De numero et figura verborum dicendum est vt in nomine. Discipulus. Tempora verborum quot sunt? Magister. Quinque scilicet. Presens. Preteritum imperfectum: preteritum perfectum: preteritum plusquamperfectum et futurum. Discipulus. Persone verborum quot sunt? Magister. Tres scilicet Prima/secunda et tertia. Discipulus. Modi verborum quot sunt? Magister. Quinque scilicet Indicatiuus/imperatiuus/optatiuus/coniunctiuus/infinitiuus qui longe ab impersonali differt. Ille enim sine verbo adiuncto perfectum sensum non generat: sed verbum impersonale: vt amare et amat.

Discipulus. Coniugationes verborum quot sunt? Magister. Coniugationes verborum regulares sunt quatuor. scilicet prima: secunda: tertia et quarta. Discipulus. Quod ver-

Marginal notes: Verba act. — Neutra — Impersonalia — Verbi accidentia — Genus actiuum — Passiuum — Neutrum — Neutropassiuum — Passiuum neutrum — Commune — Deponens — Numerus — Figura — Tempus — Persona — Modus — Coniugatio

bum est prime coniugationis? Magister. Quod habet a longam ante re in infinitiuo: vel ri: vt amare/amari. Discipulus. Quod verbū est secūde coniugationis? Magister. Quod habet e longam ante re: vel ri in infinitiuo: vt docere doceri. Discipulus. Quod verbū est tertie coniugationis? Magister Quod habet e breuem ante re: in infinitiuo: vel i solam sine r. vt legere legi. Prima Secunda Tertia Quarta

Discipulus. Quod verbum est quarte coniugationis? Magister. Quod habet i longam ante re vel ri in infinitiuo: vt audire/audiri: hoc autem facilius deprehēdes/si vniuscuiusq; coniugationis formam cum regulis mox subiungendis memorie reposueris: preterita & supina (que magis variātur) sm regulas formabis. Et quinq; tēpora o tenore preteriti deriuabis. Unde Ram sem/rim/ro/se/formabit p̄teritumq;.

De prima cōiugatione Regule. Ca. XXV.

De Preteris.

Ex as fac aui: preter dedit & stetit a sto. Amaui
Et cubuit/plicui/micui/fricui/secuiq;
Et domui/sonui/tonui/crepui/vetuiq;
Cum iuui/laui/necui/dic atq; necaui
Datq; nexui nexo: cubui dic atq; cubaui. Iuuo
Aui dimico dat ui: sic increpo format. Lauo
Aui preteritum plico dat cum nomine iunctum: Neco
Hoc sine prebet ui: tamen & reperitur in aui. Cubo
Confrico cum refero: formantur sepe per aui. Multiplico
Stoq; stitiq; stitum dat natis: excipe circum. Replico

Nota: do cum compositis huius inflectionis corripit da. vt circundare: me dia correpta. pessundare: venundare. Circūdo Resto

De supinis.

Aui preteritum semperq; supinat in atum:
Sed lauo dat lotum/iuuo iutum/potoq; potum:
Doq; datum dat/stoq; statum/nexo quoq; nexum. Sonitum
Quod dat ui dat itum. frictum/sectum quoq; nectum.

De supinis deponentalium.

Atum prima dabit per deponentia semper. Luctor Luctatum

Forma Prime coniugationis in Actiuo

In Indicatiuo.

In singlari in	Presenti Amo amas amat Ptō impfecto amabā bas bat Ptō pfecto amaui uisti uit. Ptō plusq̄pfecto amauerā as at Futuro Amabo amabis bit.	In pli	Amamus amatis amant. Amabamus batis bant. Amauimus uistis erūt vel ere Amaueramus eratis erant. Amabimus amabitis bunt.

In Imperatiuo.

In singulari in
Pñti ama ꝛ caret prima pſona
Futuro amato tu amato ille
In plñ
amemus amate ament.
amemus tote anto vel antote.

In Optatiuo vtinam.

In singulari in
Pñti ꝛ ptõ impfecto amarem res ret
Ptõ pfecto ꝛ plusq̃. amauiſſem ſes ſet.
Futuro amem ames amet
In plñ
amaremus etis rent.
amauiſſemus ſetis ſent.
amemus ametis ament.

Signa Optatiui/q̃ vt/quatenus/ne.

In Coniunctiuo Cum.

In singulari in
Preſenti amem ames amet
Ptõ impfecto amarem res ret
Ptõ pfecto amauerim ris rit
Ptõ plusq̃. amauiſſẽ ſes ſet
Futuro amauero ueris rit
In plñ
amemus ametis ament
amaremus amaretis amarent.
amauerimus eritis amauerint
amauiſſemus uiſſetis uiſſent
amauerimus ueritis uerint.

Signa coniũctiui cũ/dum/qm̃/niſi/ſi/q̃uis/licet/q̃q̃/donec/priuſq̃

In Infinitiuo qui eſt ſine numeris ꝛ pſonis

In preſenti ꝛ preterito impfecto amare: preterito perfecto ꝛ plusq̃perfecto amauiſſe. Futuro amatum ire vel amaturũ eſſe.

Verbum Impersonale.

In
Indicatiuo in
preſenti amatur.
preterito impfecto amabatur.
preterito perfecto amatũ eſt vel fuit.
preterito plusq̃. amatũ erat vel fuerat.
futuro amabitur.
Impatiuo in
Preſenti ametur
Futuro amator.

In
Optatiuo vtinam in
Preſenti ꝛ ptõ impfecto amaretur
Ptõ pfecto ꝛ plusq̃. amatũ eſſet fuiſſet.
Futuro amaretur.
Coniũctiuo cum in
Preſenti ametur
Preterito impfecto amaretur
Ptõ pfecto amatũ ſit vel fuerit.
Ptõ plusq̃. amatum eſſet vel fuiſſet.
Futuro amatum erit vel fuerit.
In Infinitiuo in
Preſenti ꝛ pterito impfecto amari.
Ptõ pfecto ꝛ plusq̃. amatũ eſſe vel fuiſſe.
Futuro amatum iri.

Gerundia amandi amando amandum.
Supina amatum amatu.
Participia
Preſens amans.
Futurum amaturus.

Forma prime coniugationis in Passiuo.

In Indicatiuo

In sing(u)l(a)ri in
- Presenti amor amaris vel amare amatur.
- Pt(er)ito imp(er)fecto amabar amabaris vel amabare amabatur.
- Pt(er)ito p(er)fecto amat(us) sum vel fui/es vel fuisti/est vel fuit.
- Pt(er)ito plusq(uam). amat(us) eram vel fueram eras vel fueras erat vel fuerat.
- Futuro amabor amaberis vel amabere amabitur.

In plurali in
- Presenti amamur amamini amantur.
- Pt(er)ito imp(er)fecto amabamur amabamini amabantur
- Pt(er)ito p(er)fecto amati sum(us) vel fuimus estis vel fuistis sunt &c.
- Pt(er)ito plusq(uam). amati eramus vel fueramus eratis vel fueratis &c.
- Futuro amabimur amabimini amabuntur.

In Imperatiuo.

In singulari in	Presenti amare ametur.	In plurali	Amemur amemini amentur.
	Futuro amator tu amator ille		Amemur minor amantor.

In Optatiuo vtinam.

In singulari in	P(rese)nti & pt(er)ito imp(er)fecto amarer eris &c.	amaremur emini amarentur.	In plurali
	Pt(er)ito p(er)fecto & plusq(uam). amat(us) essem &c.	amati essemus vel fuissemus &c.	
	Futuro amer ameris vel ere etur.	amemur amemini amentur.	

In Coniunctiuo Cum

In singulari in	Presenti amer eris vel ere etur	amemur amemini amentur.	In plurali
	Pt(er)ito ip(er)fecto amarer eris vel ere etur	amaremur amaremini rentur.	
	Pt(er)ito p(er)fecto amat(us) essem vel fuisse(m) &c.	amati simus vel fuerimus &c.	
	Pt(er)ito plusq(uam). amat(us) essem vel fuisse(m) &c.	amati essemus vel fuissemus.	
	Futuro amat(us) ero vel fuero eris &c.	amati erimus vel fuerimus &c.	

In Infinitiuo.

In
- Presenti & preterito imperfecto amari.
- Preterito p(er)fecto & plusq(uam) amatum esse vel fuisse.
- Futuro amatum iri.

Participia
- Preteritum amatus.
- Futurum amandus.

Discipulus. Quare imperatiuus caret prima persona in singulari & non in plurali. Magister. Quia nemo sibi ipsi soli imperat: ideo caret prima persona in singulari. sed possumus nobis ipsis cum aliis imperare: ideo habet primam in plurali. Capitur tamen imperatiuus frequenter deprecatiue: cum inferiores superioribus loquantur. Imperatiuus etiam preteritum non habet: quia ad preteritu(m) no(n) est consilium/imperium/aut deprecatio. Preter hec operepreciu(m) est vt omnes personas singulos p(er) modos & temporis vulgarizes vti iam a me audisti. Et non modo per verba huius inflectionis: verumetiam per omnia seque(n)tia. Id enim qua(n)tu(m) latinitati conducat experientia docebit.

De Secunda coniugatione. Ca. XXVI

De Preteritis.

Moueo Ferueo Ferbeo Doceo Docui Pendeo Tondeo Immineo

DE veo forma vi. ferbere bui facit aut vi.
Conniri vel conniui conniueo format.
Illud format ui cuius non est veo finis.
Nihil vico. cieo ciui. quieoqȝ quieui.
Sueui vel suetus. iussi/sorpsiqȝ buiqȝ/
Luxi vel mulsi risi suasi simul arsi.
Stridi/sedi/vidi/dicqȝ pepenqȝ spopondi.
Atqȝ toton/momor & gauisus: iungitur ausus:
Prandi pransus dic/auxi/luxi/ simul alsi.
Sicut & indulsi ab indulgeo compositum ab algeo.
Fulsi cum mulsi: dic vrsi/iungito tursi.
Cum tersi fleui leui pleui. sed oleui:
Aut olui/cleui solitus mansi neo neui.
Dans a per i maneo dat ui. careatqȝ supino.
Nil liqueo/torsi/dic hesi: mestus ui dat.

De Supinis.

Moui Motum Risum Tuctum Pro gauisum ppter carmē.

DAt veo vi per tum cautum: fautum vel adultum.
Que dant preterita per ui caruere supinis:
Ni faciant in itum: teneo tentum quoqȝ doctum
Censeo dat censum: sed itum sua compositiua.
Misceo dat mixtum: frictum vel frigeo nullum.
Pauca supinantur preter sex neutra secunde
Dat pateo passum: careo caritum quoqȝ cassum.
Pareo prebet itum: licet ac doleo taceoqȝ
Format itum doleo noceo placeo soleoqȝ
Et valeo valitum. sic format torreo tostum.
Di sisum xi ctum: sed tum dat sorbeo vel ptum.
Dic tamen indultum vel sum: mulsum quoqȝ mulctum
Dic sedeo sessum: tortum torsum quoqȝ gausum.

De supinis Deponentalium.

Misertū.

Altera curtat itum: tueor tutum misereri
Dat sertum: reriqȝ ratum: fateor quoqȝ fassum.
Nil medeor format: mereor merui meritum dat

Sequit forma secūde cōiugatiōis in actiuo.

In Indicatiuo

In sin. { Doceo doces docet / docebam bas bat / Docui docuisti docuit / docueram docueras rat / docebo docebis bit

In plu. { docemus docetis docent / docebamus batis docebant / docuimus istis erūt vel ere. / docueramus eratis erant / docebimus docebitis cebūt.

In Imperatiuo.

In sin. Doce doceat / Doceto tu ceto ille

In plu. doceamus docete doceant. / doceamus tote ento vel entote.

In Optatiuo vtinam.

In sin. { Docerem res ret / Docuissem ses set / Doceam doceas doceat

In plu. { doceremus doceretis docerent. / docuissemus setis sent. / doceamus doceatis doceant.

In Coniunctiuo Cum

In sin. { Doceam doceas doceat. / Docerem ceres ceret / Docuerim ris rit / Docuissem ses set / Docuero cueris cuerit

In plu. { doceamus doceatis doceant / doceremus doceretis docerent / docuerimus cueritis cuerint / docuissemus cuissetis cuissent / docuerimus cueritis cuerint

In Infinitiuo.

In presenti ꝛ preterito impfecto Docere: Preterito pfecto ꝛ plusq̄perfecto Docuisse. Futuro doctum ire vel docturum esse.

Verbum Impersonale. In Indicatiuo.

In sin. { Presenti docetur / Ptō impfecto docebatur / Ptō pfecto doctū est ꝛc. / Ptō plusq̄. doctū erat vł fuerat / Futuro docebitur.

Impatiuo { Presenti doceatur / Futuro docetor

Optatiuo vtinā: in { Presenti ꝛ p̄terito impfecto doceretur. / Ptō pfecto ꝛ plusq̄ doctū esset vel fuisset. / Futuro doceatur.

In Coniūctiuo cū: in { Presenti doceatur / Preterito impfecto doceretur. / Preterito perfecto doctum sit vel fuerit. / Ptō plusq̄perfecto doctum esset vel fuisset. / Futuro erit vel fuerit.

Infinitiuo in { Presenti ꝛ preterito impfecto doceri. / Ptō perfecto ꝛ plusq̄perfecto doctū esse vel fuisse. / Futuro doctum iri.

Participia presens: vt docens. Futurū docturus. Gerundia docendi/docendo/docendum. Supina doctum doctu.

Sequit forma secūde cōiugatiōis in passiuo

In Indicatiuo

In singl'ari: Doceor doceris vel ere etur / Docebar baris vel bare batur / Doctus sum vel fui es vel fuisti / Doctus eram vel fuerā eras rc. / Docebor beris vel bere bitur.

In plī: docemur docemini docentur. / docebamur bamini bantur / docti sumus vel fuimus rc. / docti eramus vel fueramus rc. / docebimur bimini buntur.

In Imperatiuo.

In sri p̄senti: Docere doceat. Futuro docetor tu docetor ille.
In plī p̄senti: Doceamur amini ant. Futuro doceamur emini entor

In Optatiuo vtinam.

In singl'ari: Docerer docereris vel ere etur / Doctus essem vel fuissē esses rc. / Docear docearis vel are atur

In pl': docerenur emini entur. / docti essemus vel fuissemus / doceamur amini antur.

In Coniunctiuo Cum.

In singl'ari: Docear aris vel are doceatur / Docerer eris vel rere doceretur / Doctus sim vel fuerim sis rc. / Doctus essem vel fuissem rc. / Doctus ero vel fuero eris rc.

In plī: doceamur doceamini doceantur. / doceremur remini docerentur / docti simus vel fuerimus rc. / docti essemus vel fuissemus rc. / docti erimus vel fuerimus.

In Infinitiuo.

In: Presenti r preterito imperfecto doceri. / Preterito p̄fecto r plusq̄perfecto doctum esse vel fuisse. / Futuro doctum iri.

Participia: Preteritum doctus. / Futurum docendus.

De Tertia coniugatione. Ca. XXVII.

De Preteritis.

O Ic feci. ieci. lexi. spexi quoq3 fodi.
Fugi cum cepi. rapui. sapuiq3 cupiui. — Licio / Allicio
Et quassi/cussi/peperi/simul elicuiq3.
Semper uo dat ui. preter struxi quoq3 fluxi. — Acuo
Pluui siue plui — Arguo
Dic scripsi. nupsi. lambi. scabiq3 bibiq3 Atq3 scobi
Dic dixi duxi. vici. paui quoq3 creui.
Noui. pesco cui. didici. nil glisco poposci.
Ici conquexi/parsi dic atq3 peperci. — Ico
Do dat di: preter rasi/vasi quoq3 lesi.
Rosi cum lusi/trusi/clausi quoq3 plausi. — Pando / Paudi

Cedo cecidi/cedoqꝫ cessi/iunge pepedi:
Findo fidi dat:scindo scidi quoqꝫ fudi.
Prendo didi cecidi tutudi fidoqꝫ fisus
Tendo tetendi:pendo pependi:sidoqꝫ nil dat.
A do composita terne dant di geminatum.
Sic dabit abscondo vel di.si diuido format.
Go dat xi per x.preter sparsi quoqꝫ versi. Go
Mersi cum tersi legi fregi simul egi.
Algeo xi tria dant:intelligo negli
Dat tango tetigi pepigi:dant pango paciscι.
Jungere dat pegi:canto panxi stimulare
Dat pungo pupugi:punxi punctos numerando.
Formabit traxi traho:formabit vcho vexi.
vt volo Lo dat ui.preter pepuli:ceculiue fefelli. Lo a pello cello fallo vello sallo psallo] et tollo.
Salli cum psalli vulsi velliue tuliqꝫ
vt gemo Mo dat ui.preter emi/pressi quoqꝫ dempsi: Mo
a pmo demo como pmo sumo Compsi cum prompsi sumpsi.
Dic posui genui cecini tempsi quoqꝫ straui No a pono gigno cano teno sterno.
A cano composita per ui formantur ⁊ centum.
sperno sino lino Spreui cum creui/sini leui quoqꝫ liui
Dic strepui scopui rupi repsi quoqꝫ clepsi: Po
Scalpsi cum sculpsi carpsi tu iungito serpsi.
Formabit liqui linqui linquo format coquo coxi. Quo
Gessi dic vssi verri versiue cucurri. Ro gero vro vero curro q̃ro.
Triui quesiui:seui sero dat seruiqꝫ.
Atqꝫ tuli fero dat:nil vel furui furo format:
So format siui.si viso capesso facesso. So vt Lacesso
Pinso sui format.Dat necto pecto xui xi. cto Flecto sterto
vt messui Dic flexi plexi.dic stertuit:addito verti. To verto.
Datqꝫ sui meto.dat tiui peto mittoqꝫ misi.
Sisto steti neutrum.statui dat transierit dum.
Solui cum volui:dic caluiqꝫ viuoqꝫ vixi. Uo
Nexo nexui per x formabit:iungito texo. Xo

De Supinis.

Tero tritũ Bi vel ui dat itum:dat vi tum demitur inde.
Raptum consultum cultum textum quoqꝫ sertum.
Et pistum messum pexum necto quoqꝫ nexum.

Occultum/questum. tibi sincopa format ꝛ altum.
Dicqꝫ satum pastum. soluo vel voluo dat utum.
Ag vel cognosco dat itum: sic insero conser.
Consuo Uo per ui dabit utum: dic rui tumqꝫ rutumqꝫ.
Insitum Ci vel gi cum qui vel xiqꝫ supina dat in ctum.
Consitum Consero Dic factum iactum victum tactum simul actum.
Discoqꝫ posco citum: fugitum fictum quoqꝫ fractum.
Mictum cum pictum. rictum: coniungito strictum:
Et fixum fluxum frixum: seu dicito fluctum.
Cum flexum pexum vel plexum: iungito nexum.
Dant pepigi pegi pactum: panxi quoqꝫ nullum.
Di. cum li. ri. si. cum ti. dat sumqꝫ supino.
Dic scissum fissum passum seu dicito pansum.
Cum cussum cessum fossum: tutudi quoqꝫ tusum.
Perdo Stum dat edo vel sum: sed itum dant a stare nata.
Reddo Abscondoqꝫ simul dat itum vel sumqꝫ supino.
Tentum vel tensum: peperi partum paritumqꝫ
Dic falsum pulsum culsum latum quoqꝫ salsum:
Excelsum vulsum cursum: cauo iungito cautum.
Dic tortum torsum gestum missum simul ustum.
M i pi psi dabo ptum: tamen dicito captum.

De Supinis Deponentalium.

Disce supina dare per deponentia terne:
Actiui finge vocem: formaqꝫ per ipsam
Mortuus ꝛ gressus/passus/fretus quoqꝫ fructus:
Et fruitus: tuitus: lapsus: nascor quoqꝫ natus:
Iratus iungo/pactus simul atqꝫ profectus:
Ultus cum nactus/experrectus vel adeptus:
Addito commentus/simul oblitus quoqꝫ fassus:
Fungor habet functus formant loquor ꝛ sequor utum.
Questus cum nisus seu nixus/iungitur vsus.
Nil format vescor/nil formabit reminiscor.

Sequitur forma tertie Coniugationis. In Indicatiuo.

In singulari in	Presenti lego legis legit	In plurali	legimus legitis legunt.
	Pto imperfecto legebā bas bat		legebamus legebatis bant
	Pto perfecto legi legisti legit		legimus legistis erūt vel ere.
	Pto plusqꝫ legerā legeras legerat		legeramus legeratis legerāt
	Futuro legam leges leget.		legemus legetis legent.

In Imperatiuo

In singulari In presenti lege legat. In plurali legamus legite legant.
In futuro legito tu legito ille. legamus legitote/unto vel untote.

In optatiuo vtinam

In singulari in Presenti et preterito imperfecto legerē es et. In plurali legeremus legeretis gerēt
Preterito perfecto et plusquamperfecto legissem ses set. legissemus legissetis sent.
Futuro legam legas legat. legamus legatis legant

In Coniunctiuo cum

In singulari in Presenti legam legas legat. In plurali legamus legatis legant.
Preterito imperfecto legerem res ret. legeremus legeretis legerent
Preterito perfecto legerim ris rit. legerimus legeritis legerint
Preterito plusquam legissem ses set. legissemus legissetis legissent
Futuro legero legeris legerit. legerimus legeritis legerint.

In Infinitiuo

In Presenti et preterito imperfecto legere.
Preterito perfecto et plusquamperfecto legisse.
Futuro lectum ire vel lecturum esse

Verbum impersonale in Indicatiuo.

In singulari in Presenti legitur
Preterito imperfecto legebatur
preterito perfecto lectū est vel fuit
preterito plusquam lectum erat vel fuerat
Futuro legeretur

Optatiuo presenti et preterito imperfecto legeretur
preterito perfecto et plusquam lectū esset vel (fuisset.
Futuro legatur.

In imperatiuo. Presenti legatur
Futuro legitor

Coniunctiuo cum Presenti legatur
preterito imperfecto legeretur
preterito perfecto lectum sit vel fuerit.
preterito plusquam lectum esset vel fuisset
Futuro lectum erit vel fuerit

In infinitiuo. Presenti et preterito imperfecto legi
Preterito perfecto et plusquamperfecto lectum esse vel fuisse
Futuro lectum iri.

Gerundia legendi/legendo/legendum. Supina: lectum/lectu. Participia. presens vt legens. Futurū vt lecturus. In gerundijs nonnunquam e/ in u vertitur vt finitū. Regundorum pro regendorū. Familie bercisunde pro bercis cende: ab hercisco quod est diuido.

Forma tertie coniugationis in passiuo.

In Indicatiuo.

In singulari in presenti legor legeris vel re itur. In plurali legimur legimini leguntur
preterito imperfecto legebar aris vel batur. legebamur amini antur.
preterito perfecto lectus sum vel fui. lecti sumus vel fuimus estis etc.
preterito plusquam lectus erā vel fuerā. lecti eramus vel fueramus
Futuro legar legeris vel gere getur. legemur legemini legentur.

In Imperatiuo

In singulari in Presenti legere legatur: legitor tu legitor ille.
In plurali legamur legamini legantur/futuro legamur minor untor.

In Optatiuo vtinam

In singulari: Pñti et ptõ imperfecto legerer eris. ptõ pfecto et plus. lect⁹ essem. Futuro legar aris vel are atur
In plñ: legeremur legeremini legerentur. lecti essemus vel fuissemus. legamur legamini legantur.

In singulari: Pñti legar aris vel are atur. ptõ imperfecto legereris vel ere etur. ptõ pfecto lect⁹ sim vel fuerim. ptõ plusq̃ lectus essem vel fuissem. Futuro lect⁹ ero vel fuero eris.
In plñ: legamur legamini legantur. legeremur legeremini legerentur. lecti simus vel fuerimus sitis. lecti essemus vel fuissemus. lecti erimus vel fuerimus.

In infinitiuo

In: Pñti et ptõ imperfecto legi. ptõ pfecto et plusq̃ lectũ esse vel fuisse. Futuro lectum iri.
Participia: Preterito lectus. Futuro legendus.

De quarta Coniugatione Capitulum vicesimumoctauum.

Regule de preteritis.

I Ui quarta dabit: formabit cambio campsi:
Datq3 bui. dat vinxi vincio. iungito sanxi.
Sancio vel ciui formabit raucio rausi.
Fulsi vel ciui: farsi sarsi salui dic
Vel liui veni cum sepsi dic simul hausi.
Sentio dat sensi
Apperio. A pario dant nata rui. sed comperit atq3
Repperit excipias: ertum sibi iuncta supinat.

Huius ordinis verba que iui in preterito habent/ sepe u reijciunt: nonnunq̃ etiam ui deponunt: vt perii pro petiui: petisti pro petiuisti.

De Supinis.

Iui preteritum sepe transfretur in itum.
Excipias saltumq3 sepultum sic et amictum
Venco dat vendi venum venioq3 dat entum.
Dat si sum: victum quarte: sed retrahis haustum.
Fultum cum fartum: sartũ camptum quoq3 septũ
Exilio Resilio. Quod salio sibi componit formabit in ultum.
A queo composita vel eo breuiare supina
Constat. et ambitum non corripit ambio solum.

De Supinis Deponentalium.

Producens quarte: et tibi cuncta supinat in itũ

Trina sed excipies: ortus cum mensus et orsus:
Deponens assentior assensum tibi prebet.

Regule gñales oĩm coniugationũ.

Despondeo Remordeo Reposco Dedisco

Simplicium norma formabis compositiua:
Si componantur geminantia non geminantur.
Do sto composita geminabunt: poscoq3 disco.
Precurroq3 notes: quoniam geminatq3 repugno
A si compositum dat in i: dabit eq3 supino:
Ut probat inficio: sed debes demere do go.

Forma quarte coniugationis in Actiuo.

In Indicatiuo

In singl'ari in
Presenti audio audis audit
ptõ impfecto audiebam bas bat.
ptõ pfecto audiui iuisti iuit
ptõ plusq̃pfecto audiuerã ras rat.
Futuro audiam audies audiet

In pl'i
audimus auditis audiunt
audiebamus ad. iebatis bant.
audiuimus iuistis iuerunt vel iuere
audiueramus ratis rant
audiemus audietis audient

In Imperatiuo.

In singl'ari in
Presenti audi audiat
Futuro audito tu audito ille

In pl'i
audiamus audite audiant.
audiamus auditote unto vel untote

In Optatiuo vtinam.

In singl'ari in
pñti et ptõ imperfecto audirẽ res ret
ptõ pfecto et plus. audiuissẽ es et.
Futuro audiam audias audiat.

In pl'i
audiremus retis rent.
audiuissemus setis sent
audiamus audiatis audiant.

In Coniunctiuo cum.

In singl'ari in
Presenti audiam audias diat
ptõ imperfecto audirem res ret
ptõ pfecto audiueri ris rit
ptõ plusq̃ audiuissem ses set
Futuro audiuero ris rit

In pl'i
audiamus audiatis audiant
audiremus audiretis audirent.
audiuerimus ritis rint
audiuissemus uissetis uissent.
audiuerimus riits rint.

In Infinitiuo.

In
Presenti et ptõ imperfecto audire
preterito perfecto et plusq̃perfecto audiuisse.
Futuro auditum ire vel auditurum esse.

Uerbum impersonale in Indicatiuo.

In
Presenti auditur
preterito imperfecto audiebat
ptõ perfecto auditũ est vel fuit
ptõ plusq̃ auditũ erat vel fuerat
Futuro audietur.

In Imperatiuo in presenti audiat.
In Futuro auditor

In Optatiuo.

In
Presenti et preterito imperfecto audiretur.
preterito perfecto et plusq̃ perfecto auditum esset vel fuisset.
Futuro audiatur.

In Coniunctiuo

In Presenti audiatur.
preterito imperfecto audiretur.
ptō pfecto auditum sit fuerit
ptō plusq̄ auditū esset vel fuisset
Futuro auditum erit vel fuerit.

In Infinitiuo

In pñti et ptō impfecto audiri
ptō pfecto et plusq̄. auditū esse vel fuisse.
Futuro auditū iri.

Forma quarte coniugationis in Passiuo.

In Indicatiuo

In singlari in	Pñti audior audiris vel audire audit	audimur audimini audiuntur	In plurali
	ptō impfecto audiebar baris vel are at	audiebamur audiebamini bantur.	
	ptō pfecto audit⁹ sum vel fui es vel rc.	auditi sumus vel fuimus rc.	
	ptō plusq̄ audit⁹ erā vel fuerā eras rc.	auditi eramus vel fueramus	
	Futuro audiar audieris vel audiere rc.	audiremur emini entur.	

In Imperatiuo

In singlari in	Presenti audire audiatur	In plurali	audiamur audiamini audiantur
	Futuro auditor tu auditor ille		audiamur audiminor audiuntor.

In Optatiuo vtinam.

In singulari in
Presenti et ptō impfecto audirer audireris vel irere iret.
ptō pfecto et plusq̄ audit⁹ essem vel fuissem esses vel rc.
Futuro audiar audiaris vel audiare audiatur.

In plurali
audiremur audiremini audirentur
auditi essemus vel fuissemus essetis vel fuissetis essent rc.
audiamur audiamini audiantur.

In coniunctiuo cum

In singlari in	Presenti audiar audiaris vel are atur	audiamur audiamini audiantur.	In plurali
	ptō impfecto audirer eris vel ere etur	audiremur audiremini rentur	
	ptō pfecto auditus sim vel fuerim rc.	auditi simus vel fuerimus	
	ptō plusq̄ auditus essem vel fuissem rc.	auditi essemus vel fuissemus.	
	Futuro auditus ero vel fuero eris rc.	auditi erimus vel fuerimus	

In Infinitiuo

In Presenti et preterito imperfecto audiri.
preterito perfecto et plusq̄ auditum esse vel fuisse.
Futuro auditum iri.

Participia
Preteritum auditus.
Futurum audiendus.

De irregularibus et defectiuis. Capitulum XXIX Magister.

Hec de inflectione verboꝝ regularium dicta intelligas: nam sunt alia verba irregularia/que et anomala dicunt: que in q̄busdam temporibus et modis aliā a dictis habent inflectionē: nōnunq̄ etia in quibusdam modis et tpībus deficiūt. vt sunt hec q̄ sequunt. Sum volo: malo: nolo: fero: forem: edo: queso: explicit: infit: inquit: inquam: inquio: ausim vale:

salue: aue: odi: noui: cepi: memini: aio: faxo: cedo et fio. Horum irregularitatē et defectum versus sequentes indicant. Attamen huius verbi sum / cū eo frequentius vtamur / integram inflectionem subijciam.

Inflectio huius verbi Sum.

In Indicatiuo

In singl'ari in	Presenti Sum es est	In pl'i	Sumus estis sunt
	ptō impfecto erā eras erat		eramus eratis erant
	pterito pfecto fui fuisti fuit		fuimus fuistis fuerunt vel fuere
	ptō plusq̄pfecto fuerā fueras fuerat		fueramus fueratis fuerant
	Futuro ero eris erit		erimus eritis erunt

In Imperatiuo

In singl'ari in	Presenti Sis sit	In plurali	simus sitis vel este sint
	Futuro esto tu / esto ille		simus estote sunto vel suntote

In Optatiuo vtinam

In singl'ari in	Presenti et ptō ipfecto essem eēs esset	In pl'i	essemus essetis essent
	ptō pfecto et plusq̄. fuissē es et		fuissemus fuissetis fuissent
	Futuro sim sis sit		simus sitis sint

In coniunctiuo cum

In singl'ari in	Presenti sim sis sit	In pl'i	simus sitis sint
	ptō imperfecto essem esses esset		essemus essetis essent
	ptō pfecto fuerim fueris fuerit		fuerimus fueritis fuerint
	ptō plusq̄ fuissem fuisses fuisset		fuissemus fuissetis fuissent
	Futuro fuero fueris fuerit		fuerimus fueritis fuerint

In Infinitiuo

In	Presenti et ptō impfecto esse	Gerundia	essendi
	ptō pfecto et plusq̄ fuisse		essendo
	Futuro caret		essendum

Supina caret. Habet vnum participiū presentis tpis. s. ens. Hac forma inflectuntur et eius cōposita: ipsa tamen gerundia nō habēt: nec participia: trib⁹ demptis: scz presum / possum / et absum. Vn: Dic absens presens: dic potuisse potens. Assum vero in imperatiuo habet ades vel assis. Discipulus. Ad alia perge. Magister.

Dat volo vis vult et volumus vultis sine norma.
Jussio deficiens: capit ex optante futurum.
Dat primo vellem / dat fine velim modus optans.
Hec socijs repete: supinus dat tibi velle.
Hinc finem demas: per ternam cetera formas.
Dic malo primum raro formare futurum.
Jura tenere patris per cetera tempora dicis.
Nolo patrem sequitur: tamen imperialis habetur.
Noli / nolite: nolito / toteq; sunto.

Fero Dat presens primi fers fert fertisq; secundi.
Presens fer ferte:ferto fertote futurum.
Dat terni presens ferrem:socium sibi iunges.
Dat quinti ferre presens:eademq; notate.
Tempora passiuo:ferris ferturq; notentur.
Ferreq; dehinc ferror:ferrer ferriq; sequuntur.
Ad morem terne fero cetera debet habere.
Forem Tempora terna forē dabit: et fore. cetera sperne.
Rem dat res/ret/rent/remus caret atq; foretis.
Edo Es est ac esse dat/edo tibi cetera terne.
Ad plures edite dic/plures dant tamen este.
Ac estur format passiuo/sic editur dat.
Queso Quesumus ex queso retinens/nil plus dare q̄ro
Explicit. Explicit expliciunt presentis infit et inquit.
Infit. Inquit Inquam presentis est/et quandoq; futuri.
Inquam Inquio quis inquit/pluralis imus dabit untq;.
Inquio Am tm̄ dicunt es/et donare futurum.
Et presens inque semper dabit imperiali.
Ausim Is it declines ausim/pluraliter ausint.
Vale Deq; vale quidam dixere valete valeto
Atq; valetote/quinto dixere valere
Salue Processu simili salue formatur/aueq;.
Aue Bis duo sunt odi/noui/cepi/meminiq;
Odi. Noui cepi memini Que retinent sensum presentis preteritiq;:
Que formantur ab his pariter sensum duplicabūt.
Datq; mementote memini/ dabit ante memento.
Aio Aio dic is it/unt plurali sociamus.
Dic simul aiebam bas bat/pluraliter:atq;
Inuenitur ai presentis imperatiui.
Et faxo faxis faxit.sic et cedo pro dic.
Faxo Dat fio fierem fieri/dat cetera terne.
Cedo. Fio Optans futurum presens dabit imperialis.
Dic duc fac et fer et que componis ab illis.
Cum facit a verti e in i/ verbi regula seruit.
In ui preteritum de se data tempora quedam
Sincopat:hinc demas dissyllaba quodq; fit inde.
Inuenies nosti flesti flasti quoq; sciuisti.

De quibusdam alijs defectiuis Magi.

Sunt nonnulla alia verba preteritis/et aliqua supinis carentia. Disci. Et hec enumera.

Magi. Respuo cerno luo proprijs caruere supinis:
Et linquo satago compesco lamboqz lingo
Ambigo cum metuo/timeo simul vrgeo glisco
Caluoqz cum renuo/discoqz tremo quoqz posco
Ango cum viso/ sugo coniungere debes.
Estuo sterto mico rudo strido strideo psallo:
Et conquinisco parco/quibus addito dego.
Horreo scando pauet mando scabo quoqz scalpo.
Preteritis refert miseret tedetqz carebit.
veram habere discretionē: quā decem predicamentis venandā asseris. Sed enumerandā sunt hec. Mag. Predicamenta sunt. Substātia: Quantitas Qualitas: Relatio: Actio: Passio: Quando: Ubi: Positio ⁊ Habitus. Ad quorū cognitionē necessaria est cognitio quarūdā definitionū / diuisionum ⁊ regularū: que antepredicamenta appellari solent: ea propter / quia eorum cognitionem predicamenta prerequirant.

Predicamentorum numerus — *Antepredicamenta.*

De definitione primo antepredicamento. Capitulum II Discipulus.

Que sunt definitiones? Mag. Equiuocorū: vniuocorū: ⁊ denominatiuorū. Discipulus. Que sunt equiuoca? Magi. Equiuoca siue homonyma sunt quorū solum nomen cōmune est: ⁊ definitio essentie fm illud nomen est diuersa: vt hō viuus ⁊ hō pictus. Valet autē hec definitio ad cognoscendū q equiuoca nō ponunt equaliter in pdicamēto siue ordine rerū. Nam canis celestis ponit sub corpore inanimato: canis autē terrestris sub corpore animato ⁊c.

Uniuoca Disci. Que sunt vniuoca? Mag. Uniuoca siue synonyma sunt quorū nomen cōmune est: ⁊ definitio fm illud nomen est eadē: vt hō ⁊ asinus habēt hoc nomen animal cōmune: ⁊ definitionē fm hoc nomen: scz substantia animata sensibilis. Et pderit hec definitio / vt cognoscamus quia vniuoca equaliter ⁊ sub eodē genere ponunt in predicamēto: sicut hō ⁊ equus sub animali.

Denominatiua. Disci. Que sunt denominatiua? Mag. Denominatiua siue paronyma dicunt concreta que ab abstractis differūt solo casu (id est finali terminatione: vel id est cadētia ad subiectū: vel forme ad suppositū) ⁊ fm illud nomen habēt appellationē: vt grāmaticus a grāmatica / fortis a fortitudine. Et valet hec definitio ad cognoscendū modū predicandi accidentiū de substantia: q denoīatiue predicant de ea: vt hō est albus.

De Diuisione secundo antepredicamento. Capitulum III Discipulus

Diuisio Que aut quot sunt diuisiones? Mag. Due. Prima. Eorum que dicunt: quedā sunt cōplexa: vt hō currit: quedā incōplexa: vt homo animal. Ordinat autē hec diuisio ad sciendū quia sola incōplexa ponunt in pdicamēto. Secūda diuisio est. Eorū que sunt / quedam dicunt de inferiori ⁊ nō sunt (sicut accidēs) in subiecto: quēadmodū sunt genera ⁊ species de pdicamēto substantie. Quedā nō dicunt de inferiori nec sunt in subiecto: vt indiuidua de pdicamēto substātie. Quedā predicantur de inferiori ⁊ sunt in subiecto: vt genera ⁊ species de pdicamētis accidētiū. Quedā non dicunt de inferiori sed sunt in subiecto: vt indiuidua de pdicamētis accidētiū. Valet aūt hec diuisio ad cognoscendū naturas eorū que in pdicamētis sunt.

De Regula tertio antepredicamento. Capitulum. IIII Discipulus.

Regula Quot sunt regule? Magister. Due. Prima qn alterum de altero predicat: vt de subiecto vel inferiori: quecūq; de eo qd predicatur dicunt / omnia de subiecto dicunt: vt si petrus est homo: ⁊ homo est animal: ergo petrus est aīal. Et hec regula vera est in pdicatione essentiali

m. Ualet autem ad cognoscendum modum predicandi eorum que in eodem predicamēto sunt. Secūda regula est. Diuersorū generū ꝛ non subalternatim positorū diuerse sunt species ꝛ differētie. Nam species animalis sunt hō ꝛ asinus: ꝛ differentie sunt rōnale ꝛ irrōnale: sed spēs sciētie sunt grāmatica ꝛ logica: differētie vero reale ꝛ rōnale. Et ꝑmittit hec regula: vt cognoscamus essentias ꝑdicamentoꝝ esse ꝑmixtas. Prelibatis naturis antepredicamentorum aggrediamur predicamenta.

De Substantia. Ca. V Magister.

In ordine predicamentoꝝ substantiā primā esse necesse est: eo ꝙ sit subiectū omniū alioꝝ. Disci. Quid est substantia? Magister. Substantia cum sit genus generalissimum proprie definiri non potest. Definitio enim constituitur per genus ꝛ differentiam. Genus autem generalissimū supra se non habet aliud genus: igitur nec differentiā. Ne tamen eius cognitio omnino te lateat/eam saltem diuidendo notificabo. Unde substantia bifarie diuiditur: in primam ꝛ secundam. Prima autē substantia est que proprie principaliter ꝛ maxime substare dicitur: vt sunt induidua de predicamento substantie Dicimus in definitione proprie: propter quedam accidentia que alijs substant: vt superficies albedini/ sed non proprie. Et dicimus principaliter propter secundas substantias: que licet substent proprie: non tamen principaliter: quia mediantibus primis substātijs. Maxime vero dicimus: id est pluribus modis. Nam prime substantie substant proprie ꝛ principaliter: secunde vero tm̄ proprie substant. Aut prima substantia est q̄ nec est in subiecto (quia non est accidens) nec de subiecto (id est inferiori) dicitur. Secunde vero substantie sunt genera ꝛ species in quibus sunt prime substantie: vt sunt genera ꝛ species de predicamento substantie: homo animal. Et dicuntur secunde substantie: eo ꝙ ex consequenti vel secundario substant. Ut autem substantiarum naturas facilius agnoscas earundem proprietates consyderande sunt. Discipulus. Quot sunt proprietates substantie Magister. Sex: quarum prima est non esse in subiecto. Nec te conturbent substantiarum partes: licet enim sint in subiecto vt pars in toto: sicut digitus in manu non tamen vt accidens est in subiecto. Secunda proprietas est: Omnibus secundis substantijs ꝛ earum differentijs conuenit vniuoce predicari de primis: vt homo ꝛ rationale predicantur de petro ꝛ nicolao vniuoce: quia vno nomine ꝛ vna ratione: vt petrus est homo: petrus est rationalis ꝛc. Tertia proprietas est. Omnis prima substantia significat hoc aliquid: id est indiuiduum de genere substantie. Sed secunda substantia videtur significare hoc aliquid sub appellationis figura (quia nomine secunde substantie quandoqꝫ primas significamus: vt dicimus petrum hominem) sed non significat hoc aliquid: sed potius quale quid: id est substantiam communicabilem ꝛ vniuersalem: vt animal. Quarta proprietas est. Substantie nihil est contrarium: vt lapis non contrariatur ligno. Etsi quedam substantie repugnare videantur: vt aqua contrariatur igni ꝛc. hoc est ratione accidentium et non substantie. Aqua enim ratione humiditatis ꝛ frigiditatis contrariatur caliditati ꝛ siccitati ignis. Quinta proprietas est: Substantia non suscipit magis aut minus:

Substātia nō pōt definiri

Substantia prima

Proprie principaliter

Maxime

Secunde substantie

Propꝛietates substantie

Prima

Secunda

Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

vnus eñ hō nō dicit magis hō ꝙ alter. Esse eñ vniuscuiusqꝫ est idē ⁊ vnum nec intensionē nec remissionē accipiens. Sexta ꝓprietas est. Precipue proprium est substantie cum sit vna ⁊ eadem numero esse susceptibilem contrariorum: vt homo cui nunc inest caliditas/post hac frigiditas inerit. Quantitatem videamus.

De quantitate. Ca. VI Magi

Quantitas continua

Discreta

Quātitatis continue species

Qātitatis discrete species numerus oratio

Quantitas est scdm quā quāti vel qti dicimur: vñ ⁊ ipa bifarie scinditur. Alia eñ cōtinua est: alia vero discreta. Continuā aūt quātitatē dicim⁹/cui⁹ partes copulant ad aliquē terminū cōem vt ptes linee copulant ad punctū. Quātitas aūt discreta est cui⁹ ptes nō copulant ad aliquē terminū cōem: vt ptes ternarij. Rursus quātitatis continue species qnqꝫ sunt. scꝫ linea: supficies: corpus: locus ⁊ tēpus. Locus tñ forte a supficie nō vsqꝫquaqꝫ distinguit. Harū descriptiones patebūt cū de geometrie rudimētis agem⁹. Locū vero ⁊ tēpus in naturalibus notificab.m⁹. Species aūt discrete due. s. numerus ⁊ oratio. Accipiat aūt hic oratio non ꝓ illo qđ profertur: sed pro mensura syllabas mensurante. Nā syllaba longa alia mensurat quātitate: ⁊ alia breuis. Numerus ergo ⁊ oratio eadem quātitas sunt nisi ꝙ differūt penes cognotata ⁊ subiecta. Numer⁹ reperit in rebus cōtinuis ⁊ discretis/siue pmanētibus siue successiuis. Oratio tm̄ in rebus discretis ⁊ successiuis: Est ⁊ alia quātitatis diuisio. Nā quedā sunt permanentes: vt linea/superficies ⁊c. Quedā vero nō sunt permanentes: vt oratio: id eñ qđ semel dictū est amplius repeti nō pōt. Ob id etiā positionē partiū simul habere non pōt.

Proprietates qntitatis

Disci. Quot sunt quātitatis ꝓprietates? Magi. Tres sunt. Quarū prima est. Quantitas non habet contrariū: vna enim linea alteri cōtraria non est. Secunda. Quantitas nō suscipit magis aut minus: vna eñ linea non est magis linea ꝙ alia. Tertia ꝓprium est quantitati scdm eam equale vel inequale dici: vt ioannes ⁊ petrus dicuntur equales si eandē habuerint quantitatē in longo lato ⁊ ꝓfundo. Hec de quantitate. Cōsequens est vt qualitatem percurramus.

De Qualitate Ca. VII Disci.

Qualitas qualia

Quid est qualitas? Magi. Qualitas est scdm quā in specie quales esse dicimur: vt scdm albedinē dicimur albi. Qualia aūt sunt que scdm has. s. qualitates denominatiue dicunt id est denominātur: vel quomodolibet aliter ab his: cum scꝫ abstractum nomen nō habet: vt cursor dicit a qualitate in abstracto nondū denominata.

qualitatis species

Habitus

Species qualitatis quattuor sunt. Disci. Que est prima? Magi. Habitus ⁊ dispositio. In hoc differētes primo: qꝛ habitus est qualitas bñ radicata in subiecto a quo non nisi difficulter remoueri poterit/vt scientia: q̄ nō remouet a subiecto nisi circa ipsum grandis fiat pmutatio: vel ab egritudine vel ab alio hmōi. Sed dispositio est qualitas facile a subiecto mobilis. vt caliditas: sanitas ⁊c.

Dispositio

Secundo differūt. Nā omnis habitus est dispositio/cū omnis habēs habitum dispositus sit ad ea quoꝝ habet habitū: sed nō econuerso: qꝛ nō oēs dispositi habitū habent. In hac igitur specie sunt omnes virtutes/vitia ⁊ scientie et species intelligibiles scientiarū.

Secunda species

Discipu. Que est secunda species? Magi. Naturalis potentia vel impotentia aliquid facile agendi aut patiendi. vt durum dicitur qđ habet naturalem potentiā resistendi sectioni. et

egrotatiuũ qđ habet naturalẽ impotentiã resistẽdi cõtrarijs. Et in hac specie ponunt oẽs virtutes herbarũ ⁊ lapidũ ⁊c. Disci. Que est tertia spẽs? **Tertia spẽs**

Mag. Passio ⁊ passibilis qlitas. vt albedo: rubedo: frigus: calor ⁊c. Hec eñ singula passiones passibilesve qualitates dicunt. Non eo tm̃ quia subiecta earundẽ ab his afficiant passione: verũ etiã quia sensibus inferũt immutationẽ ⁊ passionẽ: perfectiuã quidem/ si debite: destructiuã vero/ si excessiue fuerint applicate. Sensibile eñ vt ait Aristoteles in secũdo de aĩa/ corrumpit sensum si sit excellens. Nec omnino idem sunt passio ⁊ passibilis qualitas. Differunt eñ penes perfectũ ⁊ imperfectũ. Illa eñ minus radicata et a subiecto remouet facilius: hec vero inheret firmius. Exemplũ pmi est/ rubedo causata ex verecũdia: q̃ nec subiectũ suũ nominat quale simpliciter/ sz cũ addito: Vñ si q̃s ex verecũdia rubescat: rubeus fact⁹ dicit. Si quis vero a natura rubore perfundit: nõ rubeus factus/ sed simpliciter rubeus nominatur a passibili qualitate. Et in illa specie ponunt oĩa obiecta quinqz sensuum q̃ inferũt passionem ipsis sensibus. Disci. Que est quarta species? **Passio passibilis qualitas** **Aristoteles** **Quarta species**

Mag. Est forma ⁊ circa hoc aliq̃d constãs figura. vt triangulatio/ curuitas. Oĩa eñ talia circa hoc aliq̃d. i. primã substantiã/ constantes ⁊ apparẽtes sunt forme ⁊ figure. Quantitates vero quarũ he dicuntur clausiones ad p̃cedens pertinẽt p̃dicamentũ. Nec aliud realiter figura est q̃ quãtitas/ termino vel terminis clausa: vt circulus est supficies linea circulari clausa. Et triangulus est supficies tribus lineis terminata: vt in geometricis dicem⁹. Non aũt oĩs quãtitas necessario figura est: cũ deus quantitatẽ interminatã facere possit. Disci. Proprietates qualitatis quot sunt? Mag. Tres. harum prima: qualitati inest contrarietas. calori eñ frigus ɔtraria est. Ex q̃ claret si vnũ ɔtrariorũ fuerit quale: ⁊ reliquũ quale ẽ. Scđa/ qualitas suscipit magis ⁊ min⁹. Est eñ vna caliditas alteri in gradib⁹ perfectior. Et he due ppꝛietates nõ oĩni q̃litati cõueniũt: Colores eñ medij cõtrariũ nõ habẽt: nec triangulatio magis aut min⁹ suscipit. Tertia: ppꝛie ppꝛiũ est qualitati ẽm eã simile ⁊ dissimile dici. vt duo parietes albedine ɔtusi similes nominant. Et hec de absolutis: respectiua discutiamus. **Forma** **ppꝛietates qualitatis.**

De Relatione. Ca. VIII

Disci. Relatiua q̃ sunt? Mag. Quecũqz hoc ipm̃ qđ sunt aliorũ dicuntur: vel quõlibet aliter ad aliud: vt pr̃ dicit filij pater. duplũ dimidij duplũ: maius aũt dr̃ minore maius: ⁊ filis simili filis: ⁊ dñs serui domin⁹. Et hec definitio relatiuis ẽm esse ⁊ dici cõuenit. Disci: Que sunt relatiua ẽm esse? Mag. quibus totum esse est ad aliud: vel q̃ de p̃ncipali significato importãt relationẽ. vt pater filius. Relatiua vero scđm dici: sunt subiecta a dictis relationibus denominata. vt pater a paternitate. vel sunt que de significato minus p̃ncipali important relationẽ annexam. vt scientia ⁊ virtus ⁊c. Ex quo sequitur: Si quis definite nouerit vnum relatiuorum/ definite noscet ⁊ reliquũ. Sicut enim esse vnius est ad aliud ita ⁊ cognosci vnius dependet a cognitione alterius. De his autem omnino determinare est difficile: dubitare autem ⁊ querere non inutile. Sunt autem relationes huius predicamenti respectus non rationis: vt species vel genus per opus relatiuum intellectus fabricate: sed reales/ vt similitudo paternitas: non aptitudinales/ sed actuales ⁊ intrinsecus aduenientes Et harum quedã **Relatiua** **Relatiua scđm esse** **Relatiua scđm dici**

Relatiua equiparentie. Relatiua disquiparentie. Proprietates relatiuorum.

sunt equiparentie: que scz secundum eandem rationem sunt in eo quod refertur: et ad quod fit relatio. vt similitudo ratione albedinis est in vtroque termino. Quedam sunt disquiparentie per oppositum. vt paternitas in patre est/ ratione potentie actiue que genuit. Filiatio autem in altero extremo est ratione alia: scz potentie passiue filij geniti. Disci. Proprietates relatiuorum quot sunt? Mag. Quatuor: quarum prima hec est. Relatiua contrariantur. vt virtus vitio contrariatur: et ignorantia discipline. Secunda: relatiua suscipiunt magis et minus. vt simile dicitur aliquid magis vel minus. He tamen proprietates non omnibus relatiuis nec etiam aliquibus conueniunt/ quia relationes: sed ratione fundamentorum. Tertia: omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. vt duplum dicitur dimidij duplum: et pater filij pater. et rursus dimidium dupli dimidium est: et filius patris filius est. Hoc tamen fallit si correlatiui non fuerit conueniens assignatio. In multis enim relatiuis hoc contingit: vt non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant que ad se referuntur: inquit Augustinus quinto de trinitate. capi. xij. Unde ala auis ala est: non autem econtra auis ale auis dicitur. similiter remus nauis remus est: sed non omnis nauis remi nauis est: cum sint naues remos non habentes. Oportet igitur correlatiua conuenienter assignare: et pro aue alatatum/ pro naue remitum dicere. Dicitur enim ala alati ala: et econuerso: alatum ale alatum. et remus remiti remus: similiter remitum remo remitum appellatur. Sic et caput capitati caput est: et relatiue ad se dicuntur: quamuis etiam substantie sint. Disci. Quo autem cognoscimus si correlatiui sit conueniens assignatio? Magi. Quando seclusis omnibus ab ipso que accidentaliter de eo dicuntur/ ipsum adhuc ad relatiuum refertur. vt seclusa risibilitate/ animalitate et ceteris a domino/ nihilominus ad seruum refertur: seclusa vero ala ab aue/ ad alatum amplius non dicitur. Quarta proprietas: Relatiua sunt simul natura/ ortu et occasu. Posita enim se ponunt: et perempta se perimunt. vt si pater est/ filius est: et econuerso. Nec valet instantia de scientia et scibili: sensu et sensato. nam scientia non refertur ad scibile: sed scitum. sic sensus non refertur ad sensibile: sed sensatum. Hec de relationibus intrinsecus aduenientibus: que scz positis extremis necessario sunt: Restat vt de relationibus extrinsecus aduenientibus aliquid despiciamus.

Relatiua intrinsecus aduenientes.

De Actione. Ca. IX

Discipu. Relationes extrinsecus aduenientes quas dicis? Mag. Eas que positis extremis non necessario sunt. si enim sit ignis et lignum actionem esse necessarium non est/ donec fuerint applicata. Discipu. Actio igitur est relatio extrinsecus adueniens? Mag. Est: et non sola sed et passio: et alia que supersunt predicamenta. Disci. Actio quid est? Magi. Est forma respectiua secundum quam in id quod subijcitur agere dicimur: vt secamus formaliter ipsa sectione: et ignis calefacit formaliter calefactione: effectiue vero calefacit calore. Disci. Quot sunt huius predicamenti proprietates? Magister. Tres. Prima: actio habet contrarium. vt calefactioni contrariatur frigefactio. Suscipit etiam magis et minus. vt magis et minus calefacere dicimur. Sciendum autem has proprietates non respectibus illis que actiones/ sed eorum cognotatis potius conuenire. Tertia est: proprie proprium est: actioni ex se inferre passionem: id est/ actio est forma respectiua qua agens formaliter in patiens producit formam absolutam: que dicitur passio. vt ignis mediante calefactione inducit in aquam passionem scz caliditatem/ a

Relationes extrinsecus aduenientes

Actio

Proprietates actionis

qua effectiue aqua patitur: formaliter autē a respectu actioni opposito: quā similiter passionem appellamus.

De passione. Capi. X Disci.

Passio quid est? Mag. Est effectus illatioq; actionis. vt calefactio passiua producta in aquā effectus est: et illatio calefactionis actiue: qua scilicet ignis formaliter calefacere dicitur. Passio igitur actionis effectus est: non vt cause efficientis/sed formalis mediante qua agens passionem passio infert. Posset insuper alia definitio passionis dari. Discipulus. Que? Magister. Passio est scd̃m quā id qd̓ subijcitur pati dicitur: vt aqua calefieri dicitur formaliter calefactione passiua. Discipulus. Huius proprietates que sunt? Magister. Passio duas primas proprietates habet cum actione cōmunes. et tertiam propriam: scilicet proprium est passioni inferri ex actione. Discipulus. Actio et passio quoniam correlatiua sunt/simul natura sunt: quomodo igitur passio ex actione potest inferri: cum inferens illato naturaliter prius sit?

Passio

pprietates passionis

Magister. Si proprietatem de absolutis accipimus: dubitationem non habet. Passio enim/vti est caliditas producta in aqua ab igne infertur. sed cum he qualitates sint: ad hoc genus minime pertinent. Necesse est ergo vt intelligamus passionem formam respectiuam inferri ex actione tanq̄ principio formali: ab agente vero tanq̄ a principio effectiuo. Stat autem causam formalem mediante qua/simul esse cum effectu. Discipulus. Admittis igitur actionem et passionem esse correlatiua? Magister. Admitto. Discipulus. Ergo diuersa predicamenta efficere non possunt: sed in eadē continentur coordinatione: sicut paternitas et filiatio. Magister. optime infers: nec ego actionem et passionem diuersa p̄dicamenta/sed vnius predicamenti diuersos modos esse intelligo. Au. Augustinus in logica sua: Actio et passio genere conueniunt et qualitate differūt. Discipulus. cuius generis modi sunt? Mag. Transmutationis: que dicit respectum mutuū agentis ad patiens: et econuerso.

Actio et passio sunt vni⁹ generis predicamentalis

Augustinus

De Quando. Capi. XI Mag.

Quod sequitur in ordine predicamentorum est Quando. Et est qd̓ ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur. vt hodie. In re enim hodierno mensurata tempore respectus temporis mēsurantis causatur. Est autem respectus extrinsecus adueniens: nam positis extremus sine earundem applicatione non consurgit. vt posito homine extra celum/fundamentum et terminus ipsius quando sunt sc3 homo extra celum/et tempus sub celo: sed nondū quādo est. Disci. Quot sunt proprietates huius predicamenti? Mag. tres. Prima. Quādo non habet cōtrarium. Secūda Quādo nō suscipit magis nec minus. Tertia. Quādo inest omni illo qd̓ incipit esse in tpe. Et est intelligendū de quādo passiuo Quādo enim actiuum est in tempore rem temporalem mensurante. Et sicut actio et passio vnius predicamenti diuersi sunt modi: ita quando actiuū et passiuum Pergamus ad vbi. Disci. Perge.

Quando

pprietates Quando

De Ubi. Capi. XII Mag.

Ubi — UBi est circũscriptio corporis locati a loci circũscriptione: procedens vt esse in aqua/in aere ꝛc. Ex hoc eñ ꝙ locus locatũ circũscribit duplex cõsurgit respectus. vnus in corpore locato: ꝛ est vbi passiuum hic definitũ: oppositus in loco circũscribente: ꝛ dicitur vbi actiuũ: ꝛ est locus pro formali. Disci. Ostendas ꝛ hũc respectũ extrinsecus aduenientẽ. Mag. Quia positis extremis nõ applicatis nõ ꝯsurgit. Posito eñ hoĩe extra celũ: esset in mundo locus/ꝛ locabile extra celum sine vbi actiuo ꝛ passiuo. Disci. Proprietates hui⁹ quot sunt? Mag. Due. Prima: vbi non habet cõtrarium. Secũda vbi nõ suscipit magis ꝛ minus. Oppositũ tñ verius est: quia vbi est ꝑ se terminus motus. Sed de hoc in naturalibus. Positionem percurramus.

Proprietates vbi

De Positione Capi. XIII Disci.

Positio — POsitio quid est? Magi. Positio est quidã partiũ situs ꝛ generationis ordinatio: vt esse sursum: sessio/statio ꝛc. Pro cuius intellectu sciendũ est: ꝙ positio primo dicit extensione quãtitatis extra partẽ quãtitatiuã: ꝛ sic est predicamẽti quãtitatis. Sunt eñ quantitates habentes positionẽ partiũ in continuo: vt linea supficies. Secũdo positio dicit respectũ partiũ positarũ ₰m positionis differẽtias ad locum: ꝛ sic est p̃dicamentũ ab alijs distinctũ. Respectus autẽ partiũ inter se ꝛ in toto sunt huius predicamẽti modi speciales. Uel dicaꝛ vt Augustinus dicit/ꝙ sint in ad aliquid: qꝛ sunt respectus intrinsecus aduenĩẽtes. Ex quo sequiꝛ: ꝙ si aliqđ corpus poneretur extra celum: adhuc haberet illam positionem. In definitione capiatur ꝛ/pro vel. Discipu. Quot sunt positionis proprietates? Magi. Tres. Prima. Positio nõ habet contrariũ. Secũda: positio non suscipit magis ꝛ minus. Tertia: propriũ est positioni substantie proxime assistere: id est nullum proximus substantie adest. Licet aliqđ eque prope: scꝫ vbi: simul eñ res in loco est ꝛ in eo situata est. Definita est autem hic positio passiua fundata in re posita. Positio autem actiua est respectus oppositus in loco fundatus.

Positionis ꝓprietates

Positio Actiua Passiua

De Habitu Capi. XIIII Mag.

Habitus — POstremum in numero predicamentorũ habitum conspicimus. Est autem habitus corporum ꝛ eorum que circa corpus sunt adiacẽtia. Id est habitus est respectus in corpore habituato ex adiacentia habitus causatus. Et est habitus passiuus. Nam in re adiacente causaꝛ respectus alius qui habitus actiuus dicitur: vt esse tunicatum: esse loricatum. Disci. Quot sunt habitus proprietates? Magister. Tres. Prima: habitus suscipit magis ꝛ minus: vt eques est armatior pedite. Hec proprietas attribuitur habitui non vt respectus est: sed ratione fundamenti: qđ etsi intensiue magis ꝛ minus nõ suscipiat (quia substantie sunt arma) tamen extensiue: quia in equite sunt magis plurificata ꝙ̃ in pedite. Secunda: habitus non habet contrarium. Tertia: habitus semper est in pluribus: si intelligatur scꝫ in habito ꝛ habituato: sic conuenit vbi ꝛ quando ꝛ alijs: quia vt visum est: vbi est duplex: scilicet actiuum ꝛ passiuum, sic quando, sic ꝛ positio: sic simi-

Passiuus Actiuus

Proprietates habitus

liter habitus. Aliter ergo intelligenda est proprietas: habitus semper est in pluribus: id est potest in pluribus fundari simul et semel. vt vestitum esse simul et semel potest esse ex adiacētia tunice et pallij. sic et tunicatus quis dicit etiam si decem tunicas induisset. De his satis dictū sit: postpredicamēta perlustrabimus. Eorum nāq noticia necessaria est: vt que predicamēta consequūtur cognoscamus proprietates.

De postpredicamentis Ca. XV Dis.

Postpredicamenta.

Quot sunt postpredicamēta Mag. Quinq: scz Oppositio: Simul: Prius: Motus et habere. Disci. De his itaq si que habes in mediū ferre ne graueris. Et primum de oppositione. Magi. Oppositionis quatuor sunt species. Nam oppositorū quedā sunt cōtrarie/ quedam contradictorie/ quedā relatiue/ et quedā priuatiue opposita. Contraria autem sunt quecūq sub eodem genere posita maxime a seinuicem distāt eidē susceptibili vicissim insunt: a quo et mutuo se expellūt: nisi alterū insit a natura: vt nigredo corui. Exēpla sūt caliditas: frigiditas/ albedo et nigredo Sed regula hec in his cōtrarijs que bona et mala sunt de..cit: inquit Augustinus Enchiridion. ca. xiij. Nec eñ duo contraria ita simul sunt/ vt si bonū nō esset in quo malum esset: prorsus nec malum esse potuisset: quis bona sine malis esse non possint. Sed hic priuatiue opposita cōtraria extento noīe dicere videtur/ nam exemplificando ait: potest eñ homo vel angelus nō esse iniustus: iniustus autē non potest esse nisi homo vel angelus. Hoc qui voluerit ca. antecedēti et sequēti ibidem diligētius inquirat. ad propositū redeamus Sunt autem contraria duplicia. scz mediata et immediata. Discipulus. Que sunt contraria immediata? Magister. Quorum subiecto susceptibili existente necesse est alterum eorum inesse: vt paritas et imparitas respectu numeri. Contraria vero mediata sunt: quorum subiecto susceptibili existēte nō est necesse alterū inesse. Potest eñ mediū inesse: vt albedo et nigredo: inter que mediat rubedo etc. Quibusdā tamen medijs nomina non sunt imposita: tūc sumenda sunt per abnegationē vtriusq extremi vt mediū inter prauum et studiosum est: quod nec prauū nec studiosum est. Disci. Que sunt contradictorie opposita? Magi. Quorū si alterū est/ necesse est alterū nō esse: vt sedere et non sedere. Discipulus. Que sunt relatiue opposita? Magister Quibus hoc ipsum est ad aliud quodāmodo se habere. vt duplum et dimidium: Discipulus. Que sunt priuatiue opposita? Magister. Que habēt fieri circa idem subiectū ordine ingressibili et tempore determinato a natura: vt visus et cecitas circa oculū. Cecus autē non dicitur qui non habet visum: sed qui visum non habet tempore determinato quo deberet habere: vt catellus ante nonum diem nec videns nec cecus est. Dicitur autem ordine irregressibili/ de visu eñ ad cecitatem cōtingit progredi et non ecōuerso. Impossibile est eñ naturaliter a priuatione perfecta in habitū fieri progressum: existente principio intrinseco: nam a tenebris aeris regressio fit in lucem: eo quod principium lucis sit extra aerem.

Oppositiōis species
Contraria
Augustinus in enchiri.
Mediata
Contradictorie opposita
Relatiue opposita
Priuatiue opposita.
Prioris modi.

De Prioritate. Ca. XVI Mag.

Secundū postpredicamentū est prius. Cuius quidē quatuor sunt modi. Disci. Qui? Magi. Primus est: quo alterū est prius altero secundum tēpus. quod eñ antiquius et senius est: prius est. Secūdus est quo alterū prius est altero/ quia ab eo non conuertitur subsistendi

cōsequētia: vt vnū prius est duobus. sequitur em̄ bene: duo sunt / igitur vnū est: sed non conuertit: vnū est / igitur duo sunt. Tertius est quo aliud dicitur prius alio ordine: vt litere prius sunt syllabis. Quartus est quo aliud dicit prius altero / quia melius z honorabilius est. Hunc tamen modum Augustinus inutilem dicit z in duodecimo libro confessionum. Prioris modos ponit quatuor: dicens deum precedere omnia eternitate: florem fructum tempore z rursus fructum florem electione: z sonum precedere cantum origine. quomodo z informis materia precedit aliam / origine scz z non tempore. Et preter hos est alius modus prioris: quo scz alterum alio prius est natura et ab ipso conuertitur subsistendi consequentia. vt res est prior veritate propositiōis. Ab eo enim q̄ res est vel nō est oratio vera vel falsa dicitur. vnde hominem esse prius est / q̄ hec oratio vera sit: homo est. Et ab eo conuertitur subsistendi consequentia. sequitur enim bene: verum est hominem esse: igitur homo est.

De Simultate. Ca. XVII Magi.

Simultatis modi

Tertium in ordine postpredicamentū est Simultas: cuius tres sunt modi. Disci. Qui? Magi. Primus: quo aliqua simul sunt tempore: vt ignis z splēdor eius. Secūdus est quo simul dicunt a q̄b' conuertitur subsistendi consequentia: z neutrum est causa alterius. vt relatiue opposita. sequitur enim: duplum est: igitur dimidium est. z tamē neutrum est alterius causa. Tertius est quo simul sunt ea que ex opposito aliquod genus diuidunt. vt rationale z irrationale: que diuidunt animal: id est demonstrāt cōmunicabilitatē ipsius animalis: eo q̄ potentiā eius declarāt.

De Motu. Capi. XVIII Mag.

Motus Species
Generatio
Corruptio
Augmētatio
Diminutio
Alteratio
Loci mutatio

Quartū predicamentū est Motus. Et huius sex sunt species. Accipitur autem hic Motus cōmuniter pro transmutatione quacūq3. Disci. Que sunt he motus species? Magi. Generatio: Corruptio: Augmētatio: Diminutio: Alteratio z loci mutatio. Est aūt Generatio pgressio a nō esse ad esse. Corruptio pgressio est ab esse ad nō esse. Augmētatio est preexistentis quātitatis maioramentū. Diminutio autem preexistētis quantitatis minoramentū est. Alteratio autem est mutatio a qualitate contraria in cōtrariam. vt de albo in nigrum. Loci vero mutatio motus est de vno loco in aliū: vt de sursum ad deorsum. De his autem latius videbimus in naturalibus.

De Habere. Capi. XIX Magi.

Habēdi modi

Quintum z vltimū postpredicamentū est Habere. qd quidem dicitur multis modis. Primo enim dicimur habere qualitatē. vt virtutem. Secundo dicimur habere quantitatem. vt magnitudinem Tertio dicimur habere ea que circa corpus sunt. vt habere annulū in digito. vnde emens annulum nec induens: possidere quidem ipsum dinoscitur / habere autem minime donec ipso vestiatur. Quarto habere dicimur membrum. vt pedem aut manum. Quinto dicimur habere possessionem. vt domum vel agrum. Sexto continens contentum habere dicitur. vt vas habet vinum. Septimus habendi modus est quo vir habet vxorem. Et hic modus habendi est alienissimus. vir enim non habet vxorem nisi quia cum ea

sociatur: ⁊ cum eam habet/habetur ab eadem. Preter hos autē etsi alij sint habēdi modi: ad p̄dictos tñ redimi possunt. Hec sunt fili que de predicamētorum rationibus ignorare turpe: scire autem operepretium est. Videamus ⁊ reliqua. Discipulus. Ecce indefessum me semper habes adiutorem.

Tractatus III De Propositione Capitulum I Magister.

Cognitis itaq̃ predicabilibus ⁊ predicamentis/consequens est vt discutiamus ad quem finem logicus harum ordinauerit noticiam. Discipulus. Estimabam ex his que ab initio premiseras/hec omnia ad discretionem veri falsiq̃ deseruire. Magi. Et recte opinatus es. Talis autem discretio sine argumētatione/⁊ argumentio absq̃ propositione haberi non potest: quapropter ea que dicta sunt immediate ad propositiones ⁊ propositiones ad argumentationes/ que rursus ad cōmunem logice finem applicande sunt: ⁊ quoniam res non semper ad disputationem ferre possumus: pro rebus vtimur vocibus. Sicut enim scripture vocum/ita voces rerum: ⁊ conceptuum id est passionum anime note sunt. Et sicut in intellectu quidam conceptus sunt simplices nec veri nec falsi: quidam vero complexi veri ⁊ falsi: sic similiter quedam voces sunt simplices nec verum nec falsum significantes: quedam vero composite vere ⁊ false (circa compositionem nāq̃ veritas ⁊ falsitas sunt.) Et he ex nomine ⁊ verbo res predicabiles ⁊ subijcibiles signantes (id est conceptibiles vnius in ordine ad alteram) constituuntur ⁊ vocantur orationes.

Aristoteles j. Periher.

Conceptus simplices cōpositi.

De Oratione. Capi. II Disci.

Quid est Oratio? Magister. Est vox significatiua ad placitum cuius partes separate aliquid significāt vt dictio: non vt oratio. vt homo currit: homo significat hominem ⁊ currit actum currendi: partes tamen remote/sc3 dictionum syllabe nihil significant. vt ho ⁊ rit. Oratio bifaria est: perfecta ⁊ imperfecta. Perfectam orationē dicimus que perfectum in animo audientis sensum generat: vt homo currit. Per oppositum oratio imperfecta est/que non sensum perfectū in animo audientis causat: vt homo albus. Et a logico abijcitur. Perfecta vero rursus multifarie partitur. Quedam enim indicatiua: alia imperatiua: alia deprecatiua: alia optatiua: alia coniunctiua ⁊c. fm q̃ verba in oratione posita in modis variātur. Sed inter has logicus solam indicatiuam de verbo presentis temporis accipit. Hec enim sola verum aut falsum significat. ⁊ inde enunciatio siue propositio dici meretur. Patet igitur talem componi ex nomine: vt definitū est in prioribus. Obliqua enim nomina si iungantur verbis indicatiui modi orationem incōgruam constituunt: vt catbonis currit: ⁊ sic nec verum nec falsam (verum enim ⁊ falsum presupponunt congruum.) Similiter ex verbo prius definito. verba enim fm se sumpta/nec verum nec falsum significant: sed oibus similia sunt: vt est/si purū dixeris nihil significat (sc3 veri vel falsi) denotat tamen quandam compositionem/quam sine extremis non est intelligere: od hoc in definitione verbi dicitur: ⁊ est semper eorum que de altero dicuntur nota. Ad incepta redeamus.

Orationis definitio

Perfecta

Imperfecta

Oratio indicatiua est enūciatio

De propositione. Ca. III Disci.

Propositio

Quid est propositio? Magi. Est oratio verũ vel falsum significans. Vel est oratio nõ omnis: sed in qua verum vel falsum est: vt homo est animal. Et hec quidem est duplex: scꝫ vna ꝛ plures.

Una Plures

Disci. Quid est propositio vna? Magi. Que vnum de vno significat: vel est cõiunctione vna. Sed propositio plures est que non vnũ sed plura significat incõiuncte: vt Canis est albus. Reiecta secunda logicus primã amplectitur. Que bipertita est: vt eius manifestat definitio. Est enim quedã vna simpliciter. quã cathegoricã id est predicatiuam dicimus: vt homo currit. Quedam vero est vna coniunctione: quã hypoteticã/id est suppositiuũ nominamus: vt homo currit ꝛ asinus mouetur. Propositio vna simpliciter/rursus duplex est: scꝫ de inesse ꝛ modalis.

De propositione vna simpliciter siue cathegorica. Capi. IIII. Disci.

Cathegorica

Quid est ꝓpositio cathegorica de inesse? Magi. Est que habet subiectum ꝛ predicatũ: vel aliqđ ꝓportionabile illis: mediãte copula coniuncta. vt homo est animal. Subiectũ autẽ dicimus de quo aliquid enũciatur. Predicatũ autẽ qđ de altero dicitur. Copula est que subiectũ predicato cõiungit. vt hoc verbũ sum cũ suis cõdeclineis. Propositio cathegorica rursus diuiditur: nõ q̃dẽ ꝭm substãtiã/sed quantitatẽ in vniuersalẽ particularẽ/indefinitã ꝛ singularẽ. Disci. Uniuersalis que est? Mag. In qua subiectũ est vniuersale, signo vniuersali determinatũ. vt omnis homo est aĩal. Sunt aũt signa vniuersalia hec: Omnis/nullus/quilibet/neuter vterqꝫ. ꝛ similia Uel est que omni aut nulli/scilicet subiecto inesse significat (ipm predicatũ) Particularis est in qua subiectũ est vniuersale/signo particulari determinatũ. vt quidã homo est animal. Sunt autẽ signa particularia hec: quidã/aliquis/alter ꝛ similia. Uel est q̃ alicui/aut alicui nõ: aut nõ omni inesse significat. Indefinita est in qua subiectũ est vniuersale sine signo distributiuo positũ. vt homo est animal. addit autẽ distributiuo: ꝓpter illã: Omnes apostoli dei sunt duodecim. vbi signũ omnes non distributiuũ/sed collectiuũ est. Uel est que inesse aut nõ inesse significat/sine signo vniuersali vel particulari. Singularis vero est in qua subiectũ est indiuiduũ/discrete tentũ (ꝓpter illam: ioannes est terminus discretus) vt ioãnes est homo. ille homo est animal. Amplius quelibet harũ duplex est/affirmatiua scꝫ ꝛ negatiua. Affirmatiuã dicimus: in qua predicatũ affirmat de subiecto. vt homo est animal. Negatiuã vero in qua predicatũ de subiecto negatur. vt hõ non est animal. Et hec diuisio propositionis ꝭm qualitatẽ est. Animaduertendũ non eodẽ modo de hac triplici diuisione interrogationes formari. De substãtia enim inquirimus per. que est: ꝛ respondemus. cathegorica vel hypothetica. De quantitate per quãta est? Et respondemus vniuersalis particularis/indefinita vel singularis. Et de qualitate per/qualis est? Et respondemus: affirmatiua vel negatiua.

Propositiõis diuisio ꝭm quantitatem.
Uniuersalis.
Signa vniuersalia.
Particularis signa particularia.
Indefinita
Singularis
Affirmatiua et negatiua.
Interrogatiua.

De oppositione ꝓpositionũ. Ca. V. Mag.

Preter aũt hec necessaria est ad ꝓpositiõis noticiã passionũ eiusdẽ cognitio. Que sunt oppositio conuersio/ꝛ equipollẽtia. De quibus videndũ erit per ordinẽ/premissis nõnullis diuisionibus. Quarũ

prima. Propositionū cathegoricarū/quedā tam in subiecto ꝙ in predicato participant. vt homo est animal: homo nō est animal. Quedam altero tm̄: vt homo est animal: asinus est animal. Quedam nullo: vt hō currit/ asinus mouet. Secūda. propositionū in subiecto ⁊ predicato participantiū: quedā participāt ordine cōuerso: vt hō est aīal: aīal est hō. Quedā vo participant ordine eodē: vt hō est aīal: omnis hō est aīal. Et his vltimo ordine enumeratis accidit oppositio partita quadrifarie. Sunt eñ quedā ꝓpositiōes opposite ɔtrarie/quedā cōtradictorie/quedā subcōtrarie/quedā subalterne. Oppositiōes intelligunt de ꝓpositiōibus simplicis qualitatis. Disci. Cōtrarie que sunt? Ma. Uniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdem subiecti ⁊ p̄dicati: vt oīs hō est aīal: nullus hō est aīal. Cōtradictorie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua: vt oīs hō est aīal: quidā hō nō est aīal: ⁊ vniuersalis negatiua ⁊ pticularis affirmatiua eiusdē subiecti ⁊ p̄dicati: vt nullus hō est aīal: q̄dā hō ē aīal Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ pticularis affirmatiua eiusdē subiecti ⁊ p̄dicati: vt oīs hō est aīal/quidā hō est animal. Et vniuersalis negatiua ⁊ particularis negatiua eiusdem subiecti ⁊ p̄dicati: vt nullus hō est aīal/quidā homo ñ est animal. Subcōtrarie sunt pticularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ p̄dicati vt q̄dā hō est animal/quidā hō non est aīal. Comprehēdunt aūt in ꝓposito indefinita ⁊ singularis sub particulari. Nā quicquid de vna dicit/idem de alia intelligendū est. Oportet aūt ꝓpositionū oppositarū subiecta ⁊ predicata teneri significatiue: eque ample: eque stricte ⁊ eodē genere suppositionis. Omniū dictorū exempla patent in figura pre inserta. Nec hoc silentio pretereundū: ꝓpositiones. s. oppositas certis cōstringi legibus: ꝑm quas veritas vel falsitas earundē simul potest esse vel non esse: quas tñ facile non cognoscim⁹/nisi ⁊ materiā ꝓpositionū intelligam⁹.

Quibus propositionibus conueniat oppositio.

Contrarie

Contradictorie

Subalterne

Subcōtrarie.



De Materia ꝓpositionū. Ca. VI Disci.

Materia ꝓpositionū quid est? Magi. Est subiectum ⁊ predicatum propositionis pro materiali. In hac. i. de hac materia dicitur esse ꝓpositio. Formalis materia est habitudo ⁊ respectus

Materia ꝓpositionis
Materia naturalis
Materia contingens
Materia remota.

predicati ad subiectū necessaria/cōtingens aut remota ſm predicati ⁊ subiecti exigentiā. Unde materia triplex est: scȝ necessaria/contingēs ⁊ remota. Materiā autē necessariā siue naturalē dicimus: cū predicatū est de essentia subiecti: vel ꝓpriū eius: vt hō est aīal: hō est risibilis. Contingentē vero cū predicatū potest adesse vel abesse subiecto preter subiecti corruptionē: vt homo est albus. Et remotā materiā accipimus: si predicatum non potest cōuenire subiecto: vt homo est asinus.

De legibus propositionū Ca. VII. Dis.

Lex ɔriarū
Inferiora accidūt superioribus.
Lex subcontrariarum.
Lex subalternarum
Lex contradictoriarum.
De veritate futurorū contingentium.
Aristotel. j. Perihermi.

QUe est lex Contrariarū? Magi. Hec est. Contrarie nunq̄ possunt simul esse vere aut false de materia naturali vel remota: de materia autē contingenti possunt simul esse false: vt omnis homo est albus: nullus hō est albus. Disci. Nunq̄d he ꝓpositiones: omne aīal est hō: nullū aīal est hō: cōtrarie sunt de materia naturali ⁊ simul false sunt? Mag. Contrarie quidē sunt ⁊ simul false: de materia aūt naturali nō sunt/sed contingenti. Nam inferiora nō sunt de essentia superiorū: cū ipsis accidāt. i. extranea sunt. Disci. Que est lex. Subcontrariarū? Magi. hec est: si vna est falsa/reliqua est vera: ⁊ nō econuerso: possunt enī ambe esse vere de materia contingenti: vt quidā hō est albus: quidā hō nō est albus. Disci. Que est lex subalternarū? Magi. hec est. Si vniuersalis est vera/particularis est vera: ⁊ non ecōuerso: ⁊ si pticularis est falsa/vniuersalis est falsa: ⁊ nō econuerso. Disci. Lex Contradictoriarū qualis est? Magi. talis. Si vna est vera reliqua erit falsa: ⁊ ecōuerso de quacūq̄ materia. Disci. Haud assentio: sequeret̄ enī cōtingēs esse necessariū ⁊ de necessitate euenire: ⁊ simil'r contingens esse impossibile ⁊ nō posse fieri. Nam si quis dicat: nauale bellū erit cras: ⁊ nauale bellū nō erit cras: cōtradictorias dicit: ergo vna esset vera et reliqua falsa. Id autē qđ verū est necessario eueniet: et ꝑ ɔ̄ns contingēs non est: Et qđ falsum est impossibile est fieri: nec cōtingens est. Ex quo rursus cōcludit̄ oīa de necessitate euenire: ⁊ nos frustra de futuris cōsiliari aut deliberare. Mag. Istec tua argumētatio qđ infers ɔcluderet: si in cōtradictorijs de futuro contingenti vna determinate determinatione de necessario vera esset: ⁊ reliqua eadē determinatione falsa: sed huius oppositū fit: nulla enim ipsarū determinate necessario vera ⁊ falsa est: licet necessariū sit/hanc vel illam veram aut falsam esse. Nec q: ita vel aliter eas enūciamus magis vere aut false sunt. Propter enī nostrū affirmare aut negare nihil sequitur in re. Tantū de oppositione. Ad conuersionē pergamus.

De Conuersione Capi. VIII. Dis.

Conuersio
Conuersio simplex
Conuersio ꝑ accidens.

QUid est Conuersio? Magi. Est mutatio predicati in subiectum ⁊ ecōuerso. vel est duarū ꝓpositionū cathegoricarū vtroq̄ termino participantiū ordine conuerso vnius ad alterā ɔsequētia formalis. Et est duplex: scȝ simplex ⁊ ꝑ accidēs. Conuersionē simplicē dicimus mutationē predicati in subiectū: ⁊ econuerso: manente eadē quantitate ⁊ qualitate: vt nullus homo est lapis: igitur nullus lapis est homo: homo est animal: igitur animal est homo. Conuertuntur autem hac conuersione vniuersalis negatiua in se: ⁊ particularis affirmatiua in se. Conuersionem vero per accidens appellamus: cum fit mutatio predicati in subiectū ⁊ econuerso manente eadem qualitate: quantitate tamē variata: vt omnis homo est animal:

igitur quoddã animal est hõ. Conuertitur itaq3 hac conuersione vniuersalis affirmatiua in particularẽ affirmatiuã. Similiter vniuersalis negatiua in particularẽ negatiuã: vt nullus homo est asinus: igitur quidã asinus nõ est homo. Attamẽ ad vniuersalẽ negatiuã potius particularis negatiua infert ꝙ vniuersalis negatiua in particularẽ negatiuã cõuertat per accidens. Dicitur enim conuersio ꝑ accidens: quia vniuersalis per aliud (videlicet ꝑ particularem) conuertatur: vt vniuersalis affirmatiua infert particularem affirmatiuam: ꝛ hec rursus in se conuertitur. Ideo vniuersalis affirmatiua in ipsam per accidens conuertitur. Particularis autẽ negatiua simpliciter cõuerti non potest: ideo ꝛ vniuersalis negatiua in ipsam ꝑ accidens nõ ꝯuertit. Preter has autẽ est alia cõuersionis species quã ꝑ cõtrapositionẽ nominãt. Disci. Quid est cõuersio ꝑ cõtrapositionem? Magi. Est mutatio ꝓdicati in subiectũ ꝛ ecõuerso manente eadẽ qualitate ꝛ quantitate: mutatis tñ terminis finitis in terminos infinitos. Et hac conuersione conuertit vniuersalis affirmatiua in se similiter ꝛ particularis negatiua in se. Exemplũ primi: omnis hõ est aĩal: igitur omne nõ animal est nõ homo. Exemplũ secũdi: quidã hõ nõ est asinus: igitur quidã non asinus nõ est non homo. Hanc tamen conuersionẽ Aristoteles nõ posuit: eo qȝ ad syllogismoꝝ reductionẽ minime valet: nec consequẽtia formalis sit. Ob id ſm ipsum particularis negatiua non conuertit. Est autẽ idem iudiciũ de indefinitis/singularibus ꝛ particularib⁹ quo ad conuersionẽ ꝛ syllogizationẽ. Et illud animaduertas: si quãdo signũ aliqȝ ad subiectũ positũ fuerit/ꝙ hoc totum in cõuersione ponat ad predicatum: sed tamen hoc non contingit nisi in ꝓpositionibus vbi subiectũ vniuersale est ꝛ in cõuersione quantitas ꝛ qualitas non mutantur. Uerũtamen exclusiua conuertitur in vniuersalem de terminis transpositis: vt tm̃ homo est risibilis: igitur omne risibile est homo. Exceptiua aũt/vt ista: omnis homo preter Socratem currit: cõuertitur in hanc: quoddam currens aliud a socrate est homo. Sed reduplicatiua: vt ista: omne animal inquantũ rationale est risibile: cõuertitur in istam: igitur quoddã quod inꝗ̃tum rationale est risibile/est animal. Pariformiter alie conuertende sunt.

Conuersio ꝑ contrapositionem

Exclusiua
Exceptiua

De Equipollentijs. Ca. IX Magi.

Tertia propositionum passio est equipollentia. Et est duarum propositionum cathegoricarum in quantitate ꝛ qualitate/veritate et falsitate equiualentia per aduentum negationis facta: vt non omnis homo est animal: ꝛ quidam homo non est animal: equipollent. Disci. Per quid equipollentias propositionũ possumus cognoscere? Magister. Per regulas que sequuntur. Prima: Si alicui signo vniuersali vel particulari preponatur negatio: equipollet suo contradictorio: vt in exemplo priori. Secunda: Si alicui signo vniuersali postponatur negatio: equipollet suo contrario: vt omnis homo non est asinus: ꝛ nullus homo est asinus. Tertia: Si alicui signo vniuersali vel particulari preponatur ꝛ postponatur negatio: equipollet suo subalterno: vt non omnis homo non est albus: ꝛ quidam homo est albus. Fit autem hoc ex natura negationis/que malignans est: quicquid enim inuenit destruit/ꝛ oppositum eius inducit. Subcontrarie aũt nõ possunt equipollere: natura si negatio ꝓponatur/equipollebit ꝯtradicto-

Eq̃pollẽtia

rio p primā regulā. Si postponat: nō erit equipollentia/ sed eadē ppositio: vt quidā hō nō currit: 7 quidā hō nō currit. Patet itaq ex dictis: cum duo signa vniuersalia negatiua in eadem ppositione fuerint: primū equipollet suo cōtrario: secundū autē suo cōtradictorio: vt nihil est/ equipollet huic: quodlibet est aliquid. Preter has autē alie sunt equipollentie q̄bus scʒ ppositiones obscure suis equippollēt exponētibus: de q̄bus in sequētibus. Transeamus nunc ad modificationē propositionum.

De Modalibus Capi. X Disci.

Modus

Unde ppositio dicit modalis? Magi. a modo syncathegorematice capto/ modificante 7 determinā te copulā. Modus aūt est adiacens rei determinato. i. modus est determinatio que fit p adiectiuum. Omnis eñ modus adiectiuū est vel noīale: vt albus niger: vel aduerbiale: vt sunt aduerbia: 7 hec faciunt ppositionē modalē. Non tñ omnia sed ea que copulā determināt: vt sunt ista: possibiliter/ impossibiliter/ contingenter/ necessario/ vero 7 falso/ scitū/ opinatū/ creditū/ imaginatū 7c. hec tamē quādoq sumunt noīaliter: vt possibile/ impossibile/ cōtingens/ necesse verum 7 falsum 7c. Propositio itaq modalis dicit cuius copula aliquo dictorū modo determinat: vt hō necessario est aīal: hominē currere est contingens. Est autē in his aliqd qd verbū siue dictū noīatur: scʒ actūs cū infinitiuo: aut ntūs cum indicatiuo: vt hominem currere: homo currit. Rōne cuius modalibus cōuerti congruit: 7 neutiq racione modi: qui se semper ex parte copule tenet.

Propositio modalis

De cōuersione modaliū Ca. XI Disci.

Quomodo cōuertende sunt modales? Mag. Ad cognitionē hui⁹ oportet p̄scire acceptiōes Possibilis: qd accipit primo cōiter: et dicit possibile altum: 7 duplex est: scʒ necessarium 7 non necessarium. i. contingens. Ideo quicq̄d de vno dicitur similiter de altero intelligendū est. Et tale rursus trifariū est: scʒ possibile siue contingēs rarū: natū 7 ad vtrūlibet. Illo cognito/ regulis quibusdā paucis modaliū habebis cōuersiones. Prima: Omnes de possibili 7 contingēti alto cōuertunt eodē modo sicut ille de inesse. Secūda: Omnes de possibili 7 cōtingenti ad vtrūlibet cōuertende sunt in oppositā qualitatē. Tertia: Omnes necessario conuertūtur eodē modo sicut ille de inesse. Quarta: Oēs de impossibili cōuertunt eodem modo sicut ille de necessario q̄bus equipollēt: de quo infra. Unde si eq̄pollēt pticulari negatiue de necessario: nō conuerti possunt: cuius ratio est: q: omnes de necessario cōuertunt sicut ille de inesse: sed pticularis negatiua de inesse nō conuertit nisi cōuersione p contrapositionē. quā philosophus ponere non curauit: cum non deseruiat ad syllogismorum reductionem: nec sit consequentia formalis.

Possibile

Contingens rarū/ natū ad vtrūlibet.

Regule conuersionis modalium

De Equipollētia modaliū Ca XII Dis.

Quo ingenio modaliū equipollētie sunt indagande. Magi. Illo Nam omnes de possibili 7 impossibili equipollent verbo similiter se habente 7 modo dissimiliter. Et omnes de possibili 7 necessario equipollent verbo 7 modo dissimiliter se habente. Omnes autem de impossibili 7 necessario equipollēt verbo dissimiliter se habēte: 7 modo similiter.

Modus aūt vel verbū tunc similiter se habet: quādo in vtroqꝫ affirmatᷣ aut negatur. Tunc vero dissimiliter se habet: cum in vna negatur ⁊ in alia affirmatur. Negatio eñ posita ad dictū habet se acsi modo postponeretᷣ. Horum exempla in subscripta patet figura.

Pur	Petrū nō esse nō est possibile		J	Petrū esse nō ē possibile
Pu	Petrū nō esse nō est ꝯtingās	ꝯtra	L J	Petrū esse nō est ꝯtingēs
Re	Petrū nō esse est īpossibile.	rie	A	Petrū esse est īpossibile.
A	Petrū esse est necesse		CE	Petrū esse nō est necesse.
subalterne		Contra dic torie / Contra torie		subalterne
A	Petrū esse est possibile		E	Petꝛ nō esse ē possibile
Ma	Petrū esse est cōtingens	subcō	Den	Petrū nō esse ē ꝯtingēs
B J	Petrū esse nō est impossibile	trarie	Tu	Petꝛ ñ eē ñ ē īpossibile
Mus	Petrū nō esse nō est necesse		Li	Petꝛ esse nō est necesse

In hac figura modalium quatuor sunt anguli ⁊ ꝓpositiones q̄ sibijpsis in vno quoqꝫ angulo mutuo equipollent.

De oppositione modaliū Ca. XIII Dis.

Oppositio in modalibus quō est sumēda? Mag. Penes dictum oppositio eodem modo sumitur sicut in illis de inesse. Sed penes modū omnes de necessario sunt vniuersales affirmatiue: ⁊ omnes de impossibili vniuersales negatiue: oēs autē de possibili ⁊ contingenti non sunt particulares negatiue. Unde in figura p̄dicta omnes de quarto ordine sunt vniuersales affirmatiue: oēs de tertio ordine sunt vniuersales negatiue omnes de secūdo ordine sunt particulares negatiue: oēs vero de primo ordine sunt particulares affirmatiue. Ex his facile colligitᷣ: oēs de quarto ordine his de ordine tertio contrariari: illis aūt de ordine secūdo ꝯtradictorias esse his vero de ordine primo subalternas censeri: similᷓr ille de primo ordine illis de secūdo sunt subcontrarie: ⁊ his de tertio ordine cōtradictorie: illis aūt de quarto ordine sunt subalterne. Ut autē angulos dictos modo faciliori possis constituere: quatuor dictiones ordinate sunt angulis quatuor deseruiētes Quarū p̄ma est: Amabim⁹. Scd̄a: Edētuli. Tertia: Iliace. Quarta: Purpurea. In q̄bus singulis quatuor sunt syllabe modis quatuor ẜm ordinē deseruientes: ⁊ vocales in his posite: dicti ⁊ modi affirmationē ⁊ negationem indicant. Hoc modo: vbi eñ ponitᷣ a: signat / nec dictum nec modum negari. E vero dictū negat. J negat modū. Et u negat dictū ⁊ modū. Jd autē facile hoc metro cōmendabis memorie. E dictū negat. J qꝫ modū. A nil / sꝫ v totū. Hactenus de ꝓpositione vna simpliciter. Nunc de ꝓpositione vna coniunctione (que ⁊ hypothetica) videamus.

Hec clari⁹ in ꝓtacta figura ad oculū conspiciuntur.

De ꝓpositiōe hypothetica. Ca. XIIII Dis.

Quid est ꝓpositio hypothetica? Magi. Que habet expresse vel implicite formaliter / vel equiualenter duas cathegoricas ꝓpositiōes vel aliqd̄ ꝓportionabile illis tanq̄ partes principales .in: aliqua coniunctione coniunctas: vt si homo currit / homo mouetur. Et hec tripertita reperitur. s. copulatiua / disiunctiua / ⁊ condictionalis. Discipulus. Que est copulatiua? Magi. In qua due ꝓpositiones cathegorice coniunguntur per coniunctionem copulatiuam: vt homo currit ⁊ asinus clamat. Ad hanc

Propositio hypothetica.
Copulatiua

reducitur tēporalis: vt dū homo currit: homo mouetur. Resoluitur eñ hec in vnā copulatiuā: vt hō currit in aliquo tēpore: ⁊ in eodē mouet͛. Simili ratione localis ad copulatiuā reduci dinoscit͛: q͛ in eam resoluit͛: vt vbi hō currit ibi mouet͛. i. hō currit in aliquo loco / ⁊ in eodē loco mouet͛. Requirit͛ autē ad veritatē copulatiue vtrāq₃ partē esse verā: ⁊ ad falsitatē sufficit alteram partē esse falsam. Ob id valet consequētia a tota copulatiua ad quālibet ei⁹ partē: ⁊ nō econuerso. sequit͛ eñ: hō currit: ⁊ hō disputat: igitur homo currit.

Disiunctiua Disci. Disiunctiua que est? Magi. In qua ꝑpositiones due cathegorice coniungunt͛ per coniunctionē disiunctiuā: vt hō currit vel petrus scribit. Et ad veritatē illius sufficit alterā partē esse verā. Et ad falsitatē requirit͛ vtrāq₃ partē esse falsam. Et ob hoc valet ꝯsequētia ab vna eius parte ad totā disiūctiuā ⁊ nō ecōuerso: vt sequit͛ bene: hō currit: igitur hō currit vel petrus scribit.

Conditional. Disci. Conditionalis que est? Mag. In qua due ꝑpositiones cathegorice cōiungunt͛ ꝑ coniūctionē cōditionalē: vt si hō currit / hō mouet͛. Et ad

Causalis eam reducit͛ causalis. In qua sc₃ ꝑpositiones coniūctione causali coniungūtur: vt q͛ homo currit: homo mouet͛. Requirit͛ autē ad veritatē eius q͛ antecedens non possit esse verum sine consequente: vt si homo est / animal est. Et ad falsitatē eius sufficit: q͛ antecedens possit esse verū consequēte existente falso: vt si aīal est / homo est. Quapropter valet consequētia: a positione antecedentis ad positionē consequētis: vt homo est: igitur aīal est. Simil͛r a destructione consequētis ad destructionē antecedētis: vt homo nō currit: igit͛ homo nō mouet͛. Cognita ꝑpositione ordo premissorū expostulat vt argumētationes percurramus.

Tracta. IIII. de argumētatiōe ⁊ syllogismo simpl͛r dicto. Ca. I. Quid argumētatio: q̄d argumētū ⁊ argumētatiōis q̄ spēs. Disci.

Quid est argumentatio? Magi. Est argumenti per orationem explicatio: hoc est: Argumētatio est oratio in qua virt⁹ argumē-

Argumētatio ti siue medij ostendit͛ ⁊ explicat͛. Cum sc₃ ex vnione extremitatū in premissis cū medio / infert͛ vnio eorū inter se in conclusio-

Argumentū ne. Argumentū autē est ratio siue mediū rei dubie faciens fidē: vel est mediū ꝑbans conclusionē. Quid aūt ꝑ conclusionē significet͛ inferi⁹ manifestū erit. Iam ad argumētationis diuisionē ꝑgrediamur. Discipu.

Argumentatiōis species. Quot igitur sunt argumētatiōis species? Mag. Quatuor. s. syllogismus: enthymema: inductio ⁊ exemplū. De his eo quo enumerate sunt ordine dicemus. Et primū de syllogismo. Nam omnes alie ad ipm tanq͛ ad perfectiorem habet reduci.

De syllogismo ⁊ ei⁹ principijs. Ca. II. Ma.

Syllogism⁹ Est autē syllogismus oratio in qua positis quibusdā ꝑpositionib⁹ .i. ne p̄missis aliud quidē ab his que posita sunt (sc₃ conclusio) de necessitate accidit: eo q͛ hec sunt. i. ꝑpter p̄missas propositas. In hac autē definitione syllogismi innuunt͛ principia materialia ⁊ formalia. Materialia quidē: cū dicit͛ (quibusdā) Formalia autē: cū dicit͛ (positis) q̄ valet in modo ⁊ figura dispositis. De quibus ⁊ alijs duobus principijs vic₃ regu

latis ⁊ perfectiuis in sequētibus differendū est: ni tu habeas qđ ante hec inq̄rere volueris. Disci. Omnino nihil: sed iam dictum teneamus ordinem. Magi. Exordiamur itaq̧ a principijs syllogismi materialibus: que sunt ꝓpositio et terminus.

De ꝓpositione ⁊ termino principijs syllogismi materialibus. Ca. III Disci.

QUid est ꝓpositio? Magi. Est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo. Disci. Cur hec definitio cū ea quā in supioribus tradidisti nō concordat? an q̄ aliā hic definire voluisti propositionē ꝙ in supioribus? Mag. Non aliam sed aliter consyderatā. In supioribus em̄ ꝓpositionē ꝯsyderauimus: vt ꝑ eam verū ⁊ falsum enunciamus: vnde ⁊ eā enūciationē vocare haud ꝑtermisimꝰ. Hic vo eā ꝯsyderabimꝰ ea ratione qua ex ipsa syllogismū simplr̄ fabricamus. Ex quo diuersa sortitur noīa. Nam dicit ꝓpositio: quasi ꝓ alio .s. consequēte vel cōclusione positio. Dicit ⁊ premissa: q̄ ꝯclusioni ꝑmittit. Dicit item ⁊ ꝯclusio cū iam argumēto ꝓbata fuerit. Anteꝙ autē probata sit: questio est. Questio em̄ dubitabilis ꝓpositio est. Partes ꝓpositionis termini sunt / subiectū ⁊ predicatū. Terminū em̄ dicimus in quē resoluit ꝓpositio: vt in ꝑdicatū: ⁊ in id de quo predicatur (.i. in subiectū) apposito vel diuiso esse vel nō esse .i. apposita copula affirmata vel negata. Nullus aūt syllogismus ex pluribus ꝙ ex tribus terminis integrat: quoꝝ primus maior extremitas: secūdus minor extremitas: tertius vero mediū dicit: qđ bis sumptum cum extremitatibus duas integrat ꝓpositiones: que sunt partes materiales syllogismi ꝓpinque: ⁊ sunt premisse: quarū ea in qua primus terminus ponit cū medio / maior: illa vero in qua secūdus terminus ponit cum medio / minor dicitur. Duo vero termini primus scʒ ⁊ secūdus sine medio cōiuncti / tertiam syllogismi integrāt ꝓpositionem que dicit conclusio illata ex ꝑmissis necessitate ꝯsequentie. Mediū autem in eam nō ingredit. Disci. Quo autē ordine ꝑmisse sunt ponende vt ꝯclusionē inferāt? Mag. Eo quē syllogismi principia formalia indicant.

Propositio
Premissa
Conclusio
Questio
Terminus

De principijs syllogismi formalibus Capitulum IIII Discipulus.

QUe sunt principia syllogismi formalia? Mag. Sunt figura ⁊ modus. Figura quidē est ordinatio triū terminoꝝ ſm debitam subiectionē ⁊ predicationē. Huius aūt variatio: q̄ trifaria est / triplicē figurā ostendit. Quarū prima est: in qua mediū subijcit in vna et predicat in alia: ⁊ sic quarta nō distinguitur a prima: vt oīs hō est animal: petrus est homo: igitur petrus est aīal. Secunda est in qua mediū predicat in ambabꝰ. vt oīs hō est aīal: nullus lapis est aīal: igitur nullus lapis est hō. Tertia est in qua mediū subijcit in vtraq̧: vt omnis hō est aīal: oīs hō est substātia: igit quedā substantia est aīal. Disci. Quid est modus? Magi. Est ordinatio premissarū in debita quātitate ⁊ qualitate. Est aūt debita qualitas vt ad minus vna sit affirmatiua. Nam ex puris negatiuis nihil sequitur. Et cū vna premissarum negatiua fuerit: conclusio negatiua erit. Sic debita quantitas est: ꝙ ad minus vna est premissarum sit vniuersalis. Nam ex puris parti-

Figura
Pris figura
Secunda
Tertia
Modus
Qualitas debita
Quantitas

cularibus nihil sequit̃. Et cũ vna pmissarũ pticularis fuerit: conclusio parti cularis est. Erit aũt in his oĩbus de pticularibus/indefinitis ⁊ singularibus idẽ iudiciũ. Disci. Quot sunt modi? Mag. queuis figurarũ suos hz modos.

De modis prime figure. Ca. V Disci.

Directe concludere

Indirecte modi directe concludentes prime figure.

Quot sunt modi prime figure? Magi. Quatuor directe concludẽtes: ⁊ quinq3 indirecte. Est autẽ directe cõcludere maiorem extremitatẽ de minori in conclusione pdicari. Indirecte xo concludere est minorẽ de maiori extremitate in cõclusione pdicari. Disci. Qui sunt modi directe concludentes huius fce figure? Magi. Qui p sequentes designantur dictiones: que sunt Barbara: Celarent Darij ⁊ Ferio. Pro cuius intellectu memorie reponendũ: in omnibus his dictionib⁹ ⁊ sequentibus tres syllabas reperiri/tribus ppositionibus syllogismi per ordinem deseruientes. Prima enĩ syllaba deseruit maiori ppositioni: secunda minori: tertia cõclusioni: vocales autẽ in his opposite taliũ ppositionũ ⁊ quantitatẽ ⁊ qualitatem ostendũt: hoc modo. Nam a A significat vniuersalẽ affirmatiuã. E vniuersalẽ negatiuã. J particularẽ affirmatiuã. ⁊ O particularẽ negatiuam. Disci. Hec per exempla in iam dictis modis explana. Mag. Exemplum in Barbara. omnis hõ est animal: omne rationale est homo: igitur omne rationale est animal. In Celarent: nullũ animal est lapis: omnis hõ est aĩal: igitur nullus hõ est lapis. In Darij: omnis hõ est aĩal: petrus est hõ: igitur petrus est animal. In Ferio: nullũ animal est lapis: hõ est aĩal: igitur hõ nõ est lapis. Discipulus. Qui sunt modi indirecte cõcludentes huius figure? Mag. Qui per sequẽtes designant̃ dictiones. s. Baralip. Celantes Dabitis Fapesmo Frisesmo. Exemplũ primi est. Omnis hõ est substantia: oĩs hõ est animal igitur quedã substãtia est hõ. Secũdi: nullũ aĩal est lapis: omnis hõ est aĩal: igitur nullus lapis est hõ. Tertij: omnis hõ est aĩal: petrus est hõ: igitur quoddã animal est petrus. Quarti: omne animal est substãtia: nullus lapis est aĩal: igitur quedã substantia nõ est lapis. Quinti: quoddam animal est substãtia: nullus lapis est aĩal: igit̃ quedã substãtia nõ est lapis. Ex dictis patz in hac figura oĩa ppositionũ genera posse cõcludi: patet rursus maiorẽ nõ esse pticularẽ qñ directe concluditur: patet similiter minorẽ nunq̃ esse negatiuam.

Modi indirecte cõcludẽtes prime figure.

De modis secũde figure Ca. VI Dis.

Modi secunde figure

Qui sunt modi secunde figure? Magi. Qui in sequẽtibus designãtur dictionib⁹: scz Cesare Camestres Festino Baroco. Discipu. Horũ exẽpla addas. Mag. Exemplũ primi: nullus lapis est animal: omnis hõ est aĩal: igit̃ nullus hõ est lapis. Secũdi: oĩs hõ est aĩal: nullus lapis est aĩal. igit̃ nullus lapis est homo. Tertij: nullus lapis est aĩal: quidã hõ est aĩal: igit̃ quidã hõ nõ est lapis. Quarti: omnis hõ est animal: quidã lapis non est animal: igitur quidã lapis nõ est hõ. In hac etiam figura sunt duo modi ɔcludentes indirecte: scz fapesmo ⁊ frisesmo. Exemplũ primi. Omnis hõ est hõ est aĩal: nullus lapis est aĩal: igitur quidã homo nõ est lapis. Secũdi: quidã hõ est animal: nullus lapis est animal: igitur quidã hõ non est lapis. Patet ex dictis secundã figurã semp negatiue concludere: qr in hac figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Patet rursus maiorem nunq̃ esse particularem directe concludendo.

De modis tertie figure. Ca. VII Dis.

Qui sunt modi tertie figure. Magi. Qui his designant̃ vocibus Darapti: Felapton: Disamis: Datisi: Bocardo: Ferison. Horum exempla sunt. Primi. Oīs hō est substātia: oīs hō est aīal: igit̃ qđdā aīal est substātia. Scđi: nullus hō est lapis: oīs hō est aīal: igit̃ qđdā aīal nō est lapis. Tertij: quidā hō est substantia: oīs hō est aīal: igit̃ qđdam aīal est substantia. Quarti: oīs hō est substantia: quidā hō est aīal: igitur quoddā aīal est substātia. Quinti: quidā hō nō est lapis: oīs hō est animal: igit̃ quoddā aīal non est lapis. Sexti: nullus hō est lapis: quidā homo est aīal: igit̃ quoddā aīal nō est lapis. Et p̄ter hos duo modi sunt cōcludentes indirecte: videlicet/ fapesmo et frisesmo. Exemplū primi: oīs hō est animal nullus hō est lapis: igit̃ qđdā aīal nō est lapis. Scđi: quidā hō est animal: nullus hō est lapis: igit̃ qđdā aīal nō est lapis. Ex dictis claret hāc figurā solā particularē ꝯcludere: ⁊ minorem negatiuā nō admittere. Liquet ergo vniuersalē affirmatiuā difficulter posse cōcludi: qꝛ tm̄ in prima figura ⁊ vno modo: quare ipsa difficilis est ad ꝯstruendū: et facilis ad destruendū. Facilius eñ est destruere q̄ cōstruere. Particularis aūt negatiua facilior est ad ꝯcludendū: qꝛ in omni figura cōcludit̃: ⁊ ita facilis est ad construendum. modi tertie figure.

De syllogisatione modalium in prima figura. Capitulum. VIII Magister

Modo syllogisandi iam finē imponerē si te ex modaliū mixtione decipi nō formidarē. Nā in his nōnunq̄ alie sumēde sunt regule q̄ in ꝓpositionib⁹ de inesse: de quibus iam dissertū est. Dis. Quō igit̃ modales sunt syllogisabiles in p̄ma figura? Magi. hoc mō. Ex maiore de necessario ⁊ minore de inesse sequit̃ ꝯclusio de necessario: ⁊ nō ecō uerso. Similiter si ambe p̄misse fuerint de ꝯtingenti (capto ꝑ nō necessario) sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingēti in barbara: celarēt: darij ⁊ ferio. Et si maior de cōtingenti sit ⁊ minor de inesse sequit̃ semꝑ ꝯclusio de cōtingēti. Si aūt maior sit de inesse simpl'r ⁊ minor de ꝯtingēti: sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingenti (capto ꝑ possibili) ⁊ cū maior fuerit de ꝯtingenti ⁊ minor de necessario in omni modo huius figure sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingēti specialiter capto. In Barbara aūt et Darij maiore de necessrio ⁊ minore de ꝯtingēti sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingēti (capto pro possibili) in Celarent vero ⁊ ferio si maior sit de necessario ⁊ minor de ꝯtingēti/ sequit̃ ꝯclusio de possibili ⁊ de inesse.

De syllogi. modaliū i scđa figura. ca. IX Di.

In secūda figura quō modales syllogisant̃? Mag. Eo q̄ sequit̃. Ex affirmatiua de ꝯtingenti ⁊ negatiua de inesse sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingēti. Ex ambab⁹ vero de ꝯtingēti nō sequit̃ ꝯclusio. Ex negatiua autē de necessario ⁊ affirmatiua de ꝯtingēti sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingēti. Si aūt affirmatiua fuerit de ꝯtingēti ⁊ negatiua (nō quidē particularis sꝫ vniuersalis) de inesse simpliciter: sequit̃ ꝯclusio de cōtingenti. Si aūt negatiua fuerit de necessario ⁊ affirmatiua de ꝯtingenti in omni modo huius figure/ sequit̃ conclusio de contingenti ⁊ de inesse.

De syllog. modaliū i tertia figura. ca. X. ma.

In tertia figura syllogisant modales hoc mō. Ex ambab⁹ de cōtingēti in oīni mō hui⁹ figure sequit̄ ꝯclusio de ꝯtingēti. Silr̄ ex vna de inesse ⁊ alia de ꝯtingēti fit ꝯclusio de ꝯtingēti. ⁊ si affirmatiua fuerit de necessario ⁊ negatiua de ꝯtingenti specialiter capto sequit̄ cōclusio de cōtingenti ⁊ de inesse. Exēpla sumant̄ ad instar prioꝝ de inesse.

De mō syllogisandi ex obliq̄s. Ca. XI. Ma.

Syllogismus ex obliquis.

Ne credas ex rectis tm̄ syllogismos posse constitui: nā ex obliq̄s fiūt. Nā in p̄ma figura maiore de recto ⁊ minore de obliquo seq̄tur ꝯclusio de obliq̄. vt oīs sophia est disciplina: ⁊ boni ē sophia: ergo boni est disciplina. Similiter maiore de obliq̄ ⁊ minore de recto sequit̄ cōclusio de obliq̄. Cōsimiliter ex ambabus de obliquo sequit̄ ꝯclusio de obliquo. Sed in scd̄a figura ex obliquis sequit̄ ꝯclusio de recto. vt nullius signi est signū: sed ipsius risus est signū: igit̄ ipse risus nō est signū. In tertia figura ex obliquis similiter sequit̄ ꝯclusio ex obliquo.

De mō syllo. ex termīs īfinitis Ca. XII. ma.

Syllogis. ex terminis infinitis.

Possunt etiā syllogismi ex ꝓpositionib⁹ de terminis infinitis formari. Sȝ cū p̄dicatū fuerit infinitū / diuersitatē in syllogisando a dictis causat. Licet em̄ ad affirmatiuā de p̄dicato finito / sequat̄ negatiua de p̄dicato infinito. vt hoc est albū: igit̄ nō est non albū:. ⁊ rursus ad negatiuā de p̄dicato infinito sequat̄ affirmatiua de p̄dicato finito in terminis simplicib⁹. vt hoc nō est nō albū: ergo hoc est albū. nō tm̄ in cōpositis. vt nō sequit̄: hoc nō est lignū nō albū: igit̄ est lignū albū. demōstrato petro. Et similiter ad affirmatiuā de p̄dicato infinito sequit̄ negatiua de p̄dicato finito. vt hoc est nō albū: igit̄ hoc nō est albū. Non tm̄ sunt eedē: q: affirmatiua de p̄dicato infinito aliq̄d ponit: negatiua aūt de p̄dicato finito nihil ponit. sequit̄ eīn: hoc est nō albū: igit̄ est: sed nō sequit̄: hoc nō est albū: igit̄ est. Sic simili mō differunt in syllogisando. nā affirmatiua de p̄dicato infinito ꝯcludit̄ eodē mō sicut affirmatiua de p̄dicato finito: sȝ negatiua de p̄dicato infinito non concludit̄ eodē modo sicut negatiua de p̄dicato finito.

De mō syllo. ex reduplicatis. Ca. XIII. Ma.

Syllogis. ex reduplicatiuis.

Unum restat qd̄ silētio trāsire haud potui. Dis. Qd̄? Mag. vt si quādoq̄ in syllogisando ꝓpositio reduplicatiua occurrat: tunc reduplicatio addenda est maiori extremitati in cōclusione ⁊ nō minori extremitati. Exēplū in p̄ma figura. oīne ens est disciplinatū inq̄tū honestū: ⁊ bonū est ens: igit̄ bonū est disciplinatū inq̄tū honestum. Patet ergo si alicui termino addit̄ signū reduplicatiuū: ipsi semp est addendū.

De arte inueniendi mediū ad concludendā omnē conclusionē. Ca. XIIII. Mag.

Ars inueniēdi medium.

Prima regula.

Quoniā (vt ex dictis claret) ad ꝯcludendā ꝯclusionē de necessitate req̄rit̄ mediū: p qd̄ vna cū maiore ⁊ minore scd̄m diuersas habitudines modoꝝ ⁊ figurarū ipa infert̄: vt autē tale facili⁹ possis repire aliquas regulas adijciēdas esse vtilissimū visum est: vt nō mō syllogismos possis formare: verūetiā in eorundē formatione ꝓmptus fieri. Sit

igit̃ pĩma regula hec. Om̃e mediũ aut est ɔsequẽs/añcedẽs: aut extraneum extremitatib⁹. Dicit̃ aũt ɔsequẽs si sit supi⁹: ⁊ añcedẽs/ si fuerit inferi⁹ ad vnã extremitatũ. Extraneũ ṽo est vni extremitati si sit cũ altera cõuertibile. Scda regula. Habitudo medij ad extremitates ad ɔcludendã quãcũq; ɔclusionẽ datã/ sex cognoscit̃ dictionib⁹. q̃ sunt. Fecana: Cageti: Dafenes: Hebare: Gedaco ⁊ Gebali: in q̃b⁹ vltima syllaba signat ɔclusionẽ cõcludendã iuxta vocalis exigentiã. vt his ptz ṽsib⁹: Asserit a: negat e: sũt vniuersales ambe. Asserit i: negat o: sunt pticulares ambe. In pĩmis aũt duab⁹ syllabis harũ dictionũ ponunt̃ tñ he vocales a et e. A significat p̃dicatũ ⁊ e subiectũ. Ponunt̃ silr̃ in his pĩmis syllabis he consonãtes b c d cũ quib⁹ semp ponit̃ a et f g h. cũ quib⁹ semp ponit̃ e. significat aũt b cõsequẽs: c añcedẽs: et d extraneũ. cũ igit̃ a ponit̃ cũ b. significat q mediũ debet esse ɔsequẽs ad p̃dicatũ. Silr̃ f significat cõsequẽs: g añcedens: et h extraneũ. vñ si e ponit̃ cũ f significat q mediũ debet esse consequẽs ad subiectũ ⁊c. ṽ⁹. E subit f sequit̃ g p̃cedit: h sit extra. Predicat a: b sequẽs: c p̃cedit: d sit extra. Añ si cõcludere volueris vniuersalẽ affirmatiuã designatã p vltimã syllabã fecana: sumendũ est mediũ iuxta hui⁹ dictionis significationẽ sc3: q sit ɔsequẽs ad subiectũ ⁊ añcedens ad p̃dicatũ: vt concludẽdo istã: Oĩs hõ est substãtia erit mediũ aĩal. sic arguẽdo: om̃e aĩal est substãtia: oĩs hõ est aĩal: igit̃ omis hõ est substãtia. sic faciendũ est in alijs. Mediũ aũt qd̃ se habuerit iuxta exigentiã harũ dictionũ Hedas/ Febas et Hecas: inutile erit: q2 aut argueret̃ ex puris affirmatiuis in scd̃a figura p febas: aut minore negatiua in prima figura p hedas: aut ex puris negatiuis in q̃libet figura p hecas. Hec de principijs syllogismi ⁊ materialib⁹ ⁊ formalib⁹: pfectiua disquiramus.

Secũda

Tertia regula.

De pricipijs syllogismi pfectis. ca. XV. Di.

Que sunt pncipia syllogismi pfectiua? Mag. Que syllogismos impfectos perficiũt: ⁊ euidentiã concludendi in ipsis ostendunt. Dis. Ex his intelligo syllogismos quosdã pfectos: alios ṽo impfectos esse. Mag. Bñ intelligis. Perfectus em̃ est qui nullius alteri⁹ indiget p̃ter ea q̃ sumpta sunt: vt appareat necessarius. vt sunt syllogismi q̃tuor prime figure/ directe concludentes: ⁊ solũ isti. Sed syllogismus imperfectus est qui indiget vnius aut pluriũ: que quidẽ sunt necessaria per sumptos terminos: ⁊ non per sumptas ꝓpositiones. Perficit̃ em̃ si ad syllogismũ perfectũ reducat̃. Quod quidẽ dupliciter fit: ostensiue sc3 ⁊ per impossibile. Disci. Quõ fit reductio ostensiua? Mag. Per conuersionẽ aliquarũ ꝓpositionũ syllogismi impfecti: ⁊ q̃ndoq; per trãspositionẽ premissarum. Dis. Per qd̃ aũt cognoscere possum que ꝓpositio syllogismi imperfecti debeat conuerti: ⁊ qua conuersionis specie: aut quando pĩmisse debeant transponi? Mag. Hoc facile deprehendes per consonantes positas in dictionibus modos significantes. Nam vbicũq; ponitur s/ significat q propositio designata per vocalem immediate precedentem debet conuerti simpliciter. Ubi autem ponitur p/ significat q propositio per vocalem immediate precedentem designata/ debet conuerti per accidẽs. Ubi vero ponit̃ m/ significat q premisse debent transponi: maior sc3 in loco minoris ⁊ econuerso. Ubi autem ponitur c/ significat q talis syllogismus ostensiue non potest reduci/ sed potius per impossibile. Qd̃ facile his metris memoraberis.

Syllogism⁹ perfectus

Syllogism⁹ impfectus

Reductio ostensiua.

Simpliciter verti vult. S.P. vo per acci. M. vult trāsponi: sed. C. per impossibile duci. Non autem solum hi modi in quibus c ponit reduci possunt per impossibile: sed omnes imperfecti: vt infra patebit. Littere vero initiales signant ad quos modos prime figure syllogismi imperfecti ostēsiue sint reducendi. Debent enim syllogismi imperfecti ad eos perfectos reduci cum quibus in initialibus dictionis concordant. vt Zelantes ad Zelarent &c.

Reductio per impossibile.

Dis. quō fit reductio per impossibile? Mag. Hoc modo. vt sumatur oppositum contradictoriū conclusionis / cum altera p̄missarū syllogismi imperfecti: & inferat oppositū alterius premisse in modo perfecto. Vñ in modis prime figure indirecte concludentibus maior debet sumi pro minore: p̄terq̄ in celantes / vbi minor debet sumi pro maiore. In secunda autē figura semp seruat maior. In tertia aūt semp retinet minor. Discipu. Per quid autem agnosco ad quē modū prime figure perfectū / quiuis syllogismus imperfectus reducendus sit per impossibile? Magi. Per vocales sequentium dictionū: scz nesciebatis: odiebā: leuare: romanis. Unde prima harum dictionum: scz nesciebatis / habet quinq3 syllabas quinq3 modis imperfectis p̄me figure per ordinem seruientes. Quarū prima signat / primū inter hos modos reducendū esse per impossibile ad modum perfectum prime figure concludentē ꝓpositionem p vocalem e designatā: & est Celarent. Simili modo est in sequētibus. Ita pariformiter scd̄a dictio. s. odiebam / quattuor habet syllabas modis secūde figure per ordinem deseruientes. Tertia autem et quarta dictiones sex habent syllabas modis tertie figure deseruientes. s. leuare / romanis. Dicit autem talis reductio per impossibile: quia fit per contradictorias quas impossibile est simul esse veras aut falsas. Et fundat super illam maximā. Quādo ex opposito consequentis infertur oppositū antecedentis in formali consequētia: prior consequentia formalis fuit. Est eñ quādoq3 consequētia bona: sed non formalis / sed potius materialis: cū consequens sequit ex antecedente ratione materie: & non forme syllogistice. Reductio vero ostensiua fundat in hac maxima: Quicq̄d sequit ad consequens bone consequētie: sequit ad antecedens eiusdem. Et virtute harū maximarum tenent predicte reductiones. vñ licet particularis affirmatiua non conuertat per accidens in consequētia formali: tenet tamen talis reductio: non quidem virtute conuersionis / sed maxime super qua fundat. sicut patet reducendo ostensiue baralipton ad barbara. Sed de his satis ad p̄sens: Ad principia regulatiua transeamus.

De principijs regulatiuis syllogismi. Capitulum XVI Discipu.

Que sunt syllogismi regulatiua p̄ncipia? Mag. hec per que regulantur et probant vtrum sint ꝯsequētie formales / & euidētes. Et sunt duo. s. dici de omni: et dici de nullo. quorum primū conuenit syllogismus affirmatiuis. Scd̄m vero negatiuis. Disci. Quid est dici de omni? Mag. Dici de omni est / cū nihil est sumere sub subiecto de quo non predicet predicatū in cōclusione. vt in hoc syllogismo. Omñe animal est substantia: oīs hō est aīal: igit oīs hō est substātia. Substātia eñ dr in ꝯclusione de q̄libet subsumpto sub animali. Per oppositum dici de nullo est / cum nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueat aut negetur predicatum.

Dici de omni

Dici de nullo

vt in illo syllogismo. nullus lapis est animal: omnis petra est lapis: igit nulla petra est animal. Ibi nāq animal predicatū negat in conclusione de omni subsumpto sub lapide. Sed esse in toto potius respicit subiectum in ordine ad pdicatum: sicut dici de omni predicatū. Et nō esse in toto respicit subiectum in ordine ad predicatū: sicut econuerso/dici de nullo predicatū in ordine ad subiectū. Quicūq igit syllogismi his non regulant principijs immediate. vt primi quattuor prime figure. aut mediate (scz reductione) vt omēs alij: etiam aliarū figurarum syllogismi: boni non sunt. Et in ipsis dari possunt termini in quibus omni: et termini in quibus nulli. Dare autē terminos in quibus omni/est dare tres terminos/ex quibus scdm aliquā dispositionem alicuius figure constituunt due ppositiones vere: ex quibus infert conclusio in qua predicatū cōuenit omni supposito subiecti. Dare autem terminos in quibus nulli: est dare tres terminos/ex quibus scdm eandē dispositionē et figuram formant due ppositiones vere: ex quibus infert conclusio in qua predicatum nulli supposito subiecti inest. vt si quis dicat/ex puris negatiuis bonum fieri syllogismū sic arguendo. Nullus homo est asinus: nullus lapis est homo: igitur nullus lapis est asinus. Tu dabis terminos in quibus non: scz homo risibile/asinus. sic arguendo: nullus asinus est homo: nullū risibile est asinus: igit nullum risibile est homo. Ibi premisse sunt vere et conclusio est falsa. Ex quo patet syllogismū ex puris negatiuis nō esse consequentiā formalem: qz nō valet in omnibus terminis eadem forma retenta. Facile autē est dare huiusce terminos: si obserues vt alter de altero predicet conuertibiliter/vel non cum extraneo vtriusq. vt homo risibile lapis. vel cum superiore ad vtrūq. vt homo rōnale substantia etc. Syllogismus aūt expositorius qui proprie fit in tertia figura: cuius scz medium est terminus singularis singulariter et vniuoce tentus/regulatur per hoc principium: Quecūq duo in aliquo vno singulari singulariter et vniuoce tento cōueniūt/inter se cōueniunt: vt petrus est hō: petrus est risibilis: igit risibile est homo.

Esse in toto
nō esse i toto
Termini in quib⁹ omni
Termini in quib⁹ nulli.
Syllogism⁹ expositori⁹

De ptātib⁹ syllogismi. Ca. XVII Mag

Ut aūt syllogistice argumentationis cōpletiorē adipisci possis cognitionem: post tradita principia de eius potestate differendum esse arbitror. Est aūt potestas syllogismi pprietas quedā syllogismo ad veritatis ostensionem et falsitatis euidentiam attributa. Et in sex reperit ptita spēs. Quarū prima est: Posse plura cōcludere. Disci. Quibus syllogismis competit? Magi. Primo competit syllogismis vniuersalem cōcludentibus. Ibi enim possunt concludere omnes singulares illi⁹ vniuersalis. Scdo competit syllogismis conclusionē conuertibilē concludentibus. Tales cū et conuertibilē et conuertentē concludunt. Tertio cōuenit syllogismis vniuersalibus per subsumptionē in latus: subsumendo scz sub medio distributo plures minores extremitates. Et in post: subsumendo scz sub minore extremitate distributa/plures alias extremitates minores. Quod facile est videre in modis vniuersalibus.

Potestas syllogismi.
Posse plura concludere

De scda ptāte syllogismi. Ca. XVIII Dis.

Secunda syllogismi potestas que est? Mag. Posse ex falsis verum syllogisare/quia est/videlicet: sed nō pter quid. Ex veris autem nil nisi verum sequit. Est aūt hec potestas latissima: in qlibet enim

Ex falsis syllogisare verū.

modo cuiuslibet figure ex ambabus falsis/aut ex vna vera et altera falsa: sequitur verū. dempta prima figura: cum maior fuerit in toto falsa/ et minor vera. tūc eñ maior extremitas diceret falsē de medio pro quolibet supposito/ et vere pro aliquo supposito: quod est impossibile.

De tertia ptāte syllogismi. Ca. XIX. Dis.

Syllogismus circularis.

Tertia potestas syllogismi que est? Mag. Posse circulariter syllogisare. Et ob id syllogismus p quē hoc fit circularis dicit. Et est q̄ ex cōclusione prioris syllogismi cū conuertēte vnius premisse ad inferendā alterā premissam pcedit. Disci. Quibus cōpetit? Mag. syllogismis in omnibus modis prime et secūde figurarū. Similiter modis particularibus tertie figure. In oībus eñ his saltē vna premissarum circulariter pōt concludi. Non tñ semp in forma ppria: sed quandoq; ipsa conuersa. Et inuenies: q in modis negatiuis affirmatiuā/ et in modis particularibus vniuersalem circulariter syllogisare non potes. Nunq̄ etiā ex veris circulariter syllogisari cōtingit: nisi premisse fuerint conuertibiles. Accidit tñ circa

Petitio principij.

hūc syllogisandi modū qñq; peccare et pncipiū petere. qd fit/ quoties vel nihil ostendit: vel aliq̄d p ignotius/ aut prius ostendit per posterius. Et dicitur tūc petere principiū statim/ qñ idē per seipm ostendit. vt a est: igit a est. Et non statim: cū aliqd per aliud ostendit qd natū esset ostendi per primū. vt linee nō concurrūt/ igitur sunt parallele.

De q̄rta ptāte syllogismi. Ca. XX. Dis.

Syllogismus cōuersiuus.

Que est quarta syllogismi ptās? Mag. Posse conuersiue syllogisare. Vñ et talis syllogismus conuersiuus dr. Et est qui ex contrario vel contradictorio conclusionis/ cum altera premissarum pcedit ad illationem oppositi contrarij aut contradictorij alterius pmisse.

Disci. Quibus cōpetit? Magi. Omnibus particularibus syllogismis: si oppositū contradictoriū cōclusionis accipimus. Uniuersalibus aūt prime figure: similiter secunde figure: dempta maiore propositione/ cōpetere potest: si conclusionis sumatur contrarium.

De quinta ptāte syllogismi. Ca. XXI. Dis.

Ad impossibile syllogisare.

Que est quinta potestas syllogismi? Magi. Syllogisare ad impossibile. Hoc autem fit: accipiendo contradictorium propositionis negate a respondēte/ cum vna manifeste vera: inferendo vnā manifeste falsam: ex cuius falsitate vna premissarum interimitur: ex cuius interemptione infertur veritas conclusionis probande prius a respondente negare. Est autem hec potestas multum lata. Omnis enim propositio potest per impossibile syllogisari in aliquo modo et figura: cuius cōtradictoria potest esse premissa in tali modo et figura. Et propter hoc vniuersalis affirmatiua non syllogisatur per impossibile in prima figura. Contingit etiam

Peccatum logicum.

et circa hanc potestatem peccare: et vocatur hoc peccatum a logicis: Non propter hoc accidere falsum. Discipulus. Quando fit hoc? Magister. Cum in syllogismo ad impossibile ponitur vna premissa superflua/ nihil faciens ad conclusionis illationem: cuius tamen falsitas ex conclusionis falsitate infertur ac si ipsa esset causa falsitatis conclusionis. Et hec quādoq; cō=

corda cum premissis in vno extremo: quãdoq; vero in nullo.

De sexta ptãte syllogismi. Ca. XXII. Dis.

Sexta potestas syllogismi que est? Magister. Posse syllogisare ex oppositis. Discipulus. Quibus hec cõpetit? Magister. Nulli syllogismo prime figure: sed omnibus syllogismis secunde figure. Et similiter negatiuis tertie figure. Fit autem in vniuersalibus ex contrarijs: in particularibus vero ex contradictorijs. Et differt hic syllogism⁹ a syllogismo qui procedit ex falsis. nam in tali cõclusio potest esse vera: hic autem conclusio semper est falsa. Et circa hanc quidem potestatem contingit peccare peccato quod logici / fallaciam contrarie opinionis nominant: cum scilicet quis ad hoc ducit vt contrarias imaginetur simul veras. Quod quidem fit dupliciter. Primo per media non subalternata. vt si quis sciat substantiam inesse animali ꝛ non sensibili / taliter decipitur: Omne animal est substãtia: omnis homo est animal: igitur omnis homo est substantia. Nullum sensibile est substãtia: omnis homo est sensibilis: igitur nullus homo est substantia. Secũdo fit per media subalternata. vt si quis sciat substantiam inesse animali ꝛ non corpori: sciat tamen ꝙ corpus ꝛ animal insunt homini / hac argumentatione decipitur: Omne animal est substãtia: omnis homo est animal: igitur omnis homo est substantia. et rursus: nullum corpus est substantia: omnis homo est corpus: igitur nullus homo est substantia. Possum⁹ tamen quandoq; extra syllogismum contraria opinari: sed non eodem modo: sed vnum in vniuersali / aliud vero in particulari. vt si quis sciat omnem mulã esse sterilem / scit vtiq; in vniuersali hãc mulã esse sterilẽ. Si aũt nesciat hanc mulã esse mulã: aut q: videt eã cũ ventre tumescẽte: opinabit̃ in particulari / hanc mulã non esse sterilem.

Ex oppositis syllogisare.

Peccatum logicum

Opinare contraria

De Inductione. Ca. XXIII. Magi.

Habes itaq; primam argumentationis speciem ẽm se et simpliciter consideratam per sua declaratam principia: Restat vt de alijs disseramus. Et primum de Inductione. Discipulus. Quid est Inductio? Magister. Est argumentatio ꝓcedens a singularibus sufficiẽter enumeratis ad suam vniuersalem. vt ioannes est risibilis: ꝛ petrus est risibilis et sic de alijs hominibus: igitur omnis homo est risibilis. Intelligitur autẽ hec definitio non modo de singulari ꝓprie dicto: sed etiam de singulari in respectu. vt species respectu generis singularia sunt. ꝛ in illis est consequentia formalis: non autem in singularibus simpliciter. Vel inductio est syllogismus (sc; imperfectus) ostendens maiorem extremitatem de medio per minorem. vt hic equus est longeuus: hic asinus est longeuus / et sic de alijs animalibus non habẽtibus cholerã: igitur omne animal non habens choleram est longeuum. Disci. Cum inductio (vt dicis) sit syllogismus imperfectus: quomodo perficitur? Magister. Per reductionem ad syllogismum perfectum: hoc modo. Accipiatur disiunctũ vel copulatum ex singularibus pro medio. vt omne qđ est hic asinus vel hic equus et sic de alijs non habentib⁹ choleram est longeuũ: sed omne quod est hic asinus vel equus et sic de alijs nõ habentibus cholerã est animal nõ habẽs cholerã: igit̃ oĩe animal nõ habens cholerã est longeuũ. Descendamus ad exemplum.

Inductio

Inductio pficit̃.

De exemplo. Ca. XXIIII Dis.

Exemplum

Exemplum quid? Mag. Est argumentatio qua probatur unum particulare per aliud: propter aliquod simile repertu in ipsis. ut Almenses pugnare contra Augustenses malum est: igitur Friburgenses pugnare contra Basilienses malu est: quia utrobique est pugnare affines contra affines. Reducitur aut ad syllogismu: si tale simile accipiatur pro medio: sic arguendo: Quoscunque affines pugnare contra affines malum est: Basilienses et Friburgenses sunt affines: igitur Basilienses pugnare contra Friburgenses malum est.

Reductio exempli.

De Enthymemate. Ca. XXV Dis.

Enthymema

Enthymema quid est? Mag. Est syllogismus imperfectus in quo scz non omnibus premissis positis infertur conclusio. ut omne animal currit: igitur omnis homo currit. Et reducitur ad syllogismu addendo premissam omissam. Per conclusionem autem videbitur/ que premissa debeat addi. medium enim non intrat conclusionem: sed tm maior et minor extremitates. ut omne animal currit: omnis homo est animal: igitur omnis homo currit. Posset tamen aliter definiri/ et taliter: Enthymema syllogismus est ex icotibus et signis. Est aut icos propositio probabilis. Signum autem est propositio necessaria: non quidem in se/ sed ratione illationis. Eadem igitur propositio erit icos/ quia probabilis: et signum/ quia necessario infert conclusionem. Inveniuntur autem hec signa naturas rerum inquirendo: ut mulier habet lac in mamillis: igitur peperit. hoc animal habet latu pectus et scapulas: igitur forte etc. Sunt et alie quedam argumentationes imperfecte. Dis. Que. Mag. Cum maior fuerit manifesta/ et minor eque aut magis dubia conclusione: deductio dicitur: ut omne equale linee recte potest quadrari: circulus est equalis linee recte: igitur circulus potest quadrari. Cu vero infertur propositio contraria propositioni respondentis dicitur instantia. ut: si dicas: Omniu contrariorum eadem est disciplina/ dico: nullorum oppositorum est eadem disciplina: igitur contrariorum non est eadem disciplina: id est instantiam facio.

Icos

Signum

Deductio

Instantia

Tractatus. V De Syllogismo dialectico. Capitulum I Magister.

Quemadmodum in superioribus accepisti/ et sylogisandi/ et argumentandi modu ex propositionibus non veris nec falsis: sed simpliciter co͂sideratis: unde et syllogismus ex his simpliciter dictus est: ita pariformiter in eisdem figuris et modis et scdm dicta principia ex propositionibus probabilibus et dialecticis argumentari et syllogisare potes: et syllogismus ex his formatus dialecticus dicitur. Et est syllogismus qui ex probabilibus est syllogisatus. Probabilia autem dicuntur propositiones dialectice. Propositio vero dialectica est questio probabilis omnibus/ aut pluribus: aut sapientibus: aut his/ aut omnibus: aut pluribus/ aut maxime notis no͂ extranea. Questio quidem est antequam fuerit probata. Tunc enim cum signo quesitivo sumitur et unam contradictionis partem querit. ut utru omnis mater diligat filium suu? Questione autem que utraque

Syllogismus dialecticus.

Propositio dialectica.

Probabilia

De syllogismo dialectico

contradictionis partem inquirit/problema dialecticum appellamus. Et est speculatio contendens ad electionem vel fugam. vel ad veritatem ⁊ scientiam: vt aut ipm: aut vt adminiculans: aut vt ad aliquid hmôi. Unde q̄dam sunt problemata naturalia: quedam moralia: quedam dialectica ⁊c. Et rursus quedam sunt de quibus neutro modo opinamur: vt vtrū astra sint paria vel imparia. Quedam de quibus sapientes contrariantur vulgaribus: vt vtrum stella fixa sit maior terra. Quedam sunt de quibus etiā vulgares inter se dissentiunt: vt vtrum homo sit animal vel hmôi. Et ex his quedā sunt que positiones dicuntur. Est autem positio opinio alicuius notorū ꝭm philosophiā/nō extranea: vt motū distingui a mobili. Problemata autē que sunt per defectum rationis/dialectica nō sunt. Et ad assentiendum ipsis: homines nō rationibus/sed verberibus arcendi sunt: vt si quis querat aut dubitat vtrū oporteat deos vereri ⁊ parentes honorare. Habent autem proppsitiones dialectice specialia predicata/que similiter dialectica appellamus.

Aristo. j. top.
Problema dialecticum
Positio
Aristo. j. top.

De predicatis dialecticis Ca. II Disci.

Quid est predicatū dialecticū? Mag. Quod natū est predicari in ꝓpositione arte dialectica terminabili. Disci. Quotuplex? Magi. Quadruplex: scȝ definitio: propriū: genus: ⁊ accidens: cōprehendendo sub genere speciem/⁊ differentiam genericam? Quid est definitio? Magi. Est oratio indicans quid est esse rei. Disci. Quid est ꝓpriū? Magi. Quod nō indicat quid est esse rei: soli autem inest: ⁊ conuersim predicatur de re. Disci. Quid est genus? Magi. Quod predicatur de pluribus specie differentibus in eo qꝺ quid. Disci. Quid est accidens? Magi. Est quod nec est definitio/nec proprium/ nec genus: inest autem rei. Uel est qꝺ contingit eidem inesse ⁊ non inesse. Possunt tamen omnia predicata ad vnū reduci: Disci. Ad quod? Magi. Ad definitionem. Sicut enim probatur: hoc non est proprium alicui/quia non inest ei soli: ita etiam probatur eadem via: igitur non est definitio eius. Et sicut probatur: hoc non est genus huic/quia non inest essentialiter: ita probatur: igitur non est definitio eius. Similiter sicut probatur: hoc non esse accidens alicuius/quia non inest: ita ꝓbabitur aliqꝺ non esse definitionem eiusdem. Habent autem hec predicata annexa: que scȝ eodem modo terminantur ⁊ probantur vt predicata. Disci. Que sunt ista? Magi. Annexa definitionis/proprij ⁊ generis. sunt idem et diuersum. Si enim probabitur quia animal est genus hominis ⁊ bouis: probatum est/quia homo ⁊ bos sunt idem genere. Et si probatur quantitatē esse genus linee ⁊ non hominis: probatum est lineam ⁊ hominem esse diuersa genere. Jta pariformiter de definitione ⁊ proprio exemplificandum erit. Sed accidentis annexa sunt comparatio ꝭm magis ⁊ minus: vt si probatur: hoc non est eligendum: probatum est/quia non est magis eligendum ⁊c. Ex dictis habes ex quibus ⁊ qualibus dialectice argumentationes possint fieri.

Predicatū dialecticū.
Definitio
Proprium
Genus
Accidens
Annexa predicatorū dialecticorum.

Disci. Sane intellexi hoc: si quid aliud sit ad horum noticiam necessaria silentio haud pretereas. Magister. Jmmo aliud est. Discipulus. Quod est tale? Magister. Argumentationis ⁊ confirmatiuam ⁊ confortatiuum principium. Disci. Quod est tale? Magister. Locus dialecticus.

De Loco ⁊ eiꝰ diuisione Ca. III Disci.

Locus dialecticus. Quid est locus dialecticus? Magister. Est sedes argumenti. Nam in eo quiescit argumentũ vt homo in sede. Et queadmodũ res in loco suo naturali non modo conseruatur sed etiam fit ⁊ generatur ita argumentatio non modo in loco dialectico confirmatur/verũetiam generatur. Ob id locus in duo diuiditur: sc3 in locum maximam: ⁊ locum differẽtia maxime. Maxima Est autem locus maxima idem qđ maxima. Maxima vero est propositio per se nota: qua scilicet non est alia prior aut notior in suo genere: aut ex eisdem constituta terminis: vt omne totũ est maius sua parte ⁊c. Differentia maxime. Locus differentia maxime est quo vna maxima differt ab alia. Et est materialiter genus species: definitio ⁊c. Sed formaliter est dictorum adinuicem habitudo. Et is rursus triplex est: sc3 intrinsecus: extrinsecus ⁊ medius. Locus intrinsecus Intrinsecũ quidem locum dicimus cum argumentũ sumitur ex his que sunt de substantia rei: quando videlicet significatum termini inferentis includitur in significato termini illati aliquo essendi modo: vt animal rationale currit: igitur homo currit. Locus extrinsecus Locus aũt extrinsecus est in quo argumẽtũ sumitur ab his q̃ separata sunt a rei substantia ⁊c. vt petrus est sanus: igitur non est eger. Locus medius Locus vero medius est in quo argumentum sumitur ab his que partim conueniunt ⁊ partim differunt a rei substantia ⁊c. vt iusticia est bona: igitur iustum est bonum. De his videndum per ordinem. Et primo de locis intrinsecis.

De locis intrinsecis. Ca. IIII Magi.

Est autem locus intrinsecus duplex. Quidam enim sumitur a substantia. Quidam vero a concomitantibus substantiam. Discipulus. Quando locus sumitur a substantia? Magister. Quando argumentum sumitur ab his que sunt de substantia eorum que ponuntur in questione: ⁊ est cum inferens ⁊ illatum includunt se conuertibiliter: Locus a substantia vt animal rationale currit: igitur homo currit. Et est triplex. s. a definitione ad definitum: ⁊ econuerso. A descriptione ad descriptũ: ⁊ ecõuerso. Et a nominis interpretatione ad interpretatũ: ⁊ econtrario. Est autem definitio Definitio (vt hic sumitur) oratio indicãs quid est esse rei per essentialia. Discipulus Quot modis sumitur locus a definitione ad definitũ? Magister. Quatuor. Primo subijciendo definitionem affirmatiue: vt animal rationale currit: igitur homo currit. Secundo predicando definitionẽ affirmatiue: vt petrus est animal rationale: igitur petrus est homo. Tertio subijciẽdo definitionẽ negatiue: vt animal rationale non currit: igitur homo non currit. Quarto predicando definitionẽ negatiue: vt asinus non est animal rationale: igitur asinus nõ est homo. Simili modo a definito ad definitionem quatuor sunt argumentandi modi. Et tenẽt omnes hi modi virtute huius maxime: Quicquid dicitur vel negatur de definitione: dicitur aut negatur de definito: ⁊ econtrario. Et quicquid affirmatur vel negatur de definito: idem dicitur aut negatur de definitione ⁊ ecõuerso. Sed hec plana sunt: descriptionem percurramus. Descriptio Est autem descriptio/oratio significans quid est esse rei per accidentalia. Et sumitur accidentale pro eo quod non est de essentia rei. Et sic proprium in proposito accidens dicitur. Discipulus. Quomodo aut quot modis sumitur locus a descriptione? Magister. Eodem modo quo sumitur locus a definitione ad definitum: ⁊ econuerso. Exempla sunt hec: animal risibile currit: igitur homo currit: petrus est animal risibile: igitur petrus est homo. Animal

risibile non currit: igitur homo non currit: asinus non est animal risibile: igitur asinus non est homo. Discipulus. Hec similiter plana sunt. Nominis interpretationem notifices. Magister. Nominis interpretatio est dictionis minus note per notiorem expositio: vt philosophus/id est amator sapientie. Et est duplex. Quedam enim conuertitur cum interpretato: vt amator sapientie/ et philosophus. Quedam vero nõ: vt lapis et ledens pedem. De prima est ad propositum: et ab ea sumitur modus arguendi eodem modo sicut a definitione ad definitum. Exempla etiam secundum dictorum formam sumenda sunt. Et hec de locis que sumuntur a substantia. Consequenter videndũ de locis que sumuntur a concomitantibus substantiam. Interpretatio.

De locis dialecticis sumptis a concomitantibus substantiã. Ca. V Discipulus.

Locus a concomitantibus substantiam.

Quando locus sumitur a concomitantibus substantiam? Magi. Quando argumentum sumitur ab his que consequũtur essentias rerum in questione positarum. Et est sextuplex. s. a toto ad partem et econuerso. A causa ad effectum et econtrario. A generatione. A corruptione. Ab vsibus. A communiter accidentibus. Hos dicto prosequamur ordine.

De loco a toto. Capi. VI Discipulus.

Quot modis sumitur locus a toto ad suam partem.? Magister. Multis modis secundum quod totum varie diuiditur. Est enim quoddam totũ vniuersale: totũ integrale: totũ in quãtitate: totũ in modo: totũ in loco: et totũ in tẽpore. Discipulus. Quod dicitur totũ vniuersale? Magister. Quodlibet superius respectu sui inferioris: quod pars totius vniuersalis dicitur. Et sumitur argumentũ ab illo toto negatiue predicando totum vniuersale. vt lapis non est animal: igitur lapis non est homo. Et tenet virtute illius maxime. A quocũque negatur genus/ab eodem negatur et species. Sed argumentum a parte ad totum vniuersale tenet affirmatiue subijciẽdo et predicãdo partem: vt homo currit: igitur animal currit: Petrus est homo igitur petrus est animal. Quicquid enim dicitur de inferiore: hoc idem dicitur de suo superiore. Discipulus. Quod dicitur totum integrale? Magister. Quod habet partes quantitatem habentes: vt domus habet parietes/tectum et fundamentum. Et ab illo sumitur argumentum affirmatiue vt domus est: igitur paries est. Sed a parte ad totum valet argumentũ negatiue: vt paries non est: igitur domus non est. Nam posito toto/ponũtur et omnes partes ipsum integrantes. Et vna parte non existente/ totum existere nõ potest. A partibus autem simul sumptis ad totum valet argumentum affirmatiue: vt paries est: tectum est: et sic de alijs partibus domus: igitur domus est. Discipulus. Quod est totum in quantitate? Magister. Est vniuersale/sumptũ vniuersaliter: quod fit/si vniuersali addatur signũ distributiuũ: vt omnis homo. Et ab isto sumitur argumẽtũ affirmatiue et negatiue: vt omnis homo est animal: igitur petrus est animal: nullus homo est asinus: igitur petrus nõ est asinus. Si enim vniuersalis sit vera: quelibet particularium est vera. Similiter si vniuersalis fuerit falsa: quelibet particularium est falsa: sed non

Totum vniuersale

Totum integrale.

Totum in quantitate.

econuerso. Ideo ab vna harum partium ad totum/argumentum non valet: sed ab omnibus simul sumptis: vt petrus est animal: ioannes est animal: et sic de alijs: igitur omnis homo est animal: et petrus non est asinus: ioannes non est asinus: et sic de alijs: igitur nullus homo est asinus. Discipu. Quod est totum in modo? Magister. Est vniuersale sumptum sine determinatione: vt homo. Uniuersale autem sumptum cum determinatione non diminuente sed restringente dicitur pars in modo: vt hõ alb⁹. Et ab his sumit̃ argumentum eodem modo sicut a toto vniuersali: vt asinus nõ est homo: igitur asinus non est homo albus. Et petrus est homo albus igitur petrus est homo. Si autem determinatio fuerit diminuẽs/non sequitur: vt petrus est homo mortuus: igitur petrus est homo. Hic est leo pictus: igitur hic est leo. Discipulus

Totum in modo

Totũ in loco quid est? Magister. Qđ significat oẽm locũ: vt vbiqȝ nusq̃ zč. Sed id quod vnum locum significat pars in loco dicitur: vt hic. Ab his argumentandum est sicut a toto in quantitate: vt deus est vbiqȝ: igitur deus est hic. Chymera nusq̃ est: igitur chymera non est hic. Et rursus: petrus nõ est hic: igitur petrus nõ est vbiqȝ zč. Discipulus. Quod est totum in tempore?

Totũ in loco

Magister. Quod significat omne tempus: vt semper nunq̃. Id vero quod vnum solum tempus significat/est pars in tempore. Et ab his sumitur argumentũ sicut a toto in modo: vt deus est semper: igitur deus est nunc. Et rursus: chymera nunq̃ est: igitur chymera non est nunc.

Totũ in tpe

De loco a causa ad effectum: et econuerso. Capitulum VII Magister.

Qui sequitur est locus a causa ad effectum et econtrario. Causam autem dicimus ad cuius esse sequit̃ aliud. Et est quadruplex scȝ materialis: formalis: finalis et efficiens. Discipulus. Que causa est materialis? Magister. Ex qua cum forma totũ constituitur. Quod et effectus cause materialis dicit̃: vt ex ferro cũ forma debita fit cultellus. Et ab his sumitur argumentum negatiue tñ: vt ferrum non est, igitur arma ferrea non sunt. Et rursus ab effectu ad causam materialẽ fit argumentũ affirmatiue: vt arma ferrea sunt: igit̃ ferrũ est: posita eñ materia nõ est necesse materiatũ esse sed econtrario. Qđ quidẽ intelligendũ est de materia pmanẽte. Nã in materia transeunte ita arguẽdum est. Uitrum est: igitur arena/aut cinis fuerunt. Panis est: igitur farina et aqua fuerunt zč. Discipulus. Causa formalis que est? Magister. Que dat esse rei (scȝ effectu) vt albedo dat esse albo. Et in his arguendum est negatiue: vt albedo non est: igitur album non est. Anima non est: igitur animatum non est. Ab effectu vero ad causam formalem argumentandũ est affirmatiue: vt animatum est: igitur anima est: album est: igit̃ albedo est. Nam posita forma non ponitur necessario formatum: vt patet de formis essentialibus in animabus exutis corpore: in accidentalibus in albedine circa altaris sacramentum. Discipulus. Causa finalis que est?

Causa

Materialis

Formalis

Finalis

Magister. Gratia cuius aliquid fit/scȝ effectus in his sumitur argumentum affirmatiue et negatiue: vt beatitudo est bona: igitur virtus est bona. Pena non est bona: igitur peccatum non est bonum. Cuius enim finis bonus aut malus: ipsum quoqȝ bonum aut malum esse necesse est. Discipulus. Causa efficiẽs que est? Magister. A qua primo fit motus: vt domificator est cau

Efficiens

sa efficiens domus. Et in his quoque sumitur argumentum affirmatiue et negatiue. vt domificator est bonus: igitur domus facta ab eo est bona. Et rursus domus est bona: igitur domificator est vel fuit bonus etc. Nam cuius causa efficiens bona/ipsum quoque bonum est. Sed non sequitur domus est/ igitur domificator est: aut econtrario. Quia in his omnibus iam dictis causa et effectus non sumuntur formaliter/sed fundamentaliter etc. His relictis ad reliqua transeamus.

De Locis a generatione et corruptione ab vsibus et communiter accidentibus. Capitulum VIII Discipulus.

Tertio ordine sequitur locus a generatione et a corruptione: quarum descriptiones in predicamentorum tractatu accepisse memini: reliquum est vt arguendi modum in his patefacias. Magister. A generatione ad generatum et econtrario argumentum sumitur affirmatiue et negatiue vt generatio martyris est bona: igitur martyr est bonus et econuerso. Et generatio antichristi est mala: igitur antichristus est malus: et econuerso. Sed a corruptione ad corruptum oppositum sequitur: vt corruptio antichristi est bona: igitur antichristus est malus: et econtrario. Corruptio virtutis est mala: igitur virtus est bona. Cuius enim generatio bona: ipsum quoque bonum est. Cuius vero corruptio bona: ipsum malum est. Et cuius corruptio mala/ipsum quoque bonum est. Hos locos sequitur qui ab vsu est: post quem qui a communiter accidentibus sumitur. Discipulus. Usus quid est? Magister. Est operatio siue exercitium rei scilicet vsitate. Et ab his sumitur argumentum affirmatiue et negatiue: vt equitare est bonum: igitur equus est bonus: et econtrario. Et similiter occidere est malum: igitur occisor est malus: et econtrario. Cuius vsus enim bonus aut malus: ipsum quoque bonum: aut malum est. Discipulus. Communiter accidentia que sunt? Magister. Duplicia sunt. Quedam enim consequuntur se non semper: vt comptus et adulter. Non enim omnis comptus adulter est: aut econuerso. Et de his nihil ad presens. Alia sunt que consequuntur se semper: vt penitere sequitur semper ad peccare. Unde taliter in his argumentandum est affirmatiue: ille penitet: igitur deliquit. Et rursus: ille non deliquit: igitur non penitet. Nam in communiter accidentibus: si posterius inest/ primum infuit. Et si prius non inest/posterius non inerit. Hactenus de intrinsecis. Consequens est vt de locis extrinsecis despiciamus.

A generatione

A corruptione

Usus

Communiter accidentia

De locis extrinsecis. Ca. IX Magi.

Est autem locus extrinsecus multiplex. Quidam enim est ab oppositis: quidam a disparatis: quidam a maiore: quidam a minore: quidam a simili: quidam a proportione: quidam a transsumptione: quidam ab auctoritate. Rursus locus ab oppositis quadruplex est. Nam alius est a relatiue oppositis. Alius a contrarijs: alius a contradictorijs: et alius a priuatiue oppositis. In quibus argumentandum eo quo sequitur modo. A relatiue oppositis argumentum valet affirmatiue et negatiue: vt pater est: ergo filius est: et econuerso. Relatiua enim sunt simul ortu et occasu. Et rursus: petrus est pater ioannis: igitur petrus non est filius eius.

Relatiue

Et rursus: Joannes est filius petri: igitur ioannes non est pater petri. Opposita nanq3 relatiua eidem inesse non possunt. Sed argumentū a contrarijs

Contraria sumitur affirmatiue: vt homo animal est sanum: igitur non est egrum: hic homo est albus: igitur non est niger &c. Negatiue autem tm̄ tenet in contrarijs mediatis: vt hoc animal non est sanum: igitur hoc animal est egrum. Sed nō

Priuatiua sequitur. Hic homo non est albus: igitur est niger: quia potest esse rubeus. A priuatiue oppositis arguitur affirmatiue: vt petrus est cecus: igitur petrus non est videns. Negatiue autem non tenet: nisi tempore determinato a natura: vt non sequitur: hic canis non est videns: igitur est cecus: quia ante diem nonum non vidit. Sed sequitur: hic canis post nonum diem non est videns:

Contradictoria igitur hic canis est cecus. Argumentum vero a contradictorie oppositis est: vt si vnum sit verum: reliquum est falsum: & econuerso: vt petrum sedere est

Disparata verū: igit̄ petrū sedere nō est falsum &c. Discipulus. Disparata que sunt?

Magister. Que natura diuersa sunt: vt homo & asinus. Et in his sumitur argumentum affirmatiue vt petrus est homo: igitur petrus non est asinus. Oportet autem hoc fieri in accidentalibus & abstractis: vt sequitur: hoc est albedo: igitur hoc non est quantitas. Sed non sequitur: hoc est album:

Maius igitur non est quantum. Discipulus. Quid est maius? Magister. Quod

Minus alicui supraponitur in potentia & virtute. Id autem quod supponitur/minus dicitur. Et ab his sumitur argumentum modo opposito. Nam a maiore tenet argumentum negatiue. A minore vero tenet semper affirmatiue. Exempla sunt hec. Rex non potest expugnare hoc castrum: igitur nec miles. Et rursus. Miles potest expugnare hoc castrum: igitur rex potest. Nam si id qđ magis videtur inesse non inerit: nec id quod minus videtur inesse inerit. Et si id qđ minus videtur inesse inest: igitur id qđ magis videt̄ inesse inerit.

Similitudo Discipulus. Similitudo quid est? Magister. Est rerum differentium eadē qualitas. Et ab hac sumit̄ argumentū affirmatiue & negatiue: vt sicut risibile inest homini: ita hinnibile equo: sed risibile inest homini vt ꝓpriū: igit̄ hinnibile inest equo vt proprium: & rursus risibile nō inest homini vt genus: igit̄ hinnibile nō inest equo vt genus. Quia de similibus idem est iudicium.

Proportio Discipulus. Proportio quid est? Magister. Est rerum differentium eadem habitudo/non autem inherentie: sicut similitudo. Et ab hac taliter arguitur. Sicut se habet rector nauis ad nauem: ita rector ecclesie ad ecclesiā: sed rector nauis non est eligendus sorte/sed arte: igitur nec rector ecclesie eligendus est sorte sed arte. Quia de ꝓportionabilibus idē est iudiciū. Disci. Transumptio quid est? Magister. Est acceptio nominis magis noti ꝓ nomine minus noto: vt sapiens accipitur pro philosopho. Et tenet argumentum: quia quicquid dicitur de aliquo sub nomine minus noto: dicitur de eodem sub nomine magis noto: vt philosophus non est auarus: igitur sapiens

Trāsumptio non est auarus: & econtrario &c. Transumptio autem est/qua nomen vel oratio transsumitur ad significandum aliud propter aliquod simile: vt ridere florere &c. pertinet ad sophistam. Discipulus. Quid est auctoritas? Magister. Est iudicium sapientis in sua scientia. Et ab ea sumitur argumen-

Auctoritas tum tm̄ affirmatiue: vt Astronomus dicit celū moueri: igitur mouet̄. Quia vnicuiq3 experto in sua scientia credendum est. Et tantum de locis extrinsecis. Restat vt videamus de medijs.

De locis mediis. Ca. X Magister.

Locus medius trifarie patitur. Est enim alius a cõiungatis. Alius a casibus: et alius a diuisione. Discipulus. Coniugata que sunt? Magister. Abstractum cum suo concreto. Et in his hoc modo arguitur. Justicia est bona: igitur iustum est bonum: et econuerso. Nam quicquid conuenit vnĩ coniugatorum/hoc conuenit et reliquo. Discipulus. Casus qui sunt? Magister. Ea que ab abstracto cadunt: vt iustum et iuste a iusticia. Et in his ita arguitur. Justum est bonum: igitur quod iuste fit bene fit. Discipulus. Diuisio quotuplex est? Magister duplex. Quedam enim fit per negationem: vt petrus est homo/aut non homo. Quedam fit sine negatione. Et hec rursus duplex est scz essentialis siue per se: et accidentalis. Essentialis siue per se est aut generis species. vt animalium aliud equus: aliud homo. Aut totius est integralis in suas partes: vt partium domus alia est paries: alia tectum &c. Aut est vocis in significata: vt canum alius est latrabilis: alius marinus: alius celestis. Sed diuisio accidentalis fit: aut cum subiectum in accidentia partitur: vt animaliũ aliud sanum: aliud egrum: et ecõuerso: cum accidens in subiecta diuiditur: vt sanorum aliud homo/aliud asinus. Aut cum accidens in accidentia scinditur: vt sanorum aliud calidum/aliud frigidum &c. Ab his omnibus sumitur argumentum a positione vnius membrorum diuidentium ad remotionem alterius: et econuerso: vt ioannes est animal: et non est animal sanum: igitur est animal egrum: et petrus est animal: et est animal rationale: igitur non est animal irrationale. Hec de locis dialecticis dissertasse satis sit. In quibus tamen si abundare volueris/quadruplici instrumento vtendum est. De quibus/fortasse non erit inutile iam in calce huius tractatus pauca in medium ferre.

Coniugata

Casus

Diuisio

Essentialis

Accidentalis

De instrumẽtis abundandi. Ca. XI. Dis.

Que igitur sunt abundandi instrumenta? Magister. Sunt propositionũ sumptio. Multiplicis distinctio. Differentiarum inuentio: et similitudinis consyderatio. Unde oportet sumere varias propositiones: scz probabiles morales/logicas/physicas &c. Oportet etiam distinguere multiplex: vt ostendamus propositum et non paralogisemur: vt acutũ est multiplex: q2 in voce/cultro et magnitudine. Et ex eo rursus multiplicant̃ propositiones. Oportet insuper eorum que proposita sunt inuenire et consyderare differentias: per hoc enim propositiones multiplicabimus: et definitiones facilius constituimus. Demum similitudinem eorum que dicta sunt consyderabimus. Nam et per hoc propositiones plurificare possumus. Omnia enim dicta ad multiplicationem propositionum tendunt. In quibus similiter et in dictis locis/si intellectum exercitaueris: potes non modo opponenti obuiare: verũetiam quãcũq3 conclusionem probabiliter syllogisare. Aut saltem (quod satis est logico) de requisitis nihil omittere. Unde et medicum bonum dicimus si de requisitis circa egrum non negligit: etiam si non semper sanet.

Abundandi instrumenta

Tractatus. VI. de syllogismo demonstratiuo. De demonstrationis definitione. Capitulum. I Disci.

Ex probabilibus ita clare iamiam argumentandi modum accepi: vt de hoc plura verba fundere (quoniam in principijs scientiarū laboramus) nō sit necesse. Sed quo ingenio ex ꝓpositionibus per se ⁊ necessarijs syllogisandum sit consequenter ostendas. Magister. Sicut ex probabilibus ⁊ contingentibus syllogismum dialecticū / ita ex per se ⁊ necessarijs demonstratiuū efficies. Potius tamen in prima figura ꝙ in alia: eo ꝙ ceteris sit perfectior: ⁊ quoniam concludit vniuersaliter affirmatiue: qđ in alijs non contingit. Unde syllogismus demonstratiuus siue Demonstratio est que procedit ex primis / veris immediatis / prioribus / notioribus causisqꝫ conclusionis. Dicuntur autem prima vera: que per seipsa ⁊ non per alia fidem habent. Uel que cum sint vera / non contingit ea demonstrare. Sed immediata: sunt ꝓpositiones ꝑ se note: quibus nō est alia prior siue notior: sed cognitis terminis cognoscūtur: vt quodlibet est vel non est. Innata enī est nobis potentia per quā determinamur ad assentiēdum primis principijs debite presentatis. Et sunt duplicia. Quedam enim sunt dignitates: que scꝫ non possunt demonstrari: ⁊ necesse est quēlibet docendū eas habere: vt quodlibet est / vel non est. Alie sunt positiones siue suppositiones que nō demonstrant: nō tamen necesse est quēlibet docendū eas habere: vt omne animal rationale est risibile. Definitio autē cum nec significet esse nec non esse / positio non est. Disci. Prioribus / cur addis? Magister. Quia oportet demonstrationis premissas esse ꝓpositiones primas: aut in primas resolubiles per ascensum: ⁊ in ascensu tali nō cōtingit in infinitum procedere: licet per plura finita: finita autē finities sumpta semꝑ sunt finita. Uerūtamen primū principiū in propria forma nō ingredit̄ demonstrationem: sed vt contractū est. Disci. Quid per residuas definitionis particulas designare pretendis? Magi. Alias premissarū conditiones. Cum enī solius conclusionis sit scientia / doctrina siue disciplina: omnis autem talis ex preexistenti sit cognitione: oportet p̄missas ante conclusionem esse cognitas: nō tamen eodem modo: maior enī prius tēpore cognoscit̄ conclusione: minor autem simul tempore cum conclusione cognoscitur. Conclusio autem ⁊ si possit sciri in vniuersali ante demonstrationē: non tamen in particulari.

Disci. Unde autem sciuntur premisse? Magister. Ex cognitione suarum partium: que sunt passio ⁊ subiectum: de quibus ante omnem demonstrationem necessario precognoscimus quid est: ⁊ quia est: quid scilicet significent: ⁊ quia est / scilicet ens possibile in natura: et quia passio inest subiecto: sed propter quid hoc sit / per demonstrationem concluditur. Conclusioni igitur propter premissas assentimus: igitur premissis magis credimus. Nam propter quod vnūquodqꝫ tale / ⁊ ipsum magis: ⁊ fit talis cognitio in nobis per viam sensus / memorie ⁊ experimenti. Experimento autem fit vniuersale: quod est principium artis ⁊ scientie. Scientia enim est vniuersalium: intellectus vero est primorum principiorum. Patet ex his: si nobis alicuius sensibilis sensus defecerit eiusdem ⁊ deficere scientiam necesse est: vt cecus a natiuitate

Syllogism⁹ demōstratiu⁹

Dignitas. Positio siue suppositio.

Priora.

Premisse precognoscūtur

Precognitio qđ est: ⁊ q: est

Aristo. j. metaphysice.

coloris omnino nullam habet noticiam: sed potius ignorantiam pure negationis. Qui autem deceptus fuerit syllogismo ignorantie: et si scientiam non acquirat: non tamē ignorans est ignorantia pure negationis/ sed praue dispositionis. vt si quis credat his premissis. Omnis substantia est qualitas: et omnis quātitas est substantia: igit̄ omnis quātitas est qualitas/ praue dispositus censetur. Disci. q̄ pregnans est hec demonstrationis definitio.

Ignorantia pure negationis.
Ignorantia praue dispositionis.

Mag. Pregnans est et multa comprehendens.

Quid scire. Quid propositio vniuersalis de omni p se et scd̄m qd̄ ip̄m. Capi. II. Mag.

Aliam demōstrationis inuenies definitionē: verbis quidem breuiorem/ sensu tamē nō minus pregnantē. Disci. Quā? Magister. Demonstratio est syllogismus faciens scire. Scire autem p demōstrationem intelligere est. Uel scire est rem per causam cognoscere propter quā res est: et quoniā illius est causa: et non est contingere hoc aliter se habere. Ex istac et precedenti definitionibus clare patet/ conclusionem quā contingit scire et demōstrare esse veram/ perpetuā/ per se et vniuersalem. Verā quidem dico: nam falsum et quod non est/ non contingit scire. Perpetuā aūt dico: qm̄ corruptibilium non est scientia: ideo nec definitio. quia definitio est demonstrationis principium: aut tota demonstratio/ tm̄ positione differēs. Per se dico: qm̄ ea que per accidens sunt/ corruptibilia sunt et non perpetua nec necessaria. licet enim necessarium ex nō necessarijs possit syllogisari: nō tamen potest sciri nisi ex necessarijs. Similiter ea que non sunt vniuersalia/ perpetua nō sunt. Uniuersalē aūt ꝓpositionē hic dicim⁹: nō vt in tractatu tertio definita est: sed eā ipsam que est de omni/ de per se/ et scd̄m qd̄ ipsum.

Demonstratio.
Scire

ꝓpositio vniuersalis.
ꝓpositio de omni.

Dis. Que aūt ꝓpositio dicitur de omni? Mag. Illa in qua predicatum est non in quodam supposito subiecti/ in quodam vero nō: nec aliquā do/ aliquando vero non: sed in omni per se et semper. vt omnis homo est risibilis.

Disci. Propositionem per se quā dicis? Magi. Eam que est in aliquo modo dicendi per se. Sunt autem huiuscemodi quattuor. Primus est: cum predicatū est definitio vel pars definitionis subiecti. vt omīs homo est aīal rationale. Secūdus est cum subiectū est definitio: vel pars definitionis predicati: vt homo est risibilis. Tertius est eorum que non sunt in subiecto. vt dicibilia de genere substantie. Quartus est modus causandi: vt cū aliquod fit ꝓpter alterū: tunc id propter qd̄ aliud fit/ est causa per se effectus causati. vt interiectio est causa per se interitus. De primis duobus est ad propositum: nam in his sunt propositiones per se necessarie et vniuersales. Et ne in harum assignatione te errare contingat: cauere necesse est: ne passio superioris inferiori assignet̄. etiam si tale superius vnicum habuerit inferius. Similiter ne passio cōmunis/ specie distinctis per aliquod innominatū cōueniens/ vni vt proprio attribuatur. vt proportionabiliter cōmutari cōuenit linee/ tempori et numero: male igitur assignat̄ vni ex his tanq̄ proprio subiecto. Aduertendum est demū ne passio partis assignetur toti. v. non cōcurrere est passio linearum parallelarum: ideo male attribuitur toti vel omni linee. Ad cognoscendum autem quod sit passionis primum et adequatum subiectum: videndum est quo posito/ ponatur: et quo remoto/ passio remoueatur. Id enim verum subiectum talis passionis censetur. Discipu. Que

ꝓpositio per se
Modi perseitatis:

Errores in assignatione vniuersalis

ppositiones scdm qd ipm

autem propositiones dicuntur scdm quod ipsum? Magister. Iste que conuertuntur. Ex quo patet. q demonstratio procedit ex principijs proprijs/et non cõmunibus: quia talia non conuertuntur. Sequitur rursus: q demõstrator non potest descendere de genere in genus: hoc est: vna scientia nihil demonstrat de subiecto alterius scientie. Dempta scientia subalternante: que potest demonstrare aliquid de subiecto subalternate: non tamen demonstratione ppter quid/sed quia est. Habet igitur quelibet scientia propria principia que non demonstrat: quia nõ habet aliquid notius ipsis. habet insuper pprias interrogationes et conclusiones. qua propter disputans cum geometra/faciat hoc per principia geometrie: aut non disputabit proprie/sed p accidens: videlicet inqtum naturalis aut methaphysicus. Quãuis autem (vt visum est) scientia vna plura habeat principia: vnitatem tamen accipit non a principijs/sed a subiecto: ad quod habent hec principia resolui. Subiectum enim virtualiter continet omnes veritates scientie cuius subiectum est.

De diuisione demõstrationis. Ca. III. Dis.

Demonstratio quia est

Quoniam mentionem facis de duplici demonstratione: quia est/et propter quid: harũ differentias haud silentio pretereas. Mag. Demonstratio quia est/procedit aut per causam remotam: aut ab effectu ad causam. Exemplũ primi lapis non respirat: quia non est animal cum potius probari deberet per hoc: quia non habet pulmonem. habere enim pulmonem est causa ppinqua respirationis: esse aũt animal/est causa remota/et non propria: cũ quedam sint animalia non respirãtia. vtputa conche. Exemplũ secunde: Planete non scintillant: igitur sunt ppe nos nam non scintillare effectus eius est: quia prope nos sunt. Intelligimus autem illud de omni causa: siue sit materialis/formalis/finalis/aut efficiens. per has omnes eñ possunt fieri demonstrationes: immo vna conclusio quãdoq demonstratur per diuersas causas. vt tonitruum fit: quia extinctio in nubibus fit. vel quia vt terreantur anime infernales: vt quidã dixere. Demonstratio propter quid/est hec que in superioribus definita est: que scz procedit semper a causa propinqua et propria ad effectum. vt omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: igitur omnis homo est risibilis. Patet igitur quoniam scientia subalternans demõstrans subiectũ scientie subalternate (id est scientie cuius subiectum continetur subiecto scientie subalternantis) facit hoc per causas remotas et nõ adequatas: et per cõsequens nõ demõstratione ppter quid/sed quia est: vti in superioribus dictũ est. Similiter cõtingit diuersas sciencias nõ subalternatas eandẽ demõstrare conclusionẽ: [illegible] vno genere demõstrationis: sed vna demõstrat demonstratione quia est/alia ppter quid. Patet/nam vulnera rotũda tardius esse sanabilia/demonstratur in chirurgia demõstratione quia est. In geometria vero demonstratur ppter quid: qr scz in vulnere rotũdo latera magis distant quã in [illegible] go. Disci. Sunt ne alie demonstrationis diuisiones? Mag. Sunt. Quedam enim est demonstratio vniuersalis: quedam particularis: quedam [illegible] affirmatiua: quedam negatiua: et quedam ostensiua: quedam vero ad impossibile. Et inter has demonstratio vniuersalis potior est particulari: affirmatiua potior negatiua: ostensiua potior illa que est ad im-

Demonstratio ppter qd

Ostensiua. Ad impossibile.

Demonstratio vniuersal'

Particularis

Affirmatiua

Negatiua

possibile. Similiter demonstratio propter quid potior est demonstratione quia est. Nam medium eius dicit causam precisam quare predicatum insit subiecto.

De Medio demonstrationis et questionibus vere scibilibus. Ca. IIII Disci.

Quod est medium demonstrationis? Mag. Definitio: non quidem quid nominis/sed quid rei. Nec illa que dicit quid est tm̄ sed que dicit ꝑpter quid: hec enim tota demōstratio est: ab ea tm̄ positione differens. Non tamen omnium quorum est definitio est demōstratio: aut econuerso. Definitio enim est solius substantie ⁊ in complexorum: demōstratio autem est complexorum: quia conclusionum. Disci. Qua via definitio rei (si ignoratur) inuestiganda erit? Magister. Via diuisionis: videlicet generis per differentias essentiales. Constituitur nanqꝫ definitio ex genere ⁊ differentia essentiali: ita tamen ꝙ nihil superflui nihilue diminuti cōtineat: sed cum definito conuertatur: nec detur per equiuoca/sed vniuoca. *Definitio inuestigatur*

Discipulus. Posset ne definitio de definito demonstrari? Magister. Posset. At materialis per formalem. Sed non in eo ꝙ quid. quia hec demōstratio fieret cum reduplicatione: que si poneretur ad minorem/fieret petitio principij. Exemplum: Omnis numerus seipsum mouens est causa mouendi in eo ꝙ quid: anima est numerus seipsum mouens in eo ꝙ quid est: igitur anima est causa mouendi. ibi nāqꝫ assumitur in minore quod debuit probari. Habes itaqꝫ breuibus quid demonstrationis mediū ⁊ qua via inquirendum sit. Sed questiones de ipso querentes nondum accepisti. Discipulus. Que ⁊ quot sunt huiusmodi questiones? Magister. Quattuor. videlicet. si est. quia est. quid est. et ꝑpter quid est. Et dicuntur vere scibiles. nā querūt de his que vere scimus. Unde si est/ querit de possibilitate in natura. vt si luna sit deficiens: Quia est/querit si sit huius defectus medium. Quid est/querit quid sit tale medium. Sed propter quid/ inquirit causam precisam qua passio insit subiecto: ⁊ per demostrationem concluditur. Disci. A medio igitur quasi totius demonstrationis dependet virtus ⁊ cognitio. *Definitio demonstratur de definito* *Porphirius* *Aristotelis. v. physicorū.* *Questiones vere scibiles*

Magister. Ita est: nec tale nisi a sollertibus de facili reperit. vnde Sollertia est subtilitas inueniēdi mediū in nō perspecto tp̄e. vt si quis vidēs lunā splēdere versus solē/dicat: igit luna accipit lumen a sole. Hec sunt quedam per pauca ⁊ generalia ꝑncipia que de syllogismo demōstratiuo in ꝑsentium in mediū ferre placuit. Cum eīn hec degustaueris: secretiora pandā. Nunc syllogismum sophisticum videamus. *Sollertia*

Tracta. VII. De Syllogismo sophistico.

Quid syllogismus sophisticus: ars sophistica: sophista: insuper ⁊ de metis. Ca. I. Mag.

Quoniā opposita iuxta se posita magis elucescunt: quapropter postꝙ sermonem finiuimus de syllogismo demonstratiuo generante scientiam: de syllogismo sophistico generante deceptionem disserendum esse haud inutile visum est. Discipu. Quid est syllogismus sophisticus? Magister. Est is qui ex *Aristotelis ge. de celo ⁊ mūdo.* *Syllogism⁹ sophisticus.*

his que videntur probabilia/ et nõ sunt syllogisata. Aut est syllogismus apparens et non existens. Unde et ars sophistica/apparens sapientia est: et non existens. Et sophista est vir copiosus ab apparente scientia: et nõ existente. et sapiens nõ est: licet videat opera sapientis facere: scz non mentiri de his que novit et mentientẽ manifestare. Habet aũt omnis syllogismus sophisticus duplicem causam: scz apparentie: et defectus. Causa apparentie est/qua estimamus per vnum nomen tm̃ vnũ significari. Causa autem defectus est: quoniã non est in rebus sicut in nominibus. Nomina etenim finita sunt/ res aũt infinite: ob id necesse est vnum nomen plura significare. Ignorãtes ergo virtutes vocabulorum facile paralogisant. Quẽadmodũ innumeris/imperiti a peritis expellunt. Dis: Quis tamen finis est artis sophistice? Mag. Finis claret ex dictis: Nititur em̃ sophista respondentẽ decipere: et ad aliqd inconueniẽs (qd metã dicimus) virtute alicuius fallacie ducere. Discipu. Quot sunt huiusce modi mete? Magister. Quinque videlicet. Meta redargutionis: falsi: inopinabilis: solecismi: et nugationis. Unde respondens ad metam redargutionis ducitur: si in vna et eadem disputatione vi argumenti idem negare/ et cõcedere compellit. Ad metã falsi: cum falsum concedere cogitur. Inopinabilis: cum aliqd/qd est contra opinionem plurium: aut eorum de quorum secta respondens est admittit. Solecismi/ cum vi argumentationis aliquã orationẽ contra regulas artis grãmatice loquit. Ad metã autem nugationis ducit: si idem bis inutiliter repetere cõpellitur. Hec aũt non vnica/sed pluribus fallacijs consequitur.

Ars sophistica. Sophista Opera sapiẽtis. Causa apparentie. Defectus Aristotelis in elencho. Mete

De fallacijs et earũdẽ diuisiõe. Ca. II. Dis.

Quid igit est fallacia? Mag. Est idoneitas decipiendi: faciẽs credere de ente q̃ sit non ens: et de non ente q̃ sit ens: mediante phantastica visione. Sunt autem huiusce species tredecim: quarũ sex sunt in dictione: et septem extra dictionem. In dictione sunt que ꝯm multiplicitatem dictionis aut orationis sumuntur. vt Equiuocatio et Amphibologia: in quibus est multiplicitas actualis. Compositio/diuisio et accentus: in quibus est multiplicitas potentialis. Et fallacia figure dictionis: in qua est multiplicitas phantastica. Multiplicitatẽ vero dicimus actualem: cum dictio vel oratio eadem ꝯm substantiã et modum proferenti diuersa significat. vt canis: liber platonis. Multiplicitas potentialis autem est: cum dictio vel oratio eadem ꝯm substantiã: diuersa tamẽ ꝯm modũ proferendi/diuersa significat: vt populus. quicquid viuit semper est. Sed multiplex phantasticum est: cum dictio aliqua vnum significat et aliud significare videtur/ propter similitudinem aliquã quã cum alia dictione habet. vt musa significat rem feminini generis: igitur et poeta rc. Primum itaque fallacias sex que sunt in dictione lustrabimus.

Fallacia. In dictione. Multiplicitas actualis. Potẽtialis. Phantasticũ

De fallacia equiuocationis. Ca. III. Ma.

Inter fallacias in dictione prima est equiuocatio. et est multiplicitas dictionis eiusdem ꝯm substantiam et modum proferendi. vt canis. Deceptio autem per hanc facta/fallacia equiuocationis dicitur.

Discipulus. Quot modis fit? Magister. Tribus. Primo cum dictio diuersa significat: aut consignificat principaliter. vt omnis canis currit: Sidus celeste est canis: igitur Sidus celeste currit. Quicunque saua-

Equiuocatio. Modi equiuocationis.

batur sanus est: laborans (id est infirmus) sanabatur: igitur laborans/ sanus est. Iste pannus est de anglia: anglia est terra: igitur iste pannus est de terra. Deus est vbiq;: vbiq; est aduerbiũ: igit deus est aduerbiũ &c. Unde in primo paralogismo canis multiplex est: scz ad canẽ latrabilẽ/ ad canẽ marinũ/ & ad canẽ celestem. In secũdo laborãs dicit laborantẽ in p̃senti vel p̃terito. In tertio p̃positio de/ dicit circũstantiam cause materialis vel loci. In quarto vbiq;/ tenet significatiue vel aduerbialiter. quibus consideratis hi et similes paralogismi possunt solui facillime. Secũdo cõmittitur fallacia equiuocationis ex eo: q dictio significat vnũ principaliter: & aliud trãssumptiue. vt quicquid currit habet pedes: danubius currit: igit danubius habet pedes. Quicquid ridet habet os: pratũ ridet. igitur pratũ habet os &c. In primo nãq; currit/ potest significare cursum qui fit per pedes: vel motũ: vel lapsum qualitercũq;. In secũdo ridere/ actum hoĩs p̃prie significat: similitudinarie aũt significat florere: nã vtrũq; gaudiũ denotat. Tertio fit ex eo q dictio cũ alia composita plura significat: & per se vnũ tm̃. vt in/ vel nõ/ in dictione immortale: que significat vel id qd̃ nõ potest mori: vel id qd̃ est potẽs non mori vnde sic arguit: Omne immortale est perpetuum: potens nõ mori est immortale: igitur potens non mori est perpetuum. Secunda que sequit est fallacia Amphibologie.

De fallacia amphibologie. Ca. IIII. Dis.

Amphibologia quid est? Mag. Idem est qd̃ dubia sententia: cum scz oratio vna ẽm substantiã & modũ p̃ferendi põt significare diuersa. Et deceptio p̃pter hãc facta dicit fallacia Amphibologie. Disc. Quot modis fit? Magi. Tribus. Primo cum oratio principaliter plura significat. vt liber platonis: significat librũ a platone possessum: vel a platone editum. sic arguendo: Quicquid est platonis/ possidet a platone: hic liber est platonis: igit hic liber possidetur a platone. posito q ab alio possideat. Scd̃o fit: cum oratio vnũ significat principaliter & transsumitur ad significandũ aliud. vt litus aratur: transsumit ad significandum operam perdere. vt quicquid aratur/ aratro scinditur: litus aratur: ergo litus aratro scindit. Tertio fit ex eo q dictio cũ diuersis põt cõstrui. vt quoscunq; vellẽ me vincere/ vellem q vincerent me: romanos vellem me vincere: igit vellẽ q romani vincerent me. Ibi eñi me/ põt construi cũ vincere a parte anteriori aut posteriori: similiter romanos: similiter quicunq; sunt episcopi sunt sacerdotes: asini sunt episcopi: igitur asini sunt sacerdotes. Ibi enim episcopi est aut nominatiui aut genitiui casus: & per hoc diuerso construitur. Tertia fallaciarum Compositionis est.

Amphibologia. Modi amphibologie.

De fallacia compositionis. Ca. V Dis.

Compositio quid est? Magi. Est eorũ que deberent diuidi falsa vnio. & deceptio p̃pter hanc facta compositionis dicit fallacia. Dis. Quot modis fit? Mag. Duobus. Primo ex eo q aliquod dictũ potest stare pro se toto: aut pro parte sui. vt quẽcũq; possibile est ambulare/ possibile est q ambulet: sedentẽ possibile est ambulare: igitur possibile est q sedens ambulet. nam in minore hoc dictum/ sedentẽ ambulare/ potest stare pro se toto: vt sedens sedẽdo põt ambulare: & est composita falsa. aut potest stare pro parte sui. i. sedens nunc/ habet potentiã ambulandi: scz

Compositio. Modi cõpositionis.

postea: et est diuisa vera. Scdo fit ex eo/ q aliqua determinatio pōt referri ad diuersa. vt quicūqz litteras scit nunc/ didicit illas: ille antiquus grāmaticus scit litteras: igitur nūc didicit illas. Ibi eīn nunc/ potest determinare hoc verbū didicit: et tunc est composita falsa. aut hoc verbū scit: et tūc est diuisa vera. Vñ quando dictiones ordinant̄ ꝑm situm magis debitum: oratio composita est: quando ordinant̄ ꝑm situm minus debitum diuisa est. Ordinant̄ aūt tūc ꝑm sitū magis debitū: qñ determinatio determinat principale. vt quicquid viuit semꝑ est: si semꝑ/ determinat est/ qđ in illa oratione est verbum principale. Sequit̄ fallacia diuisionis.

De fallacia diuisionis. Ca. VI. Disci.

Diuisio
Modi diuisionis.

DIuisio quid est? Mag. Est eorū que deberent componi falsa separatio. Et deceptio penes hanc facta diuisionis dicit̄ fallacia. Dis. Quot modis fit? Mag. Duobus. Primo ex eo/ q aliqua cōiunctio potest coniungere inter terminnos vel ꝓpositiones. vt quecunqz sunt duo et tria/ sunt duo et sunt tria sed quinqz sunt duo et tria: igitur quinqz sunt duo et sunt tria: Nam si et/ coniungit inter terminos: oratio est cōposita et vera. si vero coniungit inter propositiones: ipsa est diuisa et falsa. Secūdo fit: cū aliqua determinatio potest referri ad diuersa. vt quo vidisti hūc percussum illo percussus est: sed oculo vidisti hūc ꝑcussum: igitur oculo percussus est. Oculo enim pōt determinare hoc participium/ percussus: et sic est diuisa et falsa: aut hoc verbū/ vidisti: et tūc est composita et vera. Quinto loco subit fallacia Accentus.

De fallacia Accentus. Ca. VII. Disci.

Accentus

ACcentus quid est? Mag. Est certa lex et regula ad eleuandum aut deprimendū cuiuscunqz dictionis syllabam. Et est triplex. s. Grauis: qui syllabā depͥmit. Acutus: qui syllabam eleuat. Circūflexus: qui partim eleuat et partim deprimit. Deceptio autem penes hos facta accētus fallacia dicit̄. Disci. Quot modis fit? Mag. Duobus. primo ex eo q aliqua dictio potest proferri et regi diuersis accentibus. vt populus/ habēs primam longam significat arborem: habens autem primam breuem significat gentem: et arguitur sic: Omnis populus est arbor: gens est populus: igitur gens est arbor: Secundo fit ex eo q aliqua vox potest esse dictio vel oratio. vt quies: sic arguendo: Tu es qui es: quies est requies: igitur tu es requies. Similiter quicunqz habet dilectionem supernam/ habet dilectionē dei: vsurarius habet dilectionem super mnam: igitur vsurarius habet dilectionem dei. Si enim supernam sit vna dictio: maior vera est. Si autem sint due dictiones. scilicet super et mnam (pro pecunia) falsa est. Similiter metuo potest esse dictio vel oratio dicendo: Metuo lōgas pereunt noctes Lydia dormis.

Modi accētus.

De fallacia figure dictionis. Ca. VIII. Ma.

Figura dictionis.
Modi figure dictionis.

VLtima in dictione fallacia est figure dictionis. Et est figura dictionis vocis cum voce similitudo. Et deceptio penes hanc causata fallacia figure dictionis est appellata. Disci. Quot modis fit? Magister. Tribus. Primo ex simili terminatione dictionis cum dictione vt omnis aqua est humida: fluuius est aqua: igit̄ fluuius est humida. Scdo.

fit si predicamentum vnum mutetur in aliud: aut species vna vnius predicamenti mutetur in aliam speciem eiusdem p̄dicamenti. Exemplum primi. vt Quicquid heri emisti hodie comedisti: heri carnes crudas emisti: igitur hodie carnes crudas comedisti. quicquid em̄ dicit rem de predicamento substātie: ꝛ crudas/de predicamēto qualitatis. Exemplum secundi: Quātoscūq̧ digitos heri habuisti hodie habes: decem digitos heri habuisti: igitur decē digitos hodie habes: posito ꝙ vnū amiseris. quantoscunq̧ enim dicit quātitatem continuam: decem/ autē dicit quantitatē discretā. Tertio fit ex diuersa suppositione: vt homo est species: igitur aliquis homo est species. in prima enim homo supponit simpliciter: in secunda vero ꝑsonaliter. Et hec de fallacijs in dictione.

De fallacia extra dictionē. Ca. IX. Dis.

Que sunt fallacie extra dictionem? Magi. he. Fallacia accidentis ꝭm quid ad simpliciter. Ignorantie elenchi. Petitionis principij. Consequentis: Non cause vt cause. Scd̄m plures interrogationes vt vnam. Dicunt̄ autem he fallacie extra dictionem: quoniam habent causam apparentie ꝛ defectus/non ex parte vocis (vt predicte) sed ex parte rei significate: vt patebit in descriptione earundē. Fallacie extra dictionē

De fallacia accidentis. Ca. X Mag

Accidens (vt hic accipimus) est quoddā extraneū in ꝑte/idē et in parte diuersum. ꝙ si aliqd̄ p̄dicatū equaliter fuerit assignatum rei subiecte ꝛ accidenti: causat̄ deceptio q̄ fallacia accidētis dicitur. Accidens

Disci. Quot modis fit? Mag. Tribus. Primo ex eo ꝙ aliq̄d dicitur de aliqua re: ꝛ ꝓpter hoc credit̄ etiā cōuenire accidenti illius rei. vt sic arguendo: homo est spēs: petrus est hō: igitur petrus est spēs. ibi spēs conuenit homini: ꝛ ꝓpter id etiā videt̄ cōuenire petro. Secundo fit ꝓpter hoc ꝙ aliqua duo in aliquo tertio cōueniunt: ꝛ ob id inter se couenire iudicantur. vt homo est animal: equus est animal: igitur homo est equus. Tertio fit: cū ex duob⁹ diuisim sumptis infert̄ aliquod coniunctū ꝭm accidens. vt sic arguendo: iste canis est tuus: ꝛ iste canis est pater: igitur est tuus. Unde ad hoc ꝙ ex diuisis ad coniuncta argumentū possit inferri: requirit̄ primo ꝙ predicata predicentur de se inuicem aut de aliquo tertio per se. Secūdo requiritur/ꝙ primum non includat vltimum. Tertio requirit̄/ꝙ nō sit repugnantia in adiecto. Propter primum non sequitur: petrus est bonus: petrus est cithareda: igitur petrus est bonus citthareda. Propter secundū non sequit̄: petrus est homo: petrus est animal: igit̄ petrus est hō animal. Et ꝓpter tertiū nō sequit̄: petrus est hō ꝛ est mortuus: igit̄ petrus est hō mortuus. Modi fallacie accidētis. Argumentū a diuisis ad coniuncta.

De fallacia scd̄m q̄d ad simpl'r. Ca. XI Ma?

Secundā inter fallacias extra dictionē eā diximus: que fit/si arguitur a dicto ꝭm quid ad dictum simpliciter. Est aūt dictum ꝭm q̄d determinatio diminuens de ratione eius cui additur. Disci. Quot modis fit hec deceptio? Mag. Multis modis: ꝭm ꝙ determinatio diminuens varijs potest attribui. vt petrus est homo mortuus: igitur est homo. Ethiops est albus ꝭm dentes: igit̄ ethiops est albus. Diuitie nō sunt bone male vtenti: igitur diuitie non sunt bone. Scd̄m quid ad simpliciť Dictū ꝭm q̄d

De fallacia petitionis principij. Capitulum. XII Magister.

Petitio principij.
Modi petitionis pncipij.

Si contingat in syllogismo principiũ petere/ fallacia fit quã tertio loco inter fallacias extra dictionẽ enumerauimus. Hoc aũt contingit quinquies. Primo cum petit̃ definitũ in definitione. vt animal rationale currit: igit̃ homo currit. Secundo cũ petit̃ particulare in vniuersali. vt nullus homo currit: igitur petrus non currit. Tertio cum petitur vniuersale in particularibus: vt petr⁹ currit/ plato currit: ⁊ sic de alijs: igitur omnis homo currit. Quarto cũ petitur cõiunctum in diuisis aut econtrario. vt medicina est disciplina sani: medicina est disciplina egri: igitur medicina est disciplina sani ⁊ egri. Quinto cũ vnum relatiuũ petit̃ in alio. vt petrus est pater platonis: q: plato est filius petri. Si igit̃ in dictis argumentationibus antecedens sit eque ignotũ vt ꝯsequens/ fit fallacia petitionis principij. Post quã enumerauimus fallaciã cõsequentis.

De fallacia cõsequentis. Ca. XIII Mag.

Modi fallacie ꝯsequẽtis

Fit aũt fallacia consequentis: cũ credimus consequentiã conuerti q̃ non conuertit̃. Et hoc quidẽ trifarie accidit. Primo/ cum arguitur a destructione antecedentis ad destructionẽ consequẽtis. vt si homo est/ animal est. sed homo nõ est: igit̃ animal nõ est. Similiter cũ arguitur ab inferiori ad superius cũ distributione superioris. vt oĩs homo currit: igitur omne animal currit. Omnis homo est rationalis: igitur oĩe animal est rationale. Scdo fit ab insufficienti inductione singulariũ. vt petrus est aĩal: ⁊ econuerso/ plato est animal: ⁊ ecõuerso/ ⁊ sic de alijs: igit̃ oĩs homo est aĩal: et ecõuerso. Ibi enim singularia huius qd sequitur: omne animal est homo/ non sunt sufficienter inducta. Tertio fit cum arguitur a cõiter accidentibus que se aliquando consequunt̃ et aliquãdo nõ. vt hic est comptus: igitur hic est adulter. et econuerso.

De fallacia scdm non causam vt causam. Capitulum. XIIII. Magister.

De fallacia sm non causam vt causam: diximus: de potestate syllogismorum. Transeamus igitur ad sequentem.

De fallacia scdm plures interrogationes vt vnam. Capitulum. XV Magister

Interrogatio plures.

Fallacia que sequitur est que fit sm plures interrogationes vt vnã. Est aũt interrogatio plures in qua plura predicant̃ de plurib⁹: aut plura de vno: aut vnũ de pluribus. Ad quã si datur vna responsio/ causatur deceptio. vt si queritur: est ne hic et hic homo? demõstrando petrũ et asinũ. si dicis est: igit̃ asinus est homo. Si dicis/ non: igitur petrus nõ est homo. Respondendum est ergo: vnus est homo: ⁊ alter non. Similiter potest hoc fieri in plurali numero. vt sunt ne hec bona? demonstrando vnũ bonum et aliud malum.

De fallacia ignorãtie elenchi. Ca. XVI Di.

Elenchus

E Lenchus quid est? Magi. Est syllogismus cōtradictiōis (.i. cōcludens cōtradictoriā ꝓpositiōis negate a respondēte) vni⁹ ꝛ eiusdē: nō noīs tm̄: nec rei tm̄: sed noīs ꝛ rei simul: nō synonimi / sed eiusdē: ꝛ ex his q̄ data sūt de necessitate nō cōnumerato eo qḋ erat in ṗncipio ad idē ꝫm idē / siłr ꝛ in eodē tp̄e. In hac definitione quedā ponunť rōne syllogismi: vt ꝑticule oēs ṗter quatuor vltime: q̄ ponunť rōne cōtradictiōis: cōtra quas si peccauerit argumentū / fit fallacia ignorātie elenchi. Q̄ñ primo fit contra hanc ꝑticulā ad idē: vt duo sunt duplū ad vnū / ꝛ nō sunt duplū ad tria / igitur duo sunt duplū ꝛ nō duplū. Secūdo fit cōtra hanc ꝑticulā / ꝫm idem: vt hoc est duplū illi ꝫm altitudinē ꝛ nō est duplū illi ꝫm longitudinē: igiť hoc est duplū ꝛ nō duplū. Tertio fit cōtra illā ꝑticulā / similr: vt hō est species: nullus hō est species: igiť idē est spēs ꝛ nō spēs. Hō em̄ nō sumiť similr vbiq;: qꝛ in prima sumiť simplr: in secūda ꝑsonalr. Quarto fit cōtra hanc ꝑticulā / in eodem tp̄e: vt manus mea est clausa in illo instanti / ꝛ nō est clausa in alio instanti: igiť manus mea est clausa / ꝛ nō est clausa. Disci. Videť ꝙ hec fallacia sit eadē cū fallacia ꝫm q̄d ad simplr. Magi. Non est eadē. Nam hic arguiť a duob⁹ ꝫm q̄d ad vnū simplr. Verūtamen oēs fallacie ad ignorantiā elenchi ꝑñt reduci. Nam in fallacia equiuocatiōis ꝛ in fallacia ꝫm quid ad simplr / ꝛ amphibologie: similr ꝛ in alijs fallacijs in dictione nō sunt dictiōes aut orationes eedē ꝫm nomē ꝛ rem. In fallacia aūt accidētis nō de necessitate sequitur aliud. Similiter in fallacijs petitiōis principij: nō cause vt cause: ꝛ ꝯsequentis. In fallacia aūt ꝫm plures interrogatiōes nō est vnitas propositionis: que tamen requiritur ad verum elenchum.

Modi fallacie ignorantie elenchi.

Oēs fallacie ad hanc reducuntur

De solutiōe ꝑalogismoꝝ. Ca. XVII. Ma.

Fallacie peccantes in materia: peccantes in forma

S Ed quia parū esset paralogismos posse cōstruere / nisi ꝛ cōstructos ꝛ ꝓpositos possemus enodare: ob id iamiam in fine huius de hoc pauca placuit adijcere. In primis aūt sciendū ꝑalogismos siue fallacias duplices esse. Quidā em̄ peccāt in materia: qꝛ scꝫ assumunt falsum ꝛ nō ꝓbant: ꝛ nō sunt ꝓprie fallacie: ꝛ soluunť ꝑ interemptionē vnius: aut ambarū ṗmissarū. Alij aūt sunt q̄ peccāt in forma: qꝛ scꝫ nō debite disponunť in modo ꝛ figura: ꝛ hi si sint fallacie in dictione soluunť ꝑ distinctionē vnius aut ambarū ṗmissarū. Si vero sint fallacie extra dictionē: pōt rñdens negare cōsequentiā ꝛ causam defectus ostēdere. Et ꝑñt hec oīa fieri dupliciter: vicꝫ solutione recta ꝛ solutione ad hominē. Disci. Que diciť recta? Magi. Ea q̄ manifestat syllogismū falsum ꝫm oēm modū ꝫm quē falsus est. Que aūt hoc nō facit diciť solutio ad hominē. Inter syllogismos aūt facilioris solutionis sunt q̄ peccāt in forma: ꝛ dicunť oratiōes acres. Peccātes aūt in materia sūt acriores. Et si ṗmisse sint valde ꝓbabiles ad inferendū falsum: dicunť orationes acerrime: ꝛ ad soluendū difficiles. Disci. Pōt dari modus quo quis cauere possit vt de facili nō ꝑalogiseť? Magi. Pōt. Disci. Quis? Magister. Cauendū est ne rñdere ṗsumas anteꝙ̄ argumentū ꝑfecte fuerit ꝓpositū: ꝛ si cogaris citius rñdere / dicas: admitto hanc ꝓpositionē causa argumēti: aut dicas / transeat. Et cū te deceptū videris: dicas te nō in eo / sed alio accepisse sensu. Si vero tu aliū decipe volueris: cela quantū potes ꝓpositum tuū. Multa queras a rñdente: ꝛ si q̄ñ maledixerit lauda: q̄ñꝙ̄ ad iram ꝓuocabis: fingas te velle ab eo discere. Et nōnunꝙ̄ argumētationē ad aliā mate

Solutio recta ad hominē

Oratio acris acrior acerrima

Cautele respondentis

Cautele opponentis

riam in qua plus abūdaueris transferre studeas. Has decipiēdi cautelas ac cipias: nō vt aliquē decipias/sed intelligas quo ab alio te decipe conante ca uendū sit. Sunt ꝛ alij syllogismi: videlicet Tentatiuus: quo experimur de sciē tia rñdentis. Itē ꝛ syllogism⁹ falsigraphus qui ꝑcedit ex ꝑncipijs alicuius

Syllogismus Tentatiuus ꝛ falsigraphus

sciētie male intellectis: vt si q̄s arguat lineā rectam curue equalē/hoc medio. Omnes linee ducte a cētro ad circūferentiā sunt equales. Hoc em̄ principiū nō intelligiꝰ nisi de lineis rectis. Sed quia pauca vis in his constituiꝰ/silen tio transimus.

Tractatus. VIII. De passionib⁹ termino rū quas parua logicalia dicūt. Ca. I Mag.

De Artibus aūt ꝑpositionis que sunt subiectū ꝛ ꝑdicatū/varie acci dūt passiones: varietatē ꝛ falsitatē earundē/similiter ꝛ argumen tationū cōsequētias variātes. Quā ob causem nō ab re visum est de his pauca iamiam in calce logices adiungere. Disci. Optime facis/sed dic queso q̄ sint he passiones? Magi. Sunt suppositio/ampliatio restrictio/appellatio/distributio ꝛ expositio: de quibus logici multi diuersa scripserūt: q̄b⁹ ꝑ epitomatis cōplemēto ꝑ pauca enūerabo ordine iā ꝑmisso.

De Suppositione. Ca. II Disci.

Suppositio Significatio

Quid est Suppositio? Magi. Est acceptio termini ꝑ aliquo nō tñ vt significatio. Suppositio em̄ est passio termini iam ad significā dum impositi. Significatio aūt est passio vocis per se ꝯsyderate. Disci. Qui termini supponūt? Magi. Omnes termini cathegorematici id est ꝑ se significatiui: vt hō asinus albū nigrū ꝛc̄. Adiectiua tñ ad hoc dicū tur copulare: q̄m accipiunꝰ ꝑ significato suo nō simplr̄ sed copulādo ipsum alteri: scz huic cui inheret. Suppositionē prima diuisione trifarie partimur

Suppositio diuiditur Discreta

vicz in Synecdochicā: vt fer fontē. i. partē fontis. Antonomasicā: vt ꝑphe ta dicit. i. Dauid ꝛ Metaphoricā: vt Hierusalē que occidis ꝑphetas ꝛc̄. Et rursus quelibet harum duplex est. s. discreta ꝛ cōis. Disci. Discreta que est? Magi. Est acceptio termini singularis pro aliquo: vt petrus scribit. Disci.

Cōmunis Naturalis

Cōmunis que est? Mag. Est acceptio termini vniuersalis ꝑ aliquo: vt hō. Et hec rursus duplex est: scilicet naturalis ꝛ accidētalis. Disci. Naturalis que est? Mag. Est acceptio termini ꝑ omnib⁹ his a q̄bus natus est partici pari: vt cū dico: hō est anial: homo accipiꝰ pro hominibus ꝑsentis ꝑteritis ꝛ

Accidentalis

futuris. Disci. Accidentalis que est? Magi. Est acceptio termini ꝑ his quibus exigit adiunctū: vt hō albus: ibi accipiꝰ hō tm̄ pro hoībus albis. Et

Simplex

rursus duplex est. s. simplex ꝛ ꝑsonalis. Disci. Suppositio simplex que est? Magi. Est acceptio termini vniuersalis pro natura vniuersali: vt hō est spe cies: ibi homo accipiꝰ pro natura humana in cōmuni. Omnis hō est animal: ibi animal/supponit simplr̄: similiter hominē/dicendo omne animal ꝑter ho

Personalis

minē est irrationale. Disci. Personalis que est? Magi. Est acceptio ter mini cōmunis pro suis inferioribus. Et hec rursus duplex est. s. determinata

Determinata

ꝛ confusa. Disci. Determinata que est? Magi. Est acceptio termini cōmu nis pro aliquo supposito: ꝛ tali suppositione supponit subiectum propositio nis indefinite ꝛ particularis: vt homo est animal: quidam asinus currit.

Confusa

Discipulus. Confusa que est? Magister. Est acceptio termini cōmunis pro

omnibus suis inferioribus. Et hec rursus duplex est: confusa scz distributiua et confusa tm̄. Disci. Confusa distributiua que est? Mag. Est acceptio termini cōis pro oibus suis inferiorib⁹: et sub eo valet descēsus copulatiuus: vt ois homo currit. Ibi hō supponit confuse distributiue: et taliter descenditur: igitur petrus currit et plato currit et sic de alijs. Disci. Confusa tm̄ que est? Magi. Est acceptio termini cōis pro natura vt habet esse in suis supiorib⁹ non tm̄ valet descensus copulatiuus: vt piper: dicendo: hic et rome venditur piper: et animal/dicendo: omnis homo est animal.

Distributiua

Confusa tm̄

De Suppositiōe relatiuorū. Ca. III. Ma.

Habent tm̄ termini relatiui specialē supponēdi modū ƀm diuersitatē earundē. Nam quedā sunt relatiua substātie: et quedā relatiua accidentis. Disci. Relatiua substantie que sunt? Magi. Que referūt rem p modū substantie. Est eīm relatiuū ante late rei recordatiuū: et hec sunt duplicia. Quedā eīm sunt relatiua idētitatis: quedā diuersitatis. Discipu. Relatiua substantie identitatis que sunt? Magi. Que referūt eandē rem in numero: vt petrus scribit/et idem disputat. Et hec rursus sunt duplicia: vicz reciproca/et non reciproca. Reciproca sunt q̄ referūt rem agentē p modū patiētis: vt petrus pcutit se. Et hec relatiua supponūt pro eadē re in numero cū suis antecedentibus: et loco eorū licet ponere antecedētia. Non reciproca autē dicimus que referūt eandē rem in numero: et pro eadē supponūt: vt petrus legit et idem loquit: petrus currit et ille mouet. Patet igit omnia relatiua substātie idētitatis supponere pro eadē re in numero cū suis antecedētibus. Relatiuū vo substātie diuersitatis est qđ refert eandē rem in numero cū suo antecedēte: et supponit pro alia: vt petr⁹ scribit et alius loquit. Disci. Relatiuū accidētis qđ est? Magi. qđ refert rem p modū denoīationis: vt qualis est petrus talis et est plato. Et est duplex: scz idētitatis et diuersitatis. Relatiua accidētis idētitatis dicim⁹/qđ refert eandē qualitatē vel quātitatē in specie p qua supponit: vt petrus est albus et talis est plato. Petrus est bipedalis et tantus est plato. Relatiuū aūt accidētis diuersitatis: et si referat eadē qualitatē vel quātitatē in specie: p alia tm̄ in specie supponūt: vt petrus est alb⁹ et alteri⁹ modi est plato. Petrus est quātitatis tripedalis et alterius est plato. Hactenus de suppositionib⁹ terminorū. Nunc de ampliatione tractandum est.

Relatiua substantie

Relatiua identitatis

Reciproca

Nō reciproca

Diuersitatis.

Relatiua accidentis

Quid dicis orationis dignitatem? Magister. Illud quod orationem ornatam/ et verborum et sententiarum decore distinctā reddit. Primum itaq libeat de verborum exornationibus disserere. quarum prima que in verbi iteratione consistit/ ea in octo partes distributa est. Prima est repetitio: que verbum in principio positum iterat. vt quis helenam rapuit? Quis igne ferroq Troiam deleuit? Alexander

Dignitas Orationis

Uerbū iterat octupliciter.

Repetitio

Cōuersio profecto qui paris dicitur. Secūda Conuersio. que verbū in fine locatū reperit: vt Italiam hannibal armis vicit: ingenio vicit: dolo vicit. Tertia Complexio Complexio: que principio & fine verbum iterat: vt quis Carthaginē deleuit? populus romanus. Quis Numantiā euertit? populus romanus &c. Quarta Traductio traductio: que eandem dictionem vage collocat: vt qui nihil habet in vita iecūCōduplicatio dius vita: is cum virtute vitā non potest ducere. Quinta conduplicatio: que est vnius/aut plurimū intentio cum ratione amplificationis: vt virtutē. ScipCōmutatio pionis/virtutem & huius vrbis gloriam cōmemorat. Sexta cōmutatio: vt cū due diuerse sententie ita efferuntur/vt a priori posterior cōtraria priori proGradatio ficiscatur: vt esse oportet vt viuas: nō viuere vt edas. Septima: que nō ante ad cōsequēs verbū descendit q̄ ad superius reuersum est: vt si hostibus quolibet licet: & qđ licet possunt: & qđ possunt audent: & qđ audent faciunt: nihil Subiectio laudis & glorie nostris ciuibus relictum est. Octaua Subiectio: vt cum quid aduersum nos/aduersariosq̄ nostros dici potest querimus: & qđ dici oportet sic subijcimus: vt cum ne tu hominē esse putas? qui si homo esset nunq̄ sic hominis vitam insectaretur.

De alijs verborum exornationibus quibus non eadem verba sed verborum vis effertur. Capitulum XVIII Magister.

Agnomiatio. PReter dictas alie sunt verborum exornationes: quibus non verba/sed verborum vis effertur: & verbum pro verbo ponitur. Disci. Que sunt? Magister. Septem sunt. Quarum prima Agnominatio dicit̄: que dissimilib⁹ verbis similia verba accōmodat: vt diligere oporInterp̄tatio. tet quē velis diligere. Secūda Interp̄tatio: que iterat: sed nō verbum reintegrat: vt Menia radicitus deiecit: muros solo equauit: parietes huius vrbis Nominatio funditus euertit. Tertia Nominatio: que minus idoneo verbo noīat/id cui⁹ Pronoīatio nominis nō recordat̄: vt mugire: hinnire: vagire. Quarta Pronominatio: que cognomine quodā extraneo dicit qđ suo nomine appellare nō licet: vt si quis Denoīatio graccos aphricani nepotes nominet. Quinta Denominatio. que a rebus ꝓpinquis & finitimis trahit orationis originē/qua potest intelligi res nō suo nomine appellata: vt pro libero vinū: pro cerere frugem. Sexta Abusio: que Abusio pro certo & ꝓpinquo simili vtitur: vt pro orare obsecrare supplicare. SeptiTranslatio ma Translatio: cum verbum transfertur ad rem ex alia re: qđ similitudine recte videbit̄ posse fieri: vt vrbē subito extinxit: q̄tidianis nuptijs delectat̄.

De exornationibus verborum simplicioribus. Capitulum XIX Magister.

Articulus SUnt preterea alie verborū exornationes magis simplices & sine sententiarum admixtione. Disci. Et has enumera. Magi. Prima Articulus est: qui singula verba cesa oratione distinguit: vt Armis Silr cadens cruore/cadaueribus/& luctu omnia complentur. Secunda. Similiter cadens que similibus casibus orationē dissimiliū interpositione exornat: vt virtutē Silr desinēs. iugiter explorantē: & assiduis curis extollentē laudas. Tertia: Similiter desinens que verborū exitus similes dissimili medio habet: vt viuis gloriose: de Correctio linquis ambitiose. Quarta Correctio: que tollit qđ dictū est: & pro eo qđ ma-

gis idoneum videtur reponit: vt nisi hec fecisset: immo excogitasset: nullam suspicionem incidisset. Quinta. Distinctio: que diuersa diuerso verbo concludit: vt populus romanus numantiā deleuit: charthaginem euertit: corinthū disiecit. Sexta. Coniunctio: que interpositione verbi superiores partes complectitur ꝛ inferiores: vt forme dignitas/ꝛ morbo deflorescit: ꝛ vetustate. Septima: Adiunctio que aut principio: aut fine verbum collocat: vt deflorescit forme dignitas: aut morbo: aut vetustate. Octaua: Dissolutio que coniūctionibus verborum e medio sublatis/separatis partibus efertur: vt clamoribus/vlulatibus: edes resonabant. Nona. Circūiicio que rem simplicem assumpta circūscribit elocutione: vt Scipionis virtus carthaginis opes perfregit Decima: Transgressio que verbo ordinem perturbat: vt instabilis in istis plurimum fortuna valuit: ꝛ fecisse tuū meo pro animo. Undecima. Superlatio que agendi minuendi ve causa superat veritatem: vt Sermo melle dulcior. Duodecima: Intellectio cū res tota de parua parte/aut de toto pars cognoscitur: vt Num ille te tibie nuptiales a scelere arcebant? ꝛ ostentas mihi diuitias tuas: cum annulum tm̄ ostentas. Tredecima: Permutatio que aliud verbis/aliud sententia demonstrat: vt lupus est in fabula.

Distinctio
Coniunctio
Adiunctio
Dissolutio
Circūiictio
Transgressio
Suplatio
Intellectio
Permutatio.

De reliquis verborū exornationibus sententijs admixtis. Ca. XX Disci.

Sunt ne alie verborum exornationes? Magister. Sunt. Disci. Que? Magi. Prima est Ratiocinatio: cum ipsi a nobis rationem exposcimus: vt in re militari ꝛ medica itidē res se habet. Quo em̄ dux ꝛ medicus antiquior/eo melior creditur: vsu enim ꝛ consuetudine qui victoriam ꝛ salutem parere consueuerunt/optime norunt. Secunda: Sententia que quid sit vel esse oporteat in vita expositione sola/vel ratione ꝛ probatione ostendit: vt domat omnia virtus. Tertia: Contrarium que alterum ex cōtrarijs facile confirmat: vt qui non suis hostibus quomodo alienis consulet? Quarta: Membrum qua res breuiter absoluitur/sine sententie profectione: dum alio membro orationis excipiatur. vt Tuis dolor/alienis ludibrio/tibi ipsi dedecori eras. Quinta: Complexio que periodus ꝛ continuatio appellatur: ꝛ hec sententie contrario/ꝛ conclusioni tm̄ conuenit. Sexta: Compar: que membra habet pari saltem quātitate syllabarū: vt Audacia Alexandro gloriam comparauit. Sapientia Platoni laudem vendicauit. Septima Exclamatio que rerum atq; personarum commemorationem faciens in significationem doloris prorumpit: vt si parietes nostri loqui possent vel reddere viuas voces: patres nostros intueremur: dicerent vrbem preclaram nos oppressam ꝛ subiectam reddidisse. Octaua: Contentio que contrarijs sententijs orationem conficit: vt Uirtus ꝛ literarum studia difficiles aditus/ exitus vero facillimos afferunt. Nona: Occupatio: cum dicimus nos preterire aut non scire id qd̓ maxime dicimus. Et hac quidem vtemur: cum res plana fieri non potest: vel ad nos non pertinet: vel dum longam rem effugere volumus: vt Non dicam te vrbis nostre hostem: omnes bonos insectari: ꝛ quod ad te non attinet preteribo/ templum te religionis ꝛ vrbis huius caput euertisse. Decima: Permissio: que est cum dicendo aliquam rem toti alicuius voluntati condonare videmur: vt Cum preter animam nihil mihi

Ratiocinatio
Sententia
Contrarium
Membrum
Complexio
Compar
Exclamatio
Contentio
Occupatio
Permissio

Dubitatio relictum sit: vos ea vti libet vtanimi. Undecima: Dubitatio: cum querere videtur orator quid potius aut potissimum dicat: vt Quē te moribus tuis ap-
Definitio pellem/nescio. Duodecima Definitio: que proprias alicuius cōplectitur potestates: vt ita est mot⁹ animi ad exercenda peccata. Tredecima. Trāsitio
Transitio que cum breuiter ostendit quid dictum sit: paucis etiam quod sequitur demōstrat. vt Meam in Cesarem fidem cognoscitis: nunc eius in me perfidiam accipite. Decimaquarta. Expeditio: que rationibus pluribus enumeratis quibus aliq̄ res fieri vel non fieri potuerit/cetere tolluntur et vna relinquitur.
Expeditio vt Sic nec ab vxore/que amore et pietate prepedita erat: nec a nepote/ qui in bello interfectus: domi a crudelissimo liberto mors illata est. Decimaq̄nta: cū scȝ dictis aliquib⁹/quod conceptum est in animo audientiū relinquit.
Precisio vt tū hec audes dicere: que nuper aliene domui non ausim dicere. Et tantum de verborum exornationibus. Ad sententiarum colores nos conuertam⁹.

De Sentētiarū colorib⁹. Ca. XXI. Dis.

Distributio Qui aut sunt sententiarū colores? Magi. multi. Primus est distributio: cum res et persone et negocia certa dispernuntur. vt quibus rei publice honor cure est: premia virtuti penas sceleribus ppendite. Secūdus Licentia: cum apud eos quos vereri debemus aliquid audacius proferimus. vt Quod omnibus ludibrio estis: nō ab re censeo equissimi patres. ceterū ne quē tum offendamus statim subiungimus: Hic sapientiam
Licentia vestram inquiro. Tertius Diminutio: cum aliquid inesse nobis nature fortune vel industrie ratione leuamus. vt Cū summa vigilantia fortune cōmoda animiq̄ bona a parentibus mihi et natura condonata/ consequi et tueri
Diminutio studuerim: mediocriter ex his ne nimium dixerim/cōsecutus sum. Quartus Descriptio que rerū consequentium pspicua et lucida cū grauitate continet
Descriptio expositionē vt in istum iudices capitis reum damnabitis: vt fera truculenta vos cines vt timeo vastabit: quare iudices saluti omnium et honori nr̄o consulite. Quintus est Diuisio: q̄ rem semouens ab re vtrāq̄ absoluit subiecta
Diuisio ratione. vt Due sunt tres que possunt homines ad turpe cōpendium cōmouere: inopia aut auaricia. Te auarū in fraterna diuisione cognoram⁹: inopem atq̄ egentē nunc videmus: Sextus Frequētatio: cū res in tota causa disperse in vnum locū cogūtur: quo grauior/acrior ꝛ criminosior oratio sit. vt Hūc
Frequētatio iudices liberare cupitis: improbus enim/petulans/impius/superbus/ꝛ intolerabilis est. Septimus Expositio: cū in eodē loco manem⁹ et aliud ꝛ aliud dicere videmur: eandem tamē rem aut de eadē re cōmemorādo/pronūciādo
Expositio vel tractando dicimus: pro eadem re ꝑpositionem/rationē/cōprobationem/contrariū/simile ac cōclusionem afferentes. Octauus Cōmoratio: cū in eodē loco firmissimo quo tota res ꝑtinetur moramur diutius: et in eundē locum
Cōmoratio redimus sepius. Et eo vti maxime cōuenit: qm̄ boni oratoris proprium est. Nonus Similitudo: que traducit ad rem quāpiam aliquid ex re dispari simile. vt hyrundines estiuo tpe presto sunt/frigore pulse redeunt: ita falsi amici sereno tpe fortune aduenīūt: et cum hyemem infortunij viderint/omnes recedunt. Decimus Exemplū: et est alicuius facti vel dicti cū certi auctoris no
Semilitudo mine ꝑpositio. Et eisdem modis quib⁹ similitudo sumit. Undecim⁹ Imago
Exemplum et est forme cum forma quadā similitudine collatio/laudis vel vituperatio-
Imago

nis causa facta. vt ibat in prelium corpore tauri validissimi: et impetu leonis Item tanꝙ fera vrsa et immanis draco serpit per forum. Duodecimus Effictio: cum facies corporis verbis describitur. vt erecta fronte/ludibūdis oculis/aduncis naribus/sparso ore gestit. Tredecimus Notatio. Cum alicuius natura certis describitur signis. vt cum gloriosi cuiusdam militis iactantia commemoratur. Decimus quartus Sermocinatio: cum alicuius persone sermo cum ratione dignitatis attribuitur: quo senes parci et grauitate/ioco et ludo iuuenes commemorantur: Decimus quintus Conformatio: cum aliqua que non adest persona vel res muta et informis vel eloquens et habens formam introducitur. vt si Scipio reuiuiscat diceret: ego vrbi pacē peperi / vos bella concitastis. Decimussextus Demonstratio: cum res in verbis exprimitur vt geri negotium et res ante oculos efferri videatur. vt tela emittūt gladijs cominus certant. Decimusseptimus: Breuitas: cum res necessarijs tm̄ verbis expedite dicitur: et adhibenda est sepe cum tempus non sinit cōmorari. Decimusoctauus. Significatio: que plus in suspicione relinquit ꝙ positū est in oratione. quiesce tu cuius pater cubito se emungere solebat. Item multi tacent gracci. Decimusnonus Contentio: que contraria referuntur in genere. vt vos huius incommodis lugetis: ille reipublice calamitate letatur. Hi sunt colores quibus (et si non omnibus saltem aliquibus) vti debet orator ꝑ necessitate cause. In his enim tanꝙ in ornamentis elocutionis nostre suauitas et grauitas plurimum consistit: Nunc autem ad extremas orationis partes sermo noster accommodabitur: que non orationem ipsam sed aliquod ei extrinsecum. id est enunciationem et ordinem respiciunt. Et primum de pronunciatione: postremo de memoria dicemus.

Effictio
Notatio
Sermocinatio
Confirmatio
Demōstratio
Breuitas
Significatio
Contentio

De pronunciatione penultima parte orationis rhetoricalis. Capitulū XXII Disci.

Quid est Pronunciatio? Magister. Est verborum digna prolatio rebus et sensibus: moderatione vocis/ vultus et corporis accomodata: nihil turbide barbareqꝫ proferens: syllabarum mensura et eorum legitimo accentu seruato: Discipulus. Possunt ne huius dari precepta quibus vitia contraria euitantur? Magister. Possunt. Unde in primis maxime oris nostri vitia emendanda sunt. Discipulus. Quo pacto?

Magister. Ut lingua et ore magis ꝙ labijs et dentibus loquamur: apto et leui labiorum motu: non profusis/distentis/proiectisqꝫ rictibus/vel inflatis et frendentibus faucibus. Neqꝫ hiante vel anhelante spiritu: nec immanitate vocis: aut tortura labiorum cum sibilo et stridore dentium. Labia etiam lambere aut mordere pueriles ineptie sunt. Supino nimis aut eleuato vultu / vel defixis in terram oculis: nec inclinata ceruice et demissis supercilijs pronunciandum est. Eradenda autem prout sermo deposcit verecundia et emasculanda frons est. Sic enim vox et gestus sue semper cause conuenire videbuntur: ipsa quoqꝫ oratio a pronunciante sanguinem et vitam accipere comprobatur. Cum itaqꝫ orationem inuentā atqꝫ

Pronūciatio quarta orationis
Oris gestus expressio
Cautele in pnunciando

vt premissis ornatam pronunciare voluerimus: principio depressa voce/que tamen possit audiri/dicemus: ne ledantur arterie si anteq̄ vox bene permulsa est acri clamore cōplent. Cōueniet autē in progressu longis interuallis vti. his enim spiritus et vox recreat. Paulatim autem ꝛ sensim spiritum animūq; intendere debemus. Deinde in narratione vocem eleuabimus mediocriter. In diuisione augemus/continuum clamorem omittentes. Aliquādo tamen cōmutationes grate auditori sunt/et vocem conseruāt. Vitare etiā oportet voces acutas: et exclamationes nimis attenuatas. In clamore etiam ea vox vitanda est que illiberale q̄ddam habeat: et ad muliebris potius vocis orationem q̄ ad virilem dignitatem dicendo accōmodata sit. Cum vero sermo in dignitate est: plenis faucibus sedatissima et depressissima voce vti conueniet. Si autem in demonstratione sermo est: voce paululum attēnuata/crebris interuallis et diuisionibus vti oportebit: vt ipsa pronunciatione eas quas demonstramus res inserere animo auditoris videamur. Cum autem in narratione fuerit sermo: vocum varietate opus est: in quo quodq; gestum sit ita narrari videatur/factum celeriuscule dicemus. Deinde modo acriter/tunc celeriter/mēte/hilariter in omnesq; partes nos cōmutabimus: si que inciderint in narratione dicta/rogata/vel responsa diligenter animaduertamus: vt omnium personarum sensus atq; animos exprimamus: Sin erit sermo in locatione: leniter/tremebunda voce/cum parua significatione risus sine vlla suspicione nimie cachinnationis nobis agendum est. Cum autem contendere oportebit: vocem iungere et torquere sonum: et celeriter/clamore verba conficere nos decebit: vt vim quandam orationis vociferatio habere possit. In clamationibus autem clarissima voce et longo spacio vtemur. In cohortatione voce attenuatissima: leui sono/et equabili et cōmutationibus crebris vtendum est. In cōquestione voce depressa inclinata sono/crebro spacio longo interuallo/magnis pronūciationibus oratio pronūcianda est. Nō autem tantū oris vitia/sed et corpus quoq; euitanda sunt. Discipulus. Et que sunt istec? Magister. Seruandus est in vultu pudor: et acrimonia et in gestu venustas: ne haud histriones: aut viles operari/esse videamur. Cum igitur sermo in dignitate est: stantes in vestigio leui dextre motu loqui oportebit: hilaritate/tristicia/mediocritate/et grauitate vultus ad sermonis sententias accōmodata. Si autem in demonstratione sermo erit: paululum corpus a ceruice demittamus. Si in narratione: vultus quandā significare decebit hilaritatem. Si vero contendimus: brachio celeri/mobili vultu/acri aspectu vtemur. Item applausione pedis dextri: piectione brachij/acri et defixo aspectu vti oportebit. In questione/femineo plangore et cōturbato vultu. In cohortatione: tardiori oratione et miserabili et humili gestu vtendum est. Hec autem quantū in animo auditoris efficiāt/luce clarius patet. Nec ab euangelisantibus neglectui danda sunt: si diui Augustini institutiones/quas in quarto de doctrina christiana tradidit libro/sequi fas est: q̄ illic clarius inspiciantur: Discipulus. Et ego quidem facile dictis tuis assentio. Sed ne in his diutius immoratus/reliqua silentio transeas. ad memorie precepta sermonem vertas.

Corporis gestus expressio.

Augustinus

De memoria Ca. XXIII. Ma.

Memorie nūc ordo ꝑcepta ministrat. Quāquidē cōstantem naturalem: sed arte adiuuari posset nō dubiū est. Hec autē ars breuibus ꝑceptis/sed magna exercitatione format. Dis. Precepta tradas: exercitationē ego adijciam. Mag/Memorari volēs: locos/imagines/earundem ordinē/dispositionem atq; collationē habent necesse est. Loca quidem quibus id cuius reminisci voluerit veluti charthe inscribat. Imagines ꝛ earundem dispositionem ꝛ collationem quibus ceu litteris scribat. Ordinem vero vt quod primum posteriusve pronunciare voluerit/distinctum inueniat. Discipulus. Unde autem ꝛ quales assumendi sunt loci et imagines? Magister. Omni confusione huius rei postergata: locum: imagines/atq; earundē ordinē in confusum literis viginti complectamur: seruato earundem ordine naturali: vt a b c d e f g h ꝛc. Harū quelibet quinq; contineat dictiones ſm numerum ꝛ ordinem vocalium: que sunt: a e i o u. In prima syllaba si dictio a consonante incipiat: aut in secunda syllaba si a vocabuli sumat: in his tanꝙ in locis singule imagines a singulis syllabis incipiētes conquiescunt. Imagines autem sunt que per has dictiones significantur. In quibusdam vero literis assumuntur nōnulla nomina vulgaria: eo ꝙ latine ab his literis incipientia (ꝛ insignes) aliquas imagines significantia facile reperiri non possent. Accipitur similiter quustos pro custos. Quas omnes cū ordine quo posite sunt memorie cōmendauerimus: ea quorum reminisci placuerit hoc pacto inscribamus/vt earū comparationes cum proprietate imaginis cui inscribenda sunt considerenius. Ueluti si regulas iuris in sexto decretalium ordine quo posite sunt recitare quis voluerit: imaginibus eas inscribat eo modo. Prima que est: Beneficium ecclesiasticum sine institutione canonica non potest obtineri/prime imagini assignabimus: considerantes aliquem abbatem nobis notum non canonice institutum ꝛc. Secunda que est Possessor malefidei vllo tempore non prescribit/secūde imagini inseremus imaginando aprum: quem cum lupus de spelunca sua exire iuberet/ obiecit possessionem. Respondit aper: possessor malefidei ꝛc. Pari modo sequētes sequentibus inscribamus imaginibus. Multo autem pro hac re consequenda adiumento nobis erit: si humanarum rerum experientiam ꝛ naturas nouerimus. Sic enim facile nobis comparationes occurrere possunt: que per contrarium sumende sunt. Oportet enim non tm̄ firma/verūetiam celeri cōprehensione res naturasq; percipere: vt ꝛ eorum que a nobis inuenta sunt et que ab aduersario in agendo contrectata sunt/reminisci possimus. Alia de confortatione memorie naturalis in tractatu nostre speciali latius videri possunt. Te autem assiduo exercitio/iugi labore ꝛ vigilanti studio his intentum esse oportet si fructum consequi volueris. Uale ꝛ que alia ex me volueris/pete.

Memoria | Memoramur | loco | Imaginibus | Ordine | Imagines | Exemplū memorie localis

Exemplum Memorie artificialis siue localis.

	1	2	3	4	5	
1	Abbas	aper	apis	astrologus	agnus	5
2	Balneator	begutta	binder	bombardus	buccinator	10
3	Cardinalis	cesar	chirurgus	cocus	cursor	15
4	Dapifer	demon	dimicator	doctor	dux	20
5	Edax	elephas	episcopus	exorcista	equus	25
6	Faber	feniseca	figulus	fossator	furnarius	30
7	Gardeanus	geometer	gigas	gougler	gugēgouch	35
8	Hartmānus	helias	hypocrita	hostiarius	huss	40
9	Janitor	iesus	institor	iob	iudas	45
10	Kantēgiesser	kegler	kürszner	koler	kupfersmid	50
11	Lapicida	legatus	lictor	lotrix	lusor	55
12	Macellarius	medicus	miles	molēdinari⁹	musicus	60
13	Nauta	necromāticus	nisifer	notarius	nūmularius	65
14	Orator	obstetrix	officialis	ortograph⁹	hortulanus	70
15	Papa	pedagogus	pictor	poeta	pugillator	75
16	Quadriga	questor	quisculari⁹	qōlibetari⁹	quustos	80
17	Raptor	regina	ribaldus	rotarius	rusticus	85
18	Sacerdos	serpens	simeon	socrates	sutor	90
19	Tabernari⁹	testator	tyrannus	tornator	tutor	95
20	Uates	venator	vigil	vogler	vulpes	100

Liber IIII Tractatus II De Epistolis condendis. Capitulum I De epistolarum diuisione Discipulus.

Eplē diuine R Estat vt de condendis scribendisue Epistolis formam tradas. Magi. Faciam ac lubens. Sed premonuisse oportet: epistolarū quasdā esse diuinas: quasdā vero humanas. Diuinas quidē voco: in quibus fidei mysteria/religionū cerimonie/dei cultus/morum atqꝫ virtutū seminaria exprimunt: ꝛ vitiorū radices euellūtur: vti est videre in epistolis sanctoꝝ Pauli/Hieronymi/Augustini/Cypriani/Bernardi ꝛ Senece philosophi moralissimi atqꝫ aliorū plurīū huius ordi-

Humane nis hominū. Humanarū vero quedā Grauis: Consolatoria: Amatoria: Cō-

Grauis mendatoria aut hortatoria est. Disci. Grauē quā dicis? Magi. Eā ipsam q̄ ardua difficilia atqꝫ noua quotidie accidētia ꝯtinet: vtputa q̄ belli/aut pacis

Cōsolatoria tpe e castris dat ad vrbē: aut ecōuerso. Cōsolatoria: qua amicoꝝ mortē/cala

Cōmēdatoria mitatē aduersamue fortunā verbis ꝯsolatorijs demulcemus. Cōmēdatoria:

Amatoria qua amicū aut familiarē/notū vel ignotum alteri cōmēdamus. Amatoria:

Hortatoria qua verbis petulātib⁹ amorē alterius in nos ꝯcitamus. Hortatoria: qua de rebus nr̄is: vtputa agris/pecoribus aut frumētis scribim⁹: aut filios nr̄os/sodales/discipl̄os ac ceteros ad mores/studia/ad laudē cohortamur. Preter

hec autē multa alia sunt epistolarū genera a Mario Philelpho eloquentia preclara/ad octogenarium vsq3 numerum digesta. Marius Philelphus.

De Partibus epistole Ca. II Disci.

Ex quot aut quibus ptibus Epistola conficit͛ Magi. Ex qnq3: que sunt Salutatio: Exordium: Narratio: Conclusio ꝛ Suprascriptio. Salutatiōe q̄dē epl'a ꝯstat: vt animus eius ad quē scribim⁹ ꝑparet͛ ad ꝑcipiēda ea q̄ desyderamus. Exordio simil'r: ꝛ vt causam ad scribendum mouentē explicem⁹. Hoc aūt q2 etiā in narratiōe fieri pōt/nō in oībus epl'is exordia ponim⁹: nisi magna quedā negocia tractare aut tractanda velimus. Narrationē vō epistola oīs ꝯtinet qua ostēdimus q̄d ab alijs fieri volumus aut qđ factū sit demōstramus. Cōclusionē aūt vt de loco ꝛ tpe date epistole certior fiat recipiēs. Suprascriptionem vō vt ꝛ is qui defert cui presentare debeat/ꝛ is ad quē defertur an ne aperire liceat cognoscat. Partes epl'e

De Salutatione Ca. III Disci.

De salutatione ꝯficienda primū dicas. Magi. Salutationes varie a varijs ponunt͛. Sed si eā ex arte struere libeat: primū nomen tuū: deinde nomen dignitatis aut officij tui in ntō casu: tertio nomen eius ad quē: ꝛ demū nomē officij aut dignitatis eiusdē in dtō casu ponas cū additione clausule: Salutē plurimā dicit: vt Gregorius Reisch artiū magister Friderico epō Augustensi. S. P. D. Assentationis vō causa aliud inoleuit. vt sc3 inferiores scribētes supioribus/noīa sua postponāt: nec salutē/ sed subiectionē aut famulādi promptitudinē loco salutis ponāt: vt reuerendissimo in christo patri ac dño/Friderico Augustēsi ꝑsuli Gregorius Reisch artiū magister ad queuis mādata se spondet ꝓmptissimū. Id autem doctiorum aures nedum fastidiunt: sed etiā abhorrent vehementer. Forma salutationis

De Exordio. Ca. IIII Magi.

Exordio autē (si res expostulat) ꝑmissa salutatione vtimur: in quo eū ad quem scribimus attentū/ docilē ꝛ beniuolū facere curamus: vt que scribimus legat ꝛ admittat. Quibus autē partibus aut vnde efficiat͛: in supiorib⁹ digestū est. Disci. Verū q̄dē: sed de Narratiōe q̄d dicis? Exordium

De Narratione. Ca. V Magister.

Reparato eius ad quem scribimus animo/si quid ab eo fieri volumus: aut nos aliosue fecisse indicare libeat: ſm epistole genus ꝛ naturā subiungemus: vt si sit epistola grauis: de bello/pace aut republica ꝛc. facimus mentionē. Ita ꝛ in alijs: ſm ea que in ꝑmo capite huius dicta sunt/faciendū pariformiter. Omniū autem dictorum exempla probatissima sunt apud Gasparinum pergamensem: Marium Philelphum ꝛ eloquētie patrem Marcū Tulliū Ciceronem: quibus te daturum operam velim q̄ maximā. Nihil enim in scribendo tam clarum aut promptū facit/q̄ diligenter legisse eos qui bene/limate tersecq3 scripserunt: ab alijs vero vt a labe atq3 pernicie ingenij fugiendum est. Narratio

De Conclusione. Ca. VI Magi.

Conclusio A persona N Arrationem (que vt diximus petitionem complectitur) sequitur terminus τ ꝯclusio epistole: que tribus ꝯstare debet: ꝑsona/loco τ tempore. Disci. Quomodo ꝑsona? Magi. Ut si vni scribimus: dicamus/vale: si pluribus/valete: τ me cōmendatū suscipe vel suscipite Sis felix nostriq̧ memor. Vale diuq̧ viuas. Da operā vt valeas. Vale τ me ama Vale militie decus: literarū ornamentū: τ sic de similibus. Disci. Qualiter

A loco epistola loco ꝯcludit? Magi. Hoc mō vt dicat: datū vel date: raptū vel rapte

A tempore vel raptim Rome aut Friburgi vel Argētine τc. Disci. Tēpore autē quō concludis? Magi. Ut diē/menses anni in quo scribimus ponamus: vt vicesima Nouembris anni Millesimi quingentesimi secūdi: aut decimoquarto kalēdas Marcias: quarto idus Aprilis: pridie nonas Septembris. Disci. Unde ista assumis vocabula? Magi. Ab antiqua Romanoꝝ obseruatione.

Mensis diuisio Latini nāq̧ quēlibet mensem in kal. Nonas τ Idus diuidunt. Prima enim die cuiuslibet mensis/pontifex minor conuocata plebe/quot dies a kalendis

Kalende ad Nonas superessent ꝓnūciabat. Et hec dies hoc nomē kalēdas a καλέω greco vocabulo accepit: valet enim idē qȝ voco. Dies aūt vltima mensis pre

Pridie kal. cedentis pridie kalendas: quasi primo die ante kalendas: qui vero ante hunc tertio kalendas dicit: qȝ sit tertius a kalendis: τ sic de alijs diebus ordine re-

Idus trogrado ascēdendo: donec ad idus deuentū fuerit. Dicit autē Idus ab iduo qȝ est diuido: q: is dies mensem diuidat. Dies autem hunc sequens in ascen-

Pridie Idus su non secundo idus/sed pridie idus dicitur: sequens tertio idus: τ sic de alijs

Nonas donec ad nonas progressum sit. None autem dicte sunt: quia ab eo die ad idus semper nouem dies sunt. Alias rōnes illorū nominū consulto libuit preteri-

Mensiū kal. idus τ none re. Disci. Quot autem nonas/idus aut kalendas singuli menses habent? Magister. Januarius/Febrarius/Aprilis/Junius/Augustus/Septēber Nouēber τ Decēber quatuor habēt nonas. Martius Maius Julius τ October sex nonas habent. Singuli autem octo idus tenent. Januarius decimaquarta die Decembris kalendas suas finit. Februarius decimaquarta Januarij. Martius. xiiij. Februarij: Aprilis. xvj. Marcij. Maius decimaquarta aprilis. Junius decimasexta Maij. Julius decimaquarta Junij. Augustus decimasexta Julij. September decimaquarta Augusti. October. xiiij. Septēbris: Nouēber. xvj. Octobris. Decēber. xiiij Nouēbris. Sic patet: qȝ in Februario post idus dicimus: decimosexto kalendas Marcij. qȝ quidem verum est in anno cōmuni: in anno vero bisextili/quia tunc Februarius habet vigintinouem dies: post idus dicimus: decimoseptimo kal. Marcias. Ut

Exemplum autem ea que diximus dilucide intelligas/sit Marcius nobis exemplo. In cuius/si prima die litteras dederis: scribas kal. Marcij. si secundo: sexto nonas. Si tertio/quinto nonas. Si quarto/quarto nonas: Si quinta/tertio nonas: si sexta: pridie nonas: si septima: nonas marcij scribas. Si octaua: octauo idus marcij: si nona: septimo idus marcij: si decimasexto idus τc. Si vndecima: quinto idus: si duodecima: quarto idus: si tredecima/tertio idus: si decimaquarta/pridie idus: si decimaquinta: idibus marcij scribas. Si decimasexta. xvij. kalēdas aprilis: si decimaseptima. xvj. kal. aprilis: τ sic de alijs in numero kalēdarū descēdendo donec ad vltimū eius diē ꝑueneris: in q̄ pridie kalēdas aprilis scribas. Ita pariformiter τ in reliq̄s mensibus faciendum. Eo tantum admonito: vt nonas τ idus a mense in quo sunt. Kalendas vero

omnes primis demptis/a mense sequenti denominabis. Nec secũdo non ad idus aut kalendas/sed pridie nonas idus ꝛ kalendas dicendum est. Disci. quid aũt hoc est qđ in superioribus quarto kalendas marcias/ ꝛ nõ marcij dicebas? Mag. qꝛ pro genitiuis mensium peruenuste possessiua ponunt. vt dicamus pridie kalendas Marcias Apriles: Maias: Junias: Julias: Augustas: Septẽbrias: Octobrias: Nouẽbrias: Decembrias: Januarias: Februarias. Nomina aũt kalende none idus nõ modo in ablatiuo/ verũetiam in accusatiuo ponere conuenit/ꝑponendo ꝑpositionẽ ad. vt ad octauũ idus Januarias ad me dedisti litteras. aut in genitiuo: vt pridie kalendarum Marcias.

De Suprascriptione. Capi. VII Dis.

Quibus cõpletur Suprascriptio? Mag. Nomine ꝛ titulo dignitatis ꝓprio eius ad quẽ scribimus. Debent autem omnia in datiuo et actõ poni. Disci. Titulos statibus attribuendos subiunge. Mag. Romanũ pontificem: sanctissimũ/beatissimũ dñm nostrum Pontificem maximum: summũ sacerdotẽ ꝛ patrem clementissimum dicemus. Cardinales: Patriarchas: archiepiscopos ceterosq; episcopos maiores reuerẽdissimos dicimus. vt reuerendissimo in christo patri ꝛ domino dño. N. sacro sancte Romane ecclesie Episcopo pr̃sbytero: aut diacono: Cardinali ꝛc̃. Episcopos minores: Abbates ꝛ apostolice Protonotarios reuerendos dicimus. vt reuerendo in christo patri et domino. N. aplice sedis ꝓtonotario dño suo colendissimo ꝛ obseruantissimo ꝛc̃. Attamẽ nomini ꝓprio dño/preponi nõ deberet. abusus tamen contrariũ vbiq; habet. Alios inferiores venerabiles ꝛ honorãdos dicimus. vt venerabili vel honorando. N. Canonico ecclesie. N. Imperatorẽ et Regem inuictissimũ/gloriosissimũ/serenissimum/ꝛ imperatorẽ semꝑ augustũ dicimus. Duces: Principes: Marchiones/illustrissimos/potentissimos. Comites xo Barones: generosos: illustres: inclytos: ꝛ prestantissimos dicimus. Equites auratos magnanimos ac strenuos dicimus. Ceteros validos: fortes: nobiles appellamus. Ciues prudentes: sagaces: industrios ꝛ integerrimos dicimus. Theologos diuinarũ litterarũ interpretes. sacrarũ litterarũ/sacre pagine/sacre theologie magistros doctores: professores: eximios: celeberrimos: Jurisconsultos: eximios: spectatissimos: meritissimos: consultissimos: egregios: iuris pontificij sacrarũ legum: aut iuris vtriusq; doctores appellamus. Medicos prudentes philosophie ꝛ medicine interpretes doctores et philosophos peritissimos dicimus. Poetas vates: musarum alumnos: lauro insignes: hedera decoratos: Appollinis interp̃tes: ornatissimos: eloquentissimos: facundissimos nominamus. Oratores: disertissimos: facundissimos nominam⁹. Artium magistros: acutissimos disertissimos: bonarum artium studiosissimos interp̃tes appellam⁹. Feminas aũt decus pudicitie: castitatis exẽplũ pudicissimas/castissimas/honestissimas/matronas ꝛ dominas dicim⁹. Hec summarie dicta sufficiãt. Nã assentãdi/adulandiue causa hec oĩa ita variata cernes: vt ꝑpaucos repire possis q̃ nõ titulos superioꝝ inferiorib⁹ attribuãt. Uale. et in his finem Triuij statuendum agnosce.

Suprascriptionis forma

Titulus statuum

¶ Finis Rhetorice: sequit typus Arithmetice.


TY PVS A· RITH ME TICAE·
BOETIVS
PY TAGO RAS

Liber quartus de Quadruuij rudimentis. Tractatus primus De quadruuij laudibus et diuisione. Capitulum I Magister.

Q Uid habes fili: et cur ab imo pectore alta trahis suspiria? Nū te grauāt q̄ nuper accepisti Triuij principia: et cepti te penitu it studij? Dis. Nihilominꝰ. tāta aūt dulcedine sic et iucūditate ex his animū meū delibutū sentio/ vt nec vigilie occulos oppꝛimant: nec sermonis assiduitas aures obtūdat: nec oīno vel lasciuientiū societas/ aut q̄cūq; alia iuuentutē emollientia obsistere possint: q̄ minus et quadruuij elemētis auidissimū me auditorē exhibeā: si tu hūc labo rem assumere dignaberis: sed ocyus vt hoc subeas te etiā atq; etiam rogo et hortor plurimū. Mag. Rē cupis fili (et si difficilē) scitu tn̄ dignissimā. nā te ste Boetio rerū eruditissimo: nemo vnq̄ in phie disciplinis ad pfectiōis cumulū sine q̄druuio euadere potuit nulli sine illo recte sapi[e]ndū: nulli deniq; recte est phandū. ob id q̄sq̄s hoc p̄termiserit: oēm phie iā pdit doctrinā. qḋ et demōstrationibꝰ lucidissimis Nycholaus de Cusa Cardinalis in p̄mo quē de docta ignorātia p̄titulauit libro pfirmat. Nā et ip̄e mathematicis adiutꝰ disciplinis/ q̄dā arcana sacroꝝ eloquioꝝ multis an̄ hac abscōdita penetrauit. Sz his (cū et lōgiorē tractatū et ingeniū exercitatū req̄rāt) in aliud t̄pus dilatis/ qḋ petis exordiamur. Tota vero ista disciplina quā Quadruuium Boetiꝰ nominat/ quātitatē speculat̄: quātitas vero in magnitudinē ac multitudinē partit̄. Rursus alie quidē p se. vt tria aut q̄ttuor: et alie ṽo ad alias referunt̄. vt duplū et dimidium. Magnitudines aūt alie manētes sunt motuq; carētes. vt triangulus: linea. Alie ṽo semper mote. vt octaua sphera. Harū illā multitudinē q̄ p se est/ Arithmetica speculat̄. Illā ṽo q̄ ad aliā refert̄/ Musica cōtēplat̄. Immobilis ṽo magnitudinis noticiā Geometria: mobilis aūt Astronomia pollicet̄. vn̄ et ab his q̄ttuor hec doctrina Quadruuiū appellata est. Sūt eñ vie quatuor ad vnū finē (quantitatis scz noticiā) perducentes. Dis. De p̄ma igit̄ hoc vesperi paucis te absolues.

Boetius. j. arithmeti.

Laudat̄ quadruuium.

Nycholaus de Cusa.

Diuisio quadruuij.

Boetius

Unde dictum sit q̄druuiū.

De arithmetice definitione: noīe inuētore: fine ac diuisione. Ca. II Mag.

P Rimam Quadruuij partem Arithmeticam appellamus. Est autem Arithmetica numerorum doctrina. tractat enim de numero: quem greci ἀριθμὸν arithmon dicunt. vnde et huic scientie nomen a primis eius inuentoribus inditum est. Arithmetica/ id est scientia de virtute numeri. ἀρετὴ enim grece idem qḋ virtus: et ἀριθμὸς idem quod numerus latine significat. Discipulus. Qui nā huiusce discipline extitere primi inuentores? Magi. Apud grecos eam primus (vt aiunt) Pythagoras reperit: et in latinum eam primus quidem Apuleius: deinde Boetius transtulerunt. Sed pretermissis istis rem ipsam aggrediamur eo quo sequit̄ ordine. Primū quidē numerū in se suisq; partibꝰ et passionibꝰ absolute et theorice: posthac ip̄m pratictius ac magis practice psiderabimꝰ. Demum nōnullas artis calculatorie perpulchras regulas adijciemus:

Arithmetica

Pythagoras

Apuleius

Boetius

De Numeri definitione: et in numerū parē et imparē diuisione: ac earundē partiū descriptione. Capitulum. III Magister

Numerus Unitas — Numerus est vnitatū collectio: vel quātitatis aceruus ex vnitatibus ꝓfusus. Est aūt vnitas qua vnaqueqꝫ res vna dicit. Unitas aūt non est numerus: sed principium numeri. sicut magnitudinis punctū. Dis. In quot/aut quas numerus sui prima diuisione scindit ptes? Numer⁹ par — Mag. In geminas: in parē videlicet numerū/et imparē. Disci. Numerus par quis est? Mag. Est numerus in duo diuisibilis equalia/vnitate nō media. vt. 4. diuiditur in. 2. et. 2 nulla vnitate media. Dis. Quid est qđ dicūt Pythagoricum dictū exponitur. — pythagorici: numerū parem in maxima paruissimaqꝫ posse diuidi: maxima quidem spacio/minimis quantitate? Magi. Per spacium partium numeri magnitudinem: per quantitatem vero/earundē volebant significare multitudinem. Et vt hec clarius intelligas/exemplum hoc animaduerte. 8. in. 4. et. 4. diuiditur: nec in partes maiores ab aliquo vnq̄ partitur: nec scđm minorem numerum q̄ binarium/duarum scꝫ partium naturali diuisione secatur: et ita quo ad primum in spacio maxima / et quo ad secundū in quātitate diuiditur minima.

De numeri paris diuisiōe: et ei⁹ pte numeri scꝫ pariter paris descriptiōe. Ca. IIII. Dis.

Par numerus in quot species partit? Mag. In tres. Nam quidā est numerus pariter par: quidam pariter impar: quidā vero impariter par. Dis. Numerus pariter par quis est? Mag. Est nume- Numer⁹ pariter par. — rus qui in duo paria diuidi/et rursus horum quodlibet in alia duo paria potest secari: vsqꝫ dum diuisio partium ad indiuisibilem naturaliter perueniat vnitatem. vt est numerus. 16. qui in. 8. et. 8. et rursus. 8. in. 4. et. 4. qui rursus in. 2. et. 2. et duo in. 1. et. 1. que est indiuisibilis vnitas partiuntur.

Discipu. Et quā ob causam is numerus tali insignitus est vocabulo?

Ratio nois — Magister. Quia eius partes nomine et quātitate inueniunt pares: ipsis etenim naturali ordine dispositis ita sibiipsis respondent: vt quota vna sit nomine/tanta reliqua sit quātitate. Ut ecce. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. in hoc ordine. 8. decimasexta pars est totius summe. s. 128. et tantā sedecimā continet quātitatem. et rursus. 16. summe totius pars est. 8. et hanc ipsam. 8. continet quantitatem. Et sic idem eueniet de quibuslibet reliquis eque a medio distantibus partibus. Sed hoc aduertendum: si pares sunt partium dispositiones: non vnum/sed duo sunt media inueniēda: in quibus hoc idem qđ in partibus eque a medio distantibus contingit reperiri. vt in exemplo priori. Si vero partiū impares fuerint dispositiones: vnum reperitur mediū/ qđ sibiipsi noīe respōdebit et quātitate. vt. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. In hoc ordine. 8. est medium: octaua scꝫ totius summe pars: quā quantitatem in seipso continet. Discipu. Clarissime hec intelligo: nec in eius declaratione te morari amplius necesse est: ob id ad reliqua stilum vertas: et quis sit numerus pariter impar describas.

De Numeri pariter imparis definitione. Capitulum V Magister.

Numerus pariter impar est qui in partes equales diuiditur: et rursus he partes cum sint numeri imparis/ inequalia non patibtur: vt. 10. in. 5. et. 5. sed. 5. in duo paria nō diuidunt: patet igitur numerū cuius medietas est impar/ esse pariter imparem. Disci. Ne pigriteris: & vnde is numerus hoc sortiatur nomen demostrare. Magi. A suis partibus: que cum nomine sint partes/ quantitate sunt impares: aut si nomine sint impares/ quātitate erunt pares. Qd in subiecto facile erit videre exemplo: nā numeri pariter imparis. 18 partes sunt. 9. et. 9. quarū quelibet a pari denominat numero: quia a dualitate: cum. 9. decēocto sit dualitas siue medietas: quātitas vero eius impar est: quia nouenaria: & rursus. 6. decēocto tertia ps est: ecce impar denominatio: quia fit a ternario: & quātitas quidē par est: quia senaria: sic & in aliis pariter impariū numerorū ptibus est facillimū videre.

Numerus pariter impar.

Ratio nōis

De numero impariter pari. Ca. VI Disci.

Numerus impariter par quis est? Magi. Est numerus qui cū in equales partes diuidit: rursus he partes in alias partes secantur sed in istac partiū diuisione nō vsq ad vnitatē in equa particio pgreditur: vt. 24. in. 12. et. 12. partit: & rursus. 12. in. 6. et. 6. et amplius. 6. in. 3. et. 3. diuidit: sed amplius. 3. in equa non secantur. Et ob hoc recte tale sortit⁹ est vocabulū. Est em̄ par: quia in equa diuiditur: sed impariter quidē: quia nō in omnibus suis partibus par reperit. Sunt autē hi omnes impariter pares. 12. 20. 24. 28. 40. 56. Disci. Habes ne alia de natura numeri paris cognitu necessaria? Magister. Habeo equidē/ & multa: vt scʒ de ppzietatibus eius: de eius quoqꝫ quo ad singulas species generationibus: que qm̄ prime huiusce discipline videntur transcendere elementa/ in presentiarū placuit silentio transire: & ad alias eiusdem numeri partes sermonem vertere.

Numerus impariter par

Ratio nōis

De numero superfluo diminuto & pfecto. Capitulum VII Discipulus.

Et que aut quot sunt he numeri paris ptes alie? Magi. Sunt numerus supfluus siue abundans: numerus diminutus siue impfect⁹: & numerus perfectus. Discipulus. Numerus superfluus quis est? Magister. Est ille cuius partium summa/ summā totius excedit: vt. 12. cuius medietas est. 6. pars tertia. 4. pars quarta. 3 pars sexta. 2. pars vero duodecima. 1. que omnes simul iuncte. 16. constituunt: que totius. 12. scʒ summā in quatuor excedunt. Discipulus Numerus diminutus quis est? Magister. Est numerus cuius partium summa/ summā totius non attingit: vt. 8. cuius mediatas est. 4. quarta pars. 2 octaua. 1. que simul iuncte. 7. efficiunt: que totius scʒ. 8. summā non attingunt/ sed in vnitate deficiunt. Discipulus. Numerus perfectus quis est? Magister. Est numerus cuius partium summa/ summe totius nec maioz/ nec minoz: sed equales reperitur: vt. 6. cuius medietas est. 3. pars tertia. 2. pars sexta. 1. quas si simul iūgas. 6. toti summā equalem procreabis. Et horum numerorū paucos repertes scʒ. 6. 28. 496. 8128. et semper in sex aut octo terminatos: sunt enim semper pares.

Numerus supfluus

Numerus diminutus

Numerus perfectus

De Numeri imparis definitione ꝛ diui- sione. Capitulum VIII Discipulus

Numerus impar

IMpar numerus quis est? Magi. Est numerus qui in duo equalia di- uidi nõ potest quin interueniat vnitas: vt.5.diuidit in.2.et.2. vnitate interueniente: addit enĩ numerus impar sup̲ partẽ semper vnitatem. Disci. Numeri imparis (si que sint) enumera species. Magi. Numeri im- paris species sunt numerꝰ p̄mus ꝛ incõpositus: numerus secũdus ꝛ cõpositꝰ: numerus p̲ se secũdus ꝛ cõpositus/sed ad aliũ cõparatus p̄mus ꝛ incõposi- tus. Disci. Numerus primus ꝛ incõpositus quis est? Magi. Est numerus qui nullã aliã habet partẽ ꝙ eã ipsam q̃ a totius quãtitate accipit denoiatio- nẽ: ꝛ hec pars semp̲ est vnitas: vt.3. habet preter vnitatẽ nullã aliã partem que totius est vna.3. Et ob id hic numerus primus ꝛ incõpositus dicit: qꝛ a nullo numero priori cõponit aut metit. Numerus aũt numerũ cõponere aut metiri dicit: a quo ipso multotiens sumpto: p̄cise nullo deficiente aut sup̲fluo totus constituit. Et ita numeri quoꝝ p̄ter vnitatẽ nulla pars est eos metiẽs cõtra se primi dicunt: vt.3.et.4. per oppositum numeri cõmunicantes sunt: quoꝝ alia ab vnitate pars ambos metitur: vt.9.et.12.quos nõ modo vnitas sed ternarius metitur.

Numerus primus ꝛ incõpositus

Numerũ cõponere q̄d sit

Numeri ꝯtra se primi

Numeri cõmunicãtes

De numero secũdo ꝛ cõposito. Ca. IX. Dis.

Numerus secundus cõpositus

SEcundus ꝛ cõpositus quis dicit numerus? Magister. Is qui p̄ter vnitatem in se alium habet numerum a quo compositus est: vt.9. vnitatem habet a quo nonies replicata componitur: habet insuper ternarium a quo ter sumpto constituitur. Et ideo is numerus secundus di- citur: nam habet numerũ priorẽ a quo cõiungitur: ꝛ cõpositus quidẽ est: quo- niã in ipsum a quo coniũctus est resoluitur.

De numero p̲ se secundo ꝛ cõposito: ꝛ ad aliũ cõparato primo ꝛ incõposito. Ca. X. Disci.

Numerus p̲ se secũdus et cõpositus: ad aliuꝫ relatus ꝛ primus incompositus

DA numerũ p̲ se quidẽ secundũ ꝛ cõpositũ/ad aliũ vero cõparatum primũ ꝛ incõpositũ.. Magi. 9. et. 25. horũ q̄libet/vt ex prioribus liquet secũdus ꝛ cõpositus reperit: sed ad seinuicẽ cõparati/primi ꝛ incompositi recte iudicant: nã nullũ cõmunẽ habent numerũ a quo metiant ambo. 9. enim tribus ter sumptis metitur: quibus. 25. minime constituuntur: sic ecõuerso. 25. per. 5: quinies sumpta metiuntur: quibus. 9. nequaꝙ consti- tuuntur. Et hos facile qui sint dep̄hendes: si duobus tibi propositis nume- ris minorem de maiore subtrahas: nam qui relinquitur aut est vnitas aut alius numerus huic qui subtrahitur minor aut equalis: si qui relinquitur vni- tas est: numeros contra se propositos primos esse necesse est si equalis est/ eos ambos illo cõmuni termino intelligas metiẽdos: ꝛ ita nõ esse cõtra pri- mos: sed cõicantes. Si vero prima subtractiõe facta relictus minor fuerit: il- lũ a priori subtrahẽdo demas: ꝛ ita vsq̃ dũ potes ꝓcedas: ꝛ ex derelicto ex dictis numeri naturã iudicabis. Que vt clarius intelligas: subiectũ animad uertas exemplũ: sint. 9. et. 29. numeri ꝓpositi: aufero. 9. a. 29. et remanẽt. 20 a quibus si rursus. 9. tollant manẽt. 11. a q̄bus si demũ. 9. subtrahant/ relin- quũtur duo (q̄ quia nouenariũ quãtitatẽ nõ attingũt) totiẽs quotiẽs possum

a.9.demo: qđ cū quater factū fuerit vnitas relinquit. Ex quo patet numeros ꝓpositos esse cōtra se primos. Et hec de numero ad se consyderato dicta in presenti sufficiant: at si aures patulas prebere volueris: nōnulla ⁊ quidem vtilia de numero vt ad alium referꝫ subiungam. Discipulus. Auscultabo ꝙ diligenter.

De maioris inequalitatis speciebus in genere. Capitulum XI Magister

In primis itaqꝫ te scire necesse est: oīe qđ ad aliud referꝫ aut esse equale/aut inequale. Et primū quidē prorsus nullā accipit diuisionē: nam qđ equale est aliter se habere non potest: vt duo equanꝫ duobus. Inequale vero dupliciter esse contingit: est quoddā magis inequale: quoddā vo minus. De his harūqꝫ speciebus magis necessaria in mediū afferam: ⁊ primum de speciebus maioris inequalitatis. Discipulus. Que et quot maioris inequalitatis species sunt? Magister. Quinqꝫ: scilicet Multiplex. Superparticularis. Superpartiens. Multiplex superparticul ris. Multiplex superpartiens. Ineq̄litatis maioris spēs

De numero multiplici. Ca. XII Disci.

Numerus multiplex quis est? Magi. Est numerus qui ad alium cōparatus ipsum plus ꝙ semel cōtinet: quē bis si cōtineat duplus est: si ter triplus: ⁊ sic ꝓcedendo in infinitū: vt. 2. ad. 1. est duplus. 3. ad. 1. est triplus. Et si vnitas numerus nō est/in ꝓposito tamen numerus appellatur: eo ꝙ alij ad eam cōparati multiplices sunt. Numerus multiplex.

De Numero superparticulari. Capitulum .XIII. Disci.

Superparticularis numerus quis est? Magi. Est numerus q̄ ad alium relatus ipsum quidē totū cōtinet: ⁊ insup alterā eius partem que pars si medietas fuerit/sesquialiter siue hemiolus vocaꝫ: vt. 3. ad. 2. Si vero tertia sit: sesquitertius seu epitritus dicitꝫ: vt. 4. ad. 3. valet aūt sesqui idem: qđ totum qđ ꝓprie sexqui dici deberet: vel sesquit quasi sesqꝫ/id est se absqꝫ. Numer⁹ superparticularis.

De numero suppartiente. Ca. XIIII. Dis.

Qualis est numerus superpartiens? Magister. Est numerus q̄ ad alium comparatus ipsum totū ⁊ insuper non vnam solam/sed plures eius partes continet. Si igitur numerus aliū ⁊ duas eius partes contineat/Superbipartiens. Si vero tres eius partes vltra totum in se habeat: suptripartiens dicitur: ⁊ sic de reliquis in infinitū procedendo. Exēplum primi: vt. 5. ad. 3. Exemplum secundi: vt. 7. ad. 4. In his aūt locutionibus necessariū erit substantiuum subintelligere: illud scꝫ qđ partem sequentem partes reliquas vltra totum in superpartiente inclusas denominat: vt in exemplo si numerus superpartiens vltra totum duas eius partes contineat: subintelligendū est superbipartiens tertias: nam in numerorum naturali ordine. 2. sequūtur. 3. Et si tres partes contineat/sub intelligendum est supertripartiens quartas: sic ⁊ in ceteris est facile videre. Numer⁹ superpartiens Supbipartiens Suptripartiens

De numero multiplici superparticulari. Capitulum XV Discipulus.

Numer⁹ sup particularis.

Numerus multiplex supparticularis quis est? Magi. Est numerus qui ad alium relatus/continet eundē plus q̄ semel ⁊ insup alteram aliquā eius partem. Et ob id hoc geminū accepit vocabulum. eo cū ipso ꝙ maioꝛ minorē plus q̄ semel cōtinet: multiplex: ꝙ vero rursus aliquā minoris partē cōtinet particularis esse non ambigitur. Si igitur maioꝛ minorem bis: ⁊ eius medietatē cōtineat/ duplex sesqualter: si vero terciam eius partē cōprehendat/duplex sesqui tertius: aut si maioꝛ minorē ter/ ⁊ insup eius medietatem cōtineat/triplex sesquialiter noīatur: ⁊ sic consequenter reliquos noīabis si in infinitū ꝓgressionē feceris. Exempla patebūt. 5. ad duo duplex sesqualter est. 7. ad. 3. duplex sesquitertius est: et. 7. ad. 2. triplex sesqualter. 10. ad. 3. triplex sesquitertius inuenitur.

Duplex sesquialter
Triplex sesquialter

De numero multiplici superpartiente Capitulum XVI Discipulus

Numurus suppartiens

Numerus multiplex superpartiens quis est? Magi. Est numerus qui ad alium relatus ipsum quidē plus q̄ semel continet: ⁊ insup non vnā solam: sed duas tres aut quatuoꝛ vel plures eius partes. Et sic fm̄ ꝙ maioꝛ minoris plures ptes continebit semp aliud ⁊ aliud nomē hereditabit. Dicitur em̄ duplex superbipartiēs si minorē bis ⁊ duas eius partes in se habeat: vt. 8. ad. 3. vel duplex suptripartiens si minorē bis ⁊ tres ei⁹ partes cōprehēdat: vt 11. ad. 4. Triplex xͦo supbipartiēs noīat: si minoꝛ ter ⁊ insup due minoris ptes in maiore cōtineant: vt. 11. ad. 3. et per similia in reliquis facile est videre. Et hec de maioris inequalitatis speciebus hactenus dixisse satis sit. Nunc si de minoris inequalitate speciebus aliqua inquirere libuerit: calamus cum in motu est respondebit.

Duplex sup bipartiens
Triplex sup bipartiens
Duplex sup tripartiens

De spēb⁹ minoris ineqlitatis. Ca. XVII. Di.

Minoris inequalitatis spēs.

Minoris inequalitatis species q̄ ⁊ quot sunt? Magi. Tot ⁊ eedē fere q̄ maioris inequalitatis. Dico aūt fere: qꝛ solū noīa ꝑ additionē ꝓpositiōis sub/sunt variāda: vt scꝫ dicat sub multiplex qui ad aliū cōparatus ab eo plus q̄ semel ꝯtinet: vt. 1. ad. 2. subdupla est: et. 1. ad 3. subtripla. Subsupparticularis: vt. 4. ad. 6. Subsesquialter: vt. 3. ad. 4. sub sesquiternus est: subsuppartiēs: vt. 3. ad. 5. Subsupbipartiēs: vt. 4. ad. 7. sub suptripartiēs repit. Multiplex subsupparticularis: vt. 2. ad. 5. subduplus sesquialter est. 3. xͦo ad. 7. subtriplus sesquiternus est. Et multiplex subsuppartiēs: vt. 3. ad. 8: subduplus supbipartiens: et. 4. ad. 11. subduplex suptripartiēs noīat. Et vt oīa simul cōplectar: oīa exēpla de maioris inequalitatis spēbus ꝓdicta: etiā de spēb⁹ minoris inequalitatis exēpla erūt si numeri minoris maiorib⁹ cōparati fuerint. Omniū aūt dictoꝝ numeroꝝ adinuicē habitudines/ꝓportiōes vocant: ⁊ eisdē q̄bus ⁊ ꝓdicte spēs noiate sunt vocabulis noīant. Nā quedā dicit ꝓportio dupla: qdā supbipartiēs: quedā supparticularis: quedā vero tripla ⁊c. Et de istis eadē q̄ supradicta sunt dant exempla. Disci. Ipsam igitur ꝓportionem definias.

Proportionū species

De ꝓportiõe ꝛ ꝓportiõalitate. Ca. xviij. Ma.

mese bis numeratum coniunguntur. Et has quidem chordas planetis septē
attribuebant. Hypate scz grauissimam saturno: ob tarditatem sui motus.
Parhypa. ioui. Lichanos marti. Mese soli. Paramese veneri Paranete
mercurio. Nete lune. Nōnulli vero ordine contrario eas locabant: vt scilicet
grauissima lune:⁊ nete saturno conueniret:sm planetarum ordinem in ascen
Lichaon. — su. Samius Lichaon octauam adiunxit scilicet Trite:⁊ factum est octochor-
dum dyezeugmenon:id est disiunctum. Continet enim duo tetrachorda tono

distātia. Prophrastus nonam adiunxit que lychanus hypaton nominata est vt esset enneachordum Estracus calophonius decimam in grauiorem partē coaptauit chordam scz parhypate hypaton. Timotheus Milesius vndecimam inuenit: vt vndeachordum fieret: in quo tria tetrachorda existunt. Mese autem vt sic dimidium non obtinet locum: quod tamen vocabulum sonat. Ob id additum est tetrachordum quartum hyperboleon. Sed vt sic mese plus hypatis accedebat nec media erat. Ideo in partem grauiorem adiecta proslambonomenos: que ad mese octauam sonat.

Prophrastus
Estracus
Timotheus

Tetrachordum Mercurij.



De interpretatione nominum chordarū monochordi. Ca. XVII Disci.

Nonnulla vocabula inter hec que iam de monochordi ratiōe disserueras penitus mihi incognita sunt. Magi. Hec que tibi incognita asseris greca sunt: ⁊ eo quo sequit̄ modo latine exprimuntur. Proslambonomenos: id est assumpta: addita: vel acquisita dicit̄: quia post omnes vt mese medium teneret locum adiecta est: vti in prioribus patet. Hypatehypaton id est principalis principalium. Discipulus. Haud assentio huic dicto: nā proslambonomenos cū prior sit ordine/ principalior et prima principalium videtur esse. Magister. Uerum argumentaris: attamen quia ipsa post hypatehypaton adiecta est ipsi hypatehypaton nomen reliquit qd prius possederat: vel quia hypatehypaton est prima principalium: que diuersum gignit sonum: nam proslambonomenos nullam soni facit diuersitatem. Sequitur tertia/parhypatehypaton: id est iuxta principalem principaliū. Lichanos hypaton: id est principalium digitalis siue discretiua: quia separat principales a medijs: dicta a lichanos: id est digitus is scz quem nos indicē dicimus. Hypatemeson: id est principalis mediarum. Parhypatemeson: id est subprincipalis mediarum: vel iuxta principalem mediarū. Lichanos meson: id est digitalis siue discretiua mediarū: discernit enim ⁊ separat medias a minutis. Mese: id est media. Paramese: id est iuxta mediā. Tritedyezeugmenon: id est tertia disiunctarum: quia disiunctarū tertia est prepostere numerando: aut quia vna de tribus disiunctis est. Paranetedyezeugmenon: id est iuxta vltimam disiunctarū scz netedyezeugmenon. Tritehyperboleon: id est tertia excellentium prepostere numerando. Paranetehyperboleon: id est iuxta vltimā excellētiū scz netehyperboleon. Similiter interpretat̄ nete: paranete ⁊ tritesinemenon: id est coniunctarū. Et he corde in diuersis canēdi generib⁹ diuersas accipiūt nominū additiones: nā a genere in quo ponunt̄ noiantur.

Interp̄tatio nominū grecorum

De tribus generibus modulandi. Capitulum XVIII Magister.

Genera modulandi.

SUnt autē hec genera tria/videlicet: Cromaticū: Enarmonicum: et diatonicū. Disci. Diatonicum qd̄ dicis? Magi. Id cuius omnia tetrachorda per tonum ⁊ tonum ac semitoniū progrediunt. Hinc et

Cromaticum

diatonicum a duobus tonis nominatur. Disci. Cromaticū qd̄ est? Magi. Quod canendi modum a diatonico mutat: cuius scʒ tetrachorda non p̄ tonū ⁊ tonum atqʒ semitoniū: sed per semitoniū ac semitoniū/insup̄ et ⁊ p̄ tria semitonia cantatur. Dicitur autem cromaticum id est colorabile. Sicut enī color in alia ⁊ alia superficie mutatur: ⁊ quicquid inter album nigrūue contitinetur colorabile dici solet: sic ⁊ tetrachorda huius generis a tetrachorda generis diatonici ⁊ enarmonici variant.


Enarmonicū

Diesis

Disci. Enarmonicū qd̄ dicis? Magister. Quod in omnibus tetrachordis per diesim ⁊ diesim ⁊ diatonum cantatur.

Philaus

Est autem diesis dimidium semitonij. Philaus vero semitonium minus diesim et diaschisma eius dimidium: ⁊ semitonium maius apotome nomi-



nat. Enarmonicũ aũt dr̃ qđ pluribꝰ spacijs et angustioribꝰ separaṫ. Ex his aũt solo diatonico vtimur. Crothaticũ vero et enarmonicũ a cantu nr̃o oĩno abijcimus: eo ꝙ cromaticũ per semitoniũ ꝓcedens mollius: enarmonicũ ṽo ꝑ ditonũ ꝓgrediens/ durius atꝗ difficilꝰ iit. Et cromaticũ a solis eruditis/ enarmonicũ ṽo a solis eruditissimis cantari põt: nec facile ĩ vsum ꝑduci pos set. Diatonicũ vero naturalius et auribꝰ magis gratũ reperiṫ: et a cũctꝭ etiã rudibꝰ modulaṫ. Dis. Quõ nunc demũ p̃dicte chorde in his diuersis gñibꝰ alias et alias sumũt additiões? Ma. Nã perhypatehypaton: lichanos me son: paranetediezeugmenon: paranetehyperboleon et sic de alijs in gñe dia tonico/ diatonos: in cromatico cromatice: in enarmonico ṽo enarmonios no minanṫ. Et vt dicta a se inuicẽ secernere possis gñá: vnũ p̃misimꝰ tetrachor dũ diuerse diuisum. et queãdmodũ hoc tetrachordũ in tribus generibus di uersum vides: ita et reliqua videre potes: si monochordum totum in tribus generibus diuidas. Hec tamen gratia exempli sufficiant.

De modis siue tropis. Cap. XIX. Mag.

Sicut aũt monochordũ in diuersis modulandi gñibꝰ diuerse diuidiṫ ita et in varijs modis siue tropis variaṫ. Di. De his itaꝗ (si q̃ ha bes) in mediũ ferre nõ grauerꝭ. Ma. Modi siue tropi/ q̃s nos to nos appellamꝰ/ sunt ꝯstitutiões in totis vocũ ordinibꝰ vel grauitate vel acu mine differẽtes. Est aũt ꝯstitutio (quã ꝛ σνστημα dicunt) plenũ veluti mo dulationis corpus ex ꝯsonantiaꝝ ꝯiunctione ꝯsistens. vti est ꝯstitutio a pros lambonomenon ad meson medijs ꝯnũeratꝭ vocibꝰ. vel a meson rursus ad ne tehyperboleon intermedijs ꝯnũeratꝭ. Erant aũt apud antiq̃ssimos tm̃ qua tuor modi. videlicet ꝓthus/ deutrus/ tritus/ tetradus. Moderniores ṽo quẽ libet hoꝝ in duos diuisere: vt essent octo. Dis. Qui? Ma. Dorius et hypo dorius partes ꝓthi. Frigius et hypofrigius ꝑtes deutri. Lidius et hypolidi us ꝑtes triti. Mixolidius et hypomixolidius ꝑtes tetradi. Hoꝝ aũt ꝯstitu tio talis est: vt si in mõ hypodorio quãlibet notã tono eleuauerꝭ: hypofrigiũ constitues. In quo si rursus quamlibet notam tono eleuaueris/ hypolidij na scetur modulatio. In quo si notas quaslibet semitonio leuabis/ dorium faci es. et in alijs quidem similis est in acumen intensionemꝗ processus. Si a ꝓ slambonomenos in meson intelligatur modus hypodorius. ab hypatehypa ton ad paramese hypofrigiꝰ. a peripatehypaton ad tritedyezeugmenon hy polidius. a lichanos hypaton ad paranetediezeugmenon hypomixolidius. Ab hypatemeson ad netediezeugmenon doriꝰ. A peripatemeson ad tritehy perboleon frigius. A lichanos meson ad paranetehyꝑboleon lidius. A me se ad netehyperboleon mixolidiꝰ. Dis. Unde modi hec sortiunṫ vocabula? Ma. A gentibꝰ q̃ diuerse diuersis delectanṫ modis: sicut et cibis. Nã morũ similitudine molliores/ in molliori gaudent mõ: et in aĩo lasciuiores in lasciuio ri delectanṫ mõ: qđ ꝓpter ꝯsimilẽ partiũ animi/ et ꝯsonantiarũ euenit ꝓpor tionẽ: vt supra tactũ est. Unde modus primꝰ morose et curialiter vagaṫ. Se cũdus per raucã ꝓcedit grauitatẽ. Tertiꝰ ꝑ indignãtis seuerã in[s]ultationẽ: et ad terribilia vel aggrediẽda/ vel sustinẽda ꝓuocat. Quartus adulationis habet formã. Quintus modestã ꝯtinet petulantiã. Sextꝰ lachrymosam so nat ꝯcinentiã. Septimus ꝑ saltus ꝓgrediṫ inimicos. Octauꝰ tenorẽ decens tẽ et q̃si ꝯtinet matronalẽ. Patet igiṫ cã ꝓpter quã ꝑ diuersitate materie et

pepuli/musici peritissimi diuersis vtunt modis. Debet aũt fieri numeratio modoꝝ ordine tali: vt dorius prim⁹ sit. hypodorius secũdus. phrigius terti⁹ hypofrigius quartus. lidius quintus. hypolidi⁹ sextus. mixolidius septim⁹. hypomixolidius octauus. Et hec pro presenti sufficiant speculatione.

Libri. V. Trac. II. de praxi Musice. De principijs Musice practice in gñe. Cap. I. Disci.

Iamiam traditas a te musice speculationes (ni me fallat opinio) intellexi: attñ quã maxie volebã ex his nõdũ canẽdi artẽ accepi. Ma. Tradere artẽ canendi nõ ad musice theoriã (quã in supiorib⁹ exposuimus) sed ad praxim potius attinet cuius in seq̃ntib⁹ principia vniuersaliora atq̧ magis necessaria videbimus: que sunt claues: voces: cantus: modi et toni.

De clauibus musice Capitulum. II. Dis.

Principia Musice Claues

Que sunt claues musice? Ma. Sũt q̃dã ex lr̃is grãmatice: scʒ a b c d f g. quaꝝ q̃libet in monochordo bis terve repetit. Eo tñ pacto discernunt: nã q̃ in pte inferiore locant/ graues sunt: q2 voces q̃s designãt graui⁹ sonãt: et ob id a q̃busdã in forma grossiore depingunt. vt sic A B C D E F G. Seq̃ntes has acute dicunt ratione vocũ cũ q̃b⁹ ponunt: que p̃dictis acutiores sunt: et ob id minoribus figuris depingunt: ita scilicet. a b c d e f g. Relique superacute siue excellentes noiant: nã voces earundem voces p̃dictarũ in acumine longe antecellunt. et he q̃nq̧ geminatis signant lr̃is. vt sic aa bb cc dd ee. p̃ter has in pte inferiore alta adiecta est clauis g. videlicet grecũ: qd gãma dicũt in hac forma Γ ad hoc vt primus cantus ♮duralis haberet. sicut patebit infra. Dis. Quare he lr̃e claues noiant. Ma. Quia occulta et incognita monochordi nobis et reserãt ꝛ manifestãt: videlicet voces/cantus/et tonos quorũ claues sunt. Di. Hec eo quo iam enumerata sunt ordine latius discutias velim. Ma. Faciam vt lubet.

Graues
Acute

Excellentes

Dicuntur claues

De vocib⁹ et clauibus signãdis. Ca. iij. Dis

Voces

Quot igit et q̃ sunt voces musice? Ma. Sex: et isto quo sequunt ordine locande. ut re mi fa sol la. p q̃s sepius repetitas oĩs cant⁹ pgredit: nec tñ eas canẽdo exprimimus: sʒ sonos potius per illas significatos. vnde vocũ signa sunt note q̃dã in vel extra lineas in hunc modũ posite ✳. Et he note rursus sonos denotãt: quos canẽdo exprimimus. Dis. Sed quõ dicte claues has voces reserãdo manifestãt? Ma. Eo. Nã cum singulis clauib⁹ singule ponunt voces vna vel plures: vti patuit supra in monochordi descriptione. vñ posita claui cũ nota in linea vel spacio: ipam nõ vocẽ quãlibet/sʒ eã tm̃ q̃ cũ tali iungit significare necesse est. Dis. Huius exemplũ adijcias? Ma. ✳ Hec nota in linea posita nõ vocẽ re mi vel sol: sed fa vel ut designat: que cũ F graui hic signato iuncte sunt. nõ tñ necesse est omnes claues signare ad denotandas singulas voces: sed sufficit ponere aliquas per quas ascendendo et descendendo patefiunt proximiores.

Note musicales ✳





De cantu et clauibus eiusdem. Ca. IIII. Di.

Claues cantuum q̃ sunt? Ma. Cantuũ claues q̃ris/ et nõdum quot cantus sunt intelligis. Dis. Verũ. Tu igit quot sunt cantus edissere. Magi. Cantus sunt tres: naturalis/ bmollis/ ♮duralis. Dis. Cantus naturalis q̃ est? Ma. Is q̃ mollicie aut duricia nõ excedit: sed

Cantus tres
Naturalis

naturali pgredit sonoritate:.et est duplex.videlicet primus et secūdus. Dis. Bmollis
Cantū bmollē quē dicis? Ma. Eū ipsum q̄ aliquāto molli⁹ q̄ naturalis pro
gredit: et ob id nōnunq̄ per b rotūdū qd̄ de facile mobile et molle est designa
tur. et est duplex: scz primus et secūdus. Dis Cantus ♮duralis q̄s est? Ma.
Qui aliquāto duri⁹ q̄ naturalis pgredit: et ob hoc p ♮ quadrū qd̄ angulis ♮duralis
suis motui resistit atq dure mouet denotat. Et est triplex: scz primus secūd⁹
tertius. Dis. Nūc q̄ aut q̄t sint cantuū claues ostēdas. Ma. Cantuū claues Claues cantuum
sunt he.g.c.f.♮.et.b. vnde vbi g. in monochordo cū voce.ut ponit ibi cantus
♮duralis initiū sumit. itaq primus ♮duralis in Γ graui siue gāma incipit
et in e finali finit. Scd̄s in g.finali incipit.et in e. acuto terminat. Tertius in
g acuto incipit,/et in e superacuto terminatur. Ubi vero f. cum ut in mono=
chordo ponitur / ibi cantus bmollis principium accipit. Idcirco primus b
mollis in f. finali incipit. et in d.acuto finit. Scd̄us in f.acuto incipit. et in d.
supacuto terminat. posset et terti⁹ b mollis addi inter γ grecū. et C. capitale.
sm quē nōnulla gradualia a q̄busdam decantant. Ubi aūt C. cū ut. in mono
chordo locat: ibi cant⁹ naturalis initiū est. vn̄ p̄m⁹ naturalis in C graui inci
pit. et i a.acuto finit. Scd̄s in c.acuto incipit atq in a supacuto terminat. c.
aūt supacutū: q2 ut nō h3/nullū cantū designat. b vo rotundū et ♮ quadrum
cantus bmollis et ♮duralis discrimen faciunt: tunc scz cū in b.acuto et super
acuto aliqua nota ponit. nam si ibidem b rotundū signatur: hec nota pro fa.
et molliter. Si vero durū ponitur: ipsa pro mi et duriter cantat. Nam ta
li et consimili vocū vnius in aliā mutatione vnus cantus in aliū mutatur.

De mutatiōe vocū vnius in aliā. Ca.V. Dis.

Quid est mutatio vocū? Ma. Est vnius in aliā sub eodē sono varia Mutatio vocum
tio: nō tā oīb⁹ / nec his q̄b⁹ puenit inest eq̄liter. Dis. Hoc clari⁹
ostendas. Ma. nā in clauibus vnā tm̄ vocē habentibus nulla fit
mutatio. vt sunt ut. Are. mi. Silr̄ bfa et mi inter claues duas voces ha
bentes enumerabis. Di. Quā ob cām? Ma q2 fa qd̄ cū b.rotūdo ponit
a mi qd̄ cū quadro locat / semitonio distat: et ideo nec fa in mi / nec mi in fa
mutat: cū mutatio fiat eodē retento sono. In clauibus aūt duas voces haben
tibus / voces nullo interuallo distant: et ideo vna in aliā mutari pōt. Dis.
Quot in talibus fiunt mutationes? Ma. due. Nā primo mutat vox superi
or in inferiorē ascendendo. Secundo variat inferior in superiorē descendēdo
Sunt autem he claues Cfaut: Dsolre: Elami: Ffaut in grauib⁹. elami: ffaut
in acutis. et ccsolfa et ddlasol in superacutis. Sed in his duob⁹ vltimis am
be mutationes fiunt descendendo. Disci: Quot fiunt mutationes in clau=
bus tres habentes voces? Magister. Sex. Primo enim mutat vox pri=
ma in secundam. Secundo mutat vox prima in tertiā. et Tertio mutatur se=
cunda in tertiam ascendendo. Quarto mutatur vox tertia in secundam.
Quinto variatur vox tertia inprimam. et sexto mutatur secunda in primā
descendendo. Et sunt he claues: Gsolreut in grauibus. alamire: csolfaut: dla=
solre: gsolreut in acutis. et aalamire in superacutis. Dis. Harum mutatio=
num in notis exempla subiungere haud pigriteris. Magi. Exempla pate=
bunt. Cauendum tamen est ne fiat mutatio nisi necessitas ascensus aut descē=
sus requirat. Dis. Intelligo sane. Sed vnde hec accipienda est certitudo:
cum plures fuerint voces / in quāuis harum aliam mutare necesse sit? Ma.


Cum plures fuerint voces/in istam mutatio fienda est: qua habita non sit necesse, citius aliam fieri mutationē. Hoc tamen animaduertendum/ ꝙ non semper possumus mutare vocem in vocem: sed fit saltus sine mutatione de nota ad notam: vt contingit in diapente ab elami ad bfa ♮mi. simile contingit etiam in alijs modis.


Vocum mutationes.

Elami

Ffaut

Gsolreut




dlasolre
eelami
ffaut
gsolreut
aalamire
ccsolfa
ddlasol

De cōiunctis et locis earundē. Ca. VI. Ma.


Est et aliud nōnullis plurimū īpedimēti in mutatiōib⁹ afferens: qđ silentio pterire nequaq̄ optebat. Dis. Studiose qđ sit te edocente auscultabo. Ma. Est natura piūctax. cū videlicet necessitate coacti loco semitonij tonū cantamus/ et e regione semitoniū pro tono ptra regulas mutationū pscriptas. qñ aut cantandū sit p tono semitoniū/ signatura b mollis indicabit: et si p semitonio ton⁹ cantādus sit ♮ durū manifestabit. Dis. Quotiēs hec euenire solent? Ma. Octies. Dis. Nō pigriteris q̄so p exēpla oīa per ordinē dilucidare. Ma. Prima piūcta inter A et B graues. i. Are et ♮ mi reperit̄: et in ♮ mi signat̄ p b molle: qz ibi loco mi cantat̄ fa: ob id descēdentes in F faut. ut. nō in fa iuxta traditas regl'as/ sed ut in sol mutam⁹. sic em̄ in ♮ mi fa. in are mi/ in Γ ut re ptra naturā clauiū et vocū efficiemus. Exēpla sunt in respōsorio. Sctā et īmaculata v̄ginitas. in v̄bo: nō poterāt. Itē in respōsorio: Fuerūt sine q̄rela. in v̄bo dñi. Itē in respōsorio: Emēdem⁹ in meli⁹. in v̄bo: miserere. Fit idē in respōsorijs: Christi v̄go. et: Circūdederūt me. si incipiunt̄ in D solre. p aliā nāq̄ signaturā et inceptionē piuncte euitari pñt. vñ in incipiēdo responsoriū: Sancta: in alamire. et respōsoriū. Fuerūt rc̄. in elami. silr et responsoriū emēdem⁹. piuncta nulla eueniet Secūda piuncta reperit̄ inter D solre et elami: et signat̄ in elami p b molle: qz ibi loco mi cantat̄ fa. vñ in descēsu in F faut: ut sol mutamus: cū iuxta regulas p̄habitas. ut in fa mutādū esset. Exēpla sunt in antiphona de sctō Greg. q̄ incipit. Gloriosa. in v̄bo: p̄cibus. et respōsorio. Gaude maria. in v̄bo interemisti. Itē in anti. O crux gloriosa. cum canit̄. admirabile signū. et pluribus alijs. Si responsoriū Gaude. et anti. O crux. in Elami siue alamire inceperis piunctas euitabis. Tertia est inter G solreut et F faut. et signat̄ in F faut p ♮ durū: qz ibi p fa cantat̄ mi/ in descēsu mutando re in sol in alamire ptra naturā: qz ibi sol nō est/ sed re in la mutari deberet. Exēpla sunt in coione. Beatus seruus. cū cantat̄. inuenerit vigilantē. Et in respōsorio. Que est ista. qđ cantat̄ de assumptiōe beate v̄ginis. in v̄bo. p desertū. vitabis tñ piunctas: incipiēdo. Beatus seru⁹ in alamire. Silr respōsoriū. Que est ista. Quarta accipit̄ inter G solreut et alamire: et signat̄ in alamire per b molle: qz ibi cantat̄ fa p mi/ mutādo re in fa per ascensum. Exēpla sunt in coione. Fidelis seru⁹ vbi canit̄: in tpe. et in responsorio. Formauit igit̄. vbi canit̄: et factus est homo. Quinta accipit̄ inter c solfaut et d lasolre: signat̄q̄ p ♮ durū in c solfaut: eo q̄ ibi pro fa cantatur mi: accipiendo in mutatione in elami sol loco mi. Exempla sunt in allelu ia de assumptione marie: si incipitur in alamire: quia incipiendo in F faut euitatur coniuncta. Similiter incipiendo communionem. Beatus seruus: in bfa♮mi/ coniuncta hec euenit in dictione vigilantem. Si autem incipitur in alamire euitatur. Sexta reperitur in d lasolre et elami. signatur quoq̄ per b molle in elami: quia ibi pro mi cantatur fa: mutando in d lasolre re in mi: que deberet regulariter mutari in sol. Exempla sunt in introitu. Adorare dn̄m. et in anti. Immutemur habitu. vbi canitur. ieiunemus Et in responsorio. Gaude Maria de purificatione. vbi canitur. Erubescat. et in responsorio. Ite in orbem rc̄. Septima coniuncta eueniet inter g solreut et ffaut excellentibus. et signatur in ffaut per ♮ quadrum: quia erit ibi mi pro fa/ mutando la in re in elami contra naturam clauis. Exempla sunt in an


tiphona. Hodie maria virgo. et in responsorio. Ingressus pylatus. vbi cantur iudeorum. ꝛ in: Cum appropinquaret. quod in die palmarum canitur. ibi si q̄s vos. si incipitur in gsolreut. Octaua ꝯtingit inter gsolreut ꝛ aalamire: ꝛ signat in aalamire per b molle: q꞉ erit ibi fa. Veruntn̄ si q̄s in oib9 dictis con iunctas euitare voluerit / aut saltem pro maiore parte a finalibus cantuū ad affinales suas confugiat / altius incheando: et signando quam prima compositio habet. Ad modos stilum vertamus.

De modis Capitulum VII Disci.


Quid dicis modum in musica? an ne idem quod in logica de propositionibus modalibus et syllogismorum principijs modus dicit? Magister. Non idem: sed id quod iam supra interuallum diximus hic modum appellamus. Discipulus. Est igitur modus soni acuti grauisq distantia? Magi. Optime. Nam ita interuallum definitum est. Discipulus. Quot sunt modi? Magister. Tredecim. videlicet Semitonium. Tonus. Semiditonus. Ditonus. Diatesseron. Diapente. Semitonium cum diapente. Tonus cum diapente. Semiditonus cum diapente. Ditonus cum diapente: et diapason. Penultimus autem et antepenultimus inusitati sunt. Insuper Semidiapente et Tritonus modi sunt prohibiti. Unisonus vero cuius voces nullatenus distant / modus non est. Sunt nonnulli qui nouem modos in prosa quadam et neumate decantandos pueris proponunt: quatenus saltus huiusmodi memorie infixi / promptum cantorem reddāt. Et quis hec ita esse experientia plurimos docuit / notulas eorundem subiungam.

Modus
Modi musicales




apen te Ad hec ſonus di a paſon ſi quem dele-
ctat eius hunc modum eſ ſe cognoſcat. Cũq; tam pau-
cis clau ſu lis to ta harmonia forme tur v ti liſ
ſi mum eſt e as ſci re ꝛ memo ri e
commen da re nec pri us ab huiuſcemodi ſtudi o
quieſ ce re do nec vocum in terual lis agni tis
harmo ni é to tius fa cil li me q̃at com
p̄hen dere no tici am: Euouae


Modi prohibiti.



Semiditon⁹ cũ diapente inusitatus

Ditonus cũ diapẽte inusitatus.

Semidiapente/ ⁊ fit verum diapente si b rotundum in ♮ quadrum mutatur: illud autem additũ duobus tonis et duobus semitonijs minoribus: quos semidiapente continet fit diapente perfectum: constans tribus tonis ⁊ vno semitonio minore.



De Tonis Capitulũ VIII Disci.

NErnecessaria videtur mutationum atq₃ modorum noticia: quã tamen paucis admodum tradidisti regulis: nunc queso ad instituta redeas ⁊ de clauibus tonorum si quid habes in medium feras. Magister. Tonorum claues imperite queris: qui nondum quid aut quot sint toni intelligis. Discipulus. Quid igitur est tonus? Magister. Est regula cantus regularis cursum naturalem in fine determinans: alius est igitur is tonus ab eo quẽ supra inter modos nominauimus. Discipulus. Quot sunt toni? Magister. Octo: videlicet Dorius/ hypodorius/ frigius/ hypofrigi⁹/ lidius/ hypolidius/ mixolidius ⁊ hypomixolidius. Discipulus. Et hos quidem in superioribus nominasti. Magister. Etiam: ⁊ vnde hec sortiti sunt vocabula explanaui: atq₃ quibus nominibus latinis efferantur expressi: nam dorium primum: hypodorium secundũ: ⁊ sic de alijs nominant. Unum tamen in presentiarum superaddendum puto. Quoniam ex his quatuor autenti: et quatuor plagales dicũtur. Discipulus. Autenti qui sunt? Magister. Primus/ tertius/ quintus ⁊ septimus sic dicti: quia auctoritatem ascendendi maiorem habent ceteris. Ascendunt enim a finalibus proprijs vsq₃ ad octauam regulariter: ad nonam licentialiter: vltra vero non nisi irregulariter. A finali autem non nisi ad vnam vocẽ regulariter descendunt: lidio siue quinto dempto: qui propter euitare semidiapente in finali manebit. Differt autem semidiapente a perfecto diapente in semitonio maiore. Discipulus. Plagales qui sunt? Magister. Secundus plagalis primi: quartus plagalis tertij: se-

Tonus

Toni octo

Autenti

Plagales

xtus plagalis quinti: et octauus plagalis septimi. Sic dicti: quoniam magis q̃ priores descendunt et minus ascendunt. Unde plagales a finali ad quartã tm̃ vel quintam/et raro ad sextam scandunt: sed vsq3 ad quartam vel quintam descendunt: dempto sexto: qui propter euitare semidiapente non descendit. Habent autem autentus et suus plagalis eandem finalem. Ex dictis quoq3 tonorum extremitates facile deprehendes.

De clauibus tonorum finalibus.

Capitulum IX Discipulus

Quid per finales tonorum intelligis? Magister. Tonorum claues Discipulus. Que sunt tonorũ claues? Magister. D E F G. graues. In his enĩ tonorũ finis regulariter constitutus est: tali differẽtia: vt D sit finalis proti (qui primũ et secundũ continet) E finalis deutri (qui tertiũ et quartũ cõtinet) F finalis triti (qui quintũ et sextũ habet) et G finalis tetrardi (qui septimũ et octauum comprehendit). Et preter finales sunt quedam claues quas tonorum affinales dicunt. Discipulus. Que sunt? Magi. a b c acute. Nam toni non semper in finalibus proprijs: sed in his quoq3 finem suum statuunt: vt protus in a: deutrus in b. et tritus in c. tetrardus vero affinalem non habet: sed in propria finali semper stabit.

Finales

Affinales

De clauibus tonorum initialibus.

Capitulum X Discipulus

Tonoꝝ initia

Iam satis luculenter tonorum fines monstrasti: de initijs eorundem idẽ te facturum velim. Magister. Initia toni primi sunt C D F. graues et a acuta: similiter et E grauis: sed raro. initia secũdi toni sunt A C D F. graues: similiter et E grauis: sed raro. initia tertij toni sunt/E G. graues et c acuta: similiter F graue: sed raro: initia quarti toni sunt. C D E F G. graues: similiter a acuta: sed rarissime: initia quinti toni sunt/F grauis: a et c acute: et G grauis/sed raro: initia sexti toni sunt C D F graues: similiter G grauis/sed raro: initia septimi toni sunt/G grauis: et a b c d acute: initia octaui toni sunt: C D E F G graues: et a c acute: et si preter hec alia reperiuntur initia/tolerãda potius q̃ imitanda sunt. Ex his facile cuius toni cantus seu tropos sit iudicandũ censeo: si ad hec ea que de ascẽsu et descensu autentorum atq3 plagalium dicta sunt tenaci cõmendaueris memorie. Nam per claues tonorum initia et fines: et per naturã ascensus et descensus earundem media et ex consequenti totius cursus deprehenditur. Sed hoc quoq3 aniaduertendum: tropus nõnunq̃ permixtos habere tonos: et isti toni principales scʒ autenti iudicantur/si equaliter mixti sint: nam cum inequaliter duobus tonis miscentur: illius sunt cuius naturam magis participant. Omnium dictorum annotatio expressa est in figura diuisionis monochordi. cui et manugãmaut adiunctum est: quere supra parte prima huius libri capitulo quinto.

De initijs tenorum cuiusuis toni.


Capitulum XI Magister.

Post tropos autem quos antiphonas dicunt in diuinis laudibus solent psalmi decantari in tenore toni cuius antiphona fuerit proportionato: quod vt facilius intelligas quorũuis tenorum quorũ

tonorum initia/fines atq; cursus enodabo. Discipulus. Que igitur sunt tonorum initia? Magister. Tenores sua initia non in eadē/ sed diuersa habent claue. Nam tenor primi quarti atq; sexti tonorum in a acuto incipit. Tenor vero secundi toni in f finali initiū sumit. Sed tenores tertij quinti ꝛ octaui tonorū in c acuto incipiunt. Tenor autem septimi toni in d acuto incipit. Et hec vera sunt cum toni in proprijs finalibus finem suum ponunt: nam si in affinalibus finiūtur: tenores initia sua s̄m proportionē dictarum distantiarum eleuant. Initium enim tenoris primi toni a finali eiusdem per diapente distat. Secundi per semitonium. Tertij per semitonium ꝛ diapente. Quarti per diatesseron. Quinti per diapente. Sexti per ditonum. Septimi per diapente. Octaui per diatesseron a sua finali aberit: quod facile his metris deprehendes. Pri. re. la. se. re. fa. ter. mi fa. quart quoq; mi la. Quint. fa fa. sext. fa la. sept. vt sol. oct. tenet vt fa. Discipulus. Quid per tenorem intelligis? Magister seculorum amen: quod in libris per vocales harum dictionum in hunc modum designatur Euouae. nam hoc vltimum est in/ Gloria patri: quod post cuiuslibet psalmi finem decantatur. Tenor


De cursu ꝛ fine tenoris. Ca. XII. Magi.

Cognitis vt premissum est tenorum initijs: eorundem cursus atq; fines principales sequenti neumate intelligas.




Fines autem principales dixi: nam tenores alios fines habent minus principales: quos differentias nominamus. Discipulus. Quot differentias habet quilibet tenorum? Magister. Primus habet quinq;. Secundus nullā. Tertius quatuor. Quartus quatuor. Quintus vnam. Sextus vnam. Septimus quatuor. Et octauus quatuor: vt patet hic infra.

Tonorum differentie.



Primi toni differētia prima. Secunda differentia. Tertia




differentia. Quarta differentia. Quinta differentia.




Tertij toni differentia prima. Secunda differentia.



Tertia differentia. Quarta differentia.




Quarti toni differentia prima. Secunda differentia.




Tertia differentia. Quarta differentia.




Quinti toni differentia. Sexti toni differentia.




Septimi toni differentia prima. Secunda differentia.



Tertia differentia. Quarta differentia.



Octaui toni differentia prima. Secunda differentia.




Tertia differentia. Quarta differentia: que peregrina dicitur: quia raro/ aut quia non participat cum suo principali quemadmodum cetere.


Applicatio tenorum ad psalmos Capitulum XIII Disci.

Rursus tenores cum differentijs eorundem/iamiam satis clare intelligo: sed eas applicare ad psalmos (vti in superioribus precepisti) nondum noui. Magister. Tenores non equaliter omnibus psalmis/sed aliter minoribus atq; aliter maioribus applicantur. Psalmos autem minores dico.150. quorum Dauid saltem pro maiore parte auctor fuit. & Cantica ex prophetis assumpta. Maiores vero Magnificat: quod virgo gloriosa in visitatione Elisabeth cecinit: & Benedictus quod zacharias pater Joannis baptiste prophetico spiritu afflatus decantauit. Nunc dimittis quoq; quod Simeon senex Jesum puerum in vlnis tenens cantauit. Ad hos singulos si placet tenores in notarum descriptione applicabo. Discipulus Placet. Magister. Sequitur descriptio in qua musice finem statuimus: verūtamen in psalmis in quibus medium siue dictio in qua fit pausa/est monosyllaba vel hebraica: aut apud nos indeclinabilis/ipsa contra toni naturam debet eleuari.

Intonationes tenorum per octo tonos Primus tonus.



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ lo. sum.




Magnificat aīa mea dominū. Benedictus dñs deus israel.

Secundus tonus.




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutꝰ sum.



Magnificat aĩa mea dñm. Benedictus dñs deus israel.

Tertius tonus.




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutꝰ sum.



Magnificat aĩa mea dominũ. Benedictus dominus deus israel.

Quartus tonus.




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutꝰ sum.



Magnificat anima mea dñm. Benedictus dñs deus israel.

Quintus tonus.




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutꝰ sum.



Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dominus deus israel.

Sextus tonus




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum.




Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dñs deus israel:

Septimus tonus.




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locut⁹ sum.



Magnificat anima mea dominũ. Benedictus dñs deus israel.

Octauus tonus.




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus sum.



Magnificat anima mea dñm. Benedictus dominus deus israel.

Differentia peregrina.



In exitu israel de egypto. domus iacob de populo barbaro.

Finis Musice. Sequitur Geometria.


Typus geometriae
Iugera

Liber VI De elemētis Geometrie. Tractatus I De definitione nomine ⁊ inuentoribus Geometrie: de eius quoq; vtilitate et laudibus. Capitulum I Discipulus

Quas hesterno vesperi canendi exposuisti regulas totam hanc noctem insomnem agens in Antiphonario clare inueni: probaui: nec necesse est te in illarum dilucidatione diutius immorari: Geometriam potius aggredere ⁊ sub breuitate principia illius edissere. Magister. Geometrie elementa ⁊ principia abunde tradidit ⁊ conscripsit Euclides pater/vt aiunt hypocratis at vero quoniam multa sunt ⁊ sine interprete ab incipientibus minus intelligibilia: tibi ex his necessariora elicere ac dilucidare conabor: quibus intellectis cetera quoq; facilius leges. Discipulus. Placet quod conaris: sed primum quid sit Geometria edicito. Magister. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis formarumq; descriptio contemplatiua: per quam vniuscuiusq; termini declarari solent: vel est disciplina magnitudinis ⁊ figure que s̄m magnitudinem contemplatur. Discipulus. Unde hec disciplina Geometria dicitur. Magister. A terra ⁊ mensura. γῆ enim grece/latine terram dicunt. μετρον grece/latine mensura exprimitur. Hinc dicta geometria (mutando ita siue i grecum in e latinum) quasi terre mēsura. Discipulus. Nullius igitur nisi terre per ipsam mensura habetur? Magister. Nequaq̄: sed cuiusuis magnitudinis per ipsam reperitur mensura: attamen a terra nomen obtinuit. Nam primo circa terre diuisionem inuenta traditur. Discipulus. Quomodo igitur ⁊ a quibus inuenta est? Magister. Ab egyptijs vt ait Alforabius/pro necessitate diuisionis terminorum terre: quos tamen Nilus inundationis tempore limo obducēs confundebat: eosipsos egyptij geometricis principijs rursus distinguebant vnicuiq; quod suum est reddentes.

Euclides

Geometria

Alforabius Geometrie inuentores


Discipulus. Utilis igitur ⁊ necessaria huius discipline cognitio est. Magister. Utilitatem eius in sequentibus experientia cognosces: cum mensurandi modum instrumento deprehenderis? Singulas tamen geometrie vtilitates enumerare haud possibile existimo: per ipsam nāq; totius terre ambitus ⁊ profunditas indagatur: superficies quoq; et terre et maris miro modo distinguitur: vt in Ptolomei cosmographia videre est: vbi omnium corporum celestium orbium scilicet ⁊ stellarum magnitudines per geometriam demonstrantur: vt claret in Almagesti Ptolomei. Et quod omnibus longe prepono: per ipsam geometricam disciplinam theologice ac prime philosophie profundiora rimantur secretius atq; contemplantur altius: sicuti luce clarius patet in libro quem (vir apprime doctus Nicolaus de Cusa Cardinalis) de docta ignorantia scripsit. Et columne ecclesie profunda quedam sacrosancti euangelij mysteria: ⁊ numeris ⁊ mathematicis figuris pandere neglexere minime: pleni sunt illis quos conscripserunt commentarij ⁊ homelie. Sed his finem imponens principia eius nunc aggrediar.

Ptolomeus

Nicolaus de Cusa

De puncto et linea. Capitulum II Discipulus

Quae sunt Geometrie principia? Magister. Sūt punctus/linea/ superficies/corpus/communes animi conceptiones et conclusiones. Disci. Quid est punctus? Magi. est magnitudinis principium: cuius pars nulla est (quia indiuisibilis est) qui cum in longum fluere intelligitur/lineam causat. Disci. Quid est linea? Ma. Est longitudo sine latitudine. Fines autem siue termini linee sunt puncta. Discipulus. Linea igitur ex punctis est. Magister. Minime. Si enim infinita addideris puncta/nullam lineam aut aliam magnitudinem efficies. Nam indiuisibile additum indiuisibili non facit maius. sed hoc in naturalibus latius discutiendum venit. Discipulus. Linea quotuplex? Magister. Duplex: scilicet recta et curua. Disci. Linea recta que est? Magister. Est que equaliter in suis protendit punctis: vel que ex equo pūcta sua interiacet. velut principi huius discipline Euclidi placuit. Linea recta est ab vno puncto ad alium breuissima extēsio in extremitates suas vtrumque eorum recipiēs. vt linea ducta ab. a. puncto in punctum. b. breuissima est: non quidem simpliciter/ sed inter hec duo puncta. nam quecunque alia inter eadem puncta ducitur si a rectitudine deuiat/longior fiat necesse est: et curua linea dicitur que per oppositum definiri et cognosci habet. Dis. Linea recta quotuplex est? Magister. Quedam enim diameter est: quedam axis: quedam chorda: quedam costa: alia latus: alia basis: alia cathecus: alia corauscus: alia ipothenusa: alia diagonalis: alia perpendicularis: alia ortogonalis. Hec et alia plura in geometricis et astronomicis demonstrationibus linea recta accipit nomina.








Euclides

Linee recte diuisio.

Quadratum





De speciebus linee recte. Capi. III. Discipulus.


Diameter quid est? Magister. Est linea/figurā cuius extremitatibus pūcta sua applicat/ in duo equalia diuidēs. Dicitur enim a dia quod est duo: et metron mensura: et hec linea in quadrato et circulo proprie diameter dicitur in sphera axis nominatur: sed in poligonijs/diagonalis: quasi duos angulos tangens appellatur. Discipulus. Chorda quid est? Magister. Est linea recta circulum non diuidens in duo equalia. Linea vero semicirculum in equa diuidens/ semidiameter dicitur.


Discipulus. Costa quid est. Magi. Est latus quadrati. Disci. Basis quid est? Mag. Est linea figure plane que tota iacet in fundamento siue plano. Li=

Hexagonus













nea vero huic equaliter suprapoſita dicitur corauſcus. Linea vero in figura plana perpendiculariter eleuata dicitur cathecus. Linea autem non perpendiculariter eleuata hypotenuſa appellatur. Diſcipulus. Linea perpendicularis que eſt? Magiſter. Eſt linea alteri suprapoſita rectos et equales cauſans angulos. hinc et ortogonalis dicta eſt ab ortos rectum/ et gonos angulus. Linee equaliter vbiq diſtantes: parallele nominantur: que ſi in infinitum protrahantur/non concurrunt. Linea autem que circulum tangit in puncto/linea contingentie dr.










De ſpeciebus linee curue: et lineis irrationalibus. Capitulum IIII Diſci.





Linea curua quotuplex eſt? Magiſter. Multiplex quedam enim circũferens ſiue pimeter dicit: quedã flexuoſa: quedam ſpiralis rc. Diſci. Linea circũferens que eſt? Magi. Eſt linea cuius ſigna ex vtraq parte curuata et a ſeinuicẽ diſtantia ſunt: que ſi concurrunt lineam circularem efficiunt: cuius medietas ſemicirculus nõ inepte dicitur. Diſcipulus. Linea flexuoſa que eſt? Mag. Eſt linea curua in ſuis partibus a medio inequaliter eleuata. vt patet in figuris. Diſci. Linea ſpiralis que eſt. Ma. Eſt linea circumferens: que ſi circũducitur/in eundem punctum nõ redit. Et a quibuſdam elica dicitur: a grecis autem ἑλικοειδης id eſt circumuoluta vel circa centrũ in plano vel circa columnam. vt in figuris. Sunt et preter has linee plures quas irrationales dicũt: ea propter: quoniã quadrata earundem nulla cõmunis metitur aut numerat ſuperficies. Et ſunt tredecim in ſpecie: ſcilicet binomium: bimediale primũ. bimediale ſecundũ: linea maior. potens in rationale et mediale. potens in duo medialia. reſiduum. reſiduum mediale primum. reſiduum mediale ſecundum. linea minor. linea que iuncta cum rationali componit mediale: linea que iuncta cũ mediali conſtituit totum mediale. Et rurſus binomium eſt ſextuplex. ſimiliter et reſiduum: ſed quoniam harum ſpeculatio in geometricis exercitatum ingenium requirit/ ſilentio libuit pertranſire.













De angulo et eius ſpeciebus Capitulum. V. Diſcipulus.


Quia in deſcriptiõe linee ꝑpẽdicularis angulũ poſuiſti ne huius me fallat ignorãtia ipm deſcribas Ma. Angulus eſt duaꝝ lineaꝝ ſeſe tangentiũ ⁊ nõ in directo iacentiũ ad alterutrã ꝓclo. Di. Angulus ꝗtuplex







est. Magi. Duplex: scz rectus et nō rectus. Disci. Quis est angulus rectus? Ma. Est angulus incidentia linee recte super rectam perpendiculariter causatus. Sed angulus non rectus duplex est: scz obtusus et acutus: vnde obtusus recto maior est: acutus vero minor est. Discipulus. Angulus rectus obtusus item acutus quotuplex est? Magister. Quilibet duplex est: scz planus et spheralis. Discipulus. Angulus planus quid est? Magi. Est duarum linearū in plano sese tangentiū et non in directo iacentium conclusio. Discipulus. Angulus spheralis quid est? Magister. Est angulus ex duobus circulis sese secantibus causatus. Cum vero duo circuli aut linea recta circulū ī pūcto tetigerit: vtrinqꝫ angulus contingentie causatur. Discipulus. Angulus planus quotuplex est? Magister. duplex: scilicet superficialis et solidus. Discipulus. Angulus superficialis quis est? Magister. Qui ex lineis in plano iacentibus in vnaqꝫ superficie concurrentibus causatur. Et horum quidam coalterni dicuntur: qui scz sitū quo ad superius et inferius alternant. Discipulus. Angulus solidus quis est? Magi. Angulus solidus siue corporeus est angulus quem continēt anguli plani plures ꝙ duo in diuersis site superficiebus in vnum conueniētes punctum angularem. et nullius taliū quatuor rectos et planos potest valere. Quilibet autem dictorum angulorum duplex est: scilicet intrinsecus qui in figura et extrinsecus qui extra figure clausionem continetur. Est et preter hos angulus qui circuli dicitur: is scilicet qui sub duobus a centro ductis lineis ad circumferētiam / cuius aliquā comprehendunt particulam continetur. vt hic *












Angulus solidus



De superficie et eius speciebus. Capitulum VI Magi.


Quemadmodum autem ex fluxu puncti in longum lineam causari / ita ex fluxu linee in latum superficiem fieri imaginantur mathematici. Dis. Quid est superficies. Magi. Est longitudo et latitudo sine profunditate. et est duplex: recta videlicet et curua. Discipulus. Superficies recta que est? Magister. Superficies recta / quam et planam dicimus / est que in suis lineis equaliter continetur. vt a Per oppositum superficies curua dicitur que in suis lineis non equaliter continetur. vt b Et hec si corpus in exteriore terminauerit parte / cōuexa dicitur: vti exterior vasis superficies: Si vero corpus in interiore finierit parte / cōcaua appellatur: vt vasis interior superficies. Est item et alia superficiei partitio. nam quedam vnica: quedā vero pluribus continetur lineis. Disci. Que superficies vnica linea continetur? Mag. Circularis que est sine angulis: hec enī vnica (videlicet circulari) cōtinet linea: et est circulus













De circulo et eius speciebus. Capitulum VII Disci.




Quid est circulus? Ma. Est superficies plana vnica linea (que circūferentia siue perimeter dicitur) contenta: in cuius medio punct⁹ est / qui centrū circuli appellat: a quo oēs linee recte ad circūferentiā ducte sunt equales. vt c. Sunt autem circulorū quidam concentrici quorum scilicet centrū vnū est. vt d. Quidā vero ecentrici quorum scȝ centrū vni⁹ est extra centrū alterius. vt e. et si rursus circulum lineis diuidas / partiū diuisiones quedā semicirculi. quedā vero portiones circuli solent appellari. Dis. Semicirculus quid est? Ma. Est superficies plana diametro et medietate circūferentie ꝯtenta. vt f. Si eñ lineā per circuli centrū circūferētiā ex vtraqȝ parte tangentē duxeris / duos semicirculos efficies. Dis. Quid est portio circuli? Ma. Est superficies plana / recta linea extra circuli centrū cadente et parte circūferentie contenta. et hec linea recta / chorda dr: pars vero circūferentie / arcus appellat. vt g. Unde cū circulus ita in portiones fuerit diuisus / ea in qua centrū circuli est / maior / reliqua vero minor portio appellat. Figura vero que sub duabus a centro ductis lineis et arcu circūferētie continetur / sector siue segmentū circuli dicit. vt in exemplo dicto. et tantū de superficiebus vnicis contentis lineis.

Circūferentia.



Arcus. g



Arcus.

De triangulo et eius speciebus. Capitulum VIII Discipulus.

Que sunt superficies pluribus ꝯtente lineis? Ma. Sunt superficies angulares siue poligonie: et appellant trianguli: quadranguli: pentagoni: hexagoni: heptagoni: octagoni: nonagoni: decagoni. ꝛ sic de alijs in infinitū procedendo. Dis. De his per ordinem dicas: et primo quid sit triangulus explanes. Ma. Triangulus est superficies plana tribus lineis contenta: habens tres angulos duobus rectis equales. et hec superficies ab angulis triangula / a lineis vo trilatera appellat: et ſm horum variationem in plures species partit. Dis. Quō? Ma. Nam si oēs linee equales fuerint / triangulū q̄ Isopleuros dr ꝯstituunt. vt h. et iste semper est oxigonius. Si vero due linee tm̄ equales fuerint / cum inequali triangulum qui Isosceles appellatus est efficiunt. vt i Si autem tres linee inequales fuerint / triangulum qui Scalenos dictus est concludunt. vt k nec possunt trianguli ſm lineas amplius multiplicari: ſm vero angulos alia sortiuntur nomina. Discipulus. Que Magi. Nam triangulus vnum rectum habens angulum / ortogonius dicitur. ab ortos rectum et gonos angulus. Et hunc esse isopleurū est impossibile. Triangulus autem obtu-

Scalenos




Ortogonius




Ampligonius



Isopleurus



Isosceles



oxigonius



sum habens angulū/ampligonius nōiat: nec ille isopleurus esse pōt. Is vero q̄ oēs acutos habet angulos/oxigonius apellatur. ὀξὺς enim acutus dicit. Et iste pōt esse isopleurus/isosceles/ vel scalenos: quorum exempla hic vides depicta.

De Quadrangulis. Capitulum IX Disci.


quadratum parallelogramum



Supplementum

Quadrangulus quid est? Ma. Est superficies.4. ɔtēta lineis.4.angulos ɔstituentibus. vnde et ab angulis quadrangula: et grece tetragona/a linea vero siue lateribꝰ quadrilatera est appellata. Disc. Quotuplex est quadrāgulus/aut superficies quadrilatera? Ma. duplex: videlicet parallelogramus et trapezius. Est aūt parallelogramus tetragonꝰ cuius quelibet duo latera opposita equedistant. Trapezius autē tetragonus est cuius nō quelibet opposita latera equedistāt. Parallelogramus rursus variat. Si eñ linee quatuor eque fuerint/ quadratū equilaterū atq̄ rectangulum ɔstituūt. Et hoc quadratum a mathematicis est appellatū. Si aūt due opposite tm̄ equales fuerint/quadratū altera parte longius ɔstituunt. quod quidē rectangulum/sed non equilaterū est: quod nonnunq̄ supplementum dicitur/si quadrato primo fuerit adiectum. Si aūt linee.4. equales nō orthogonaliter se tetigerint/quadratū equilaterū/sed non rectangulum: quod Rombus dicit ɔstituunt. Sic et quatuor linee quarum opposite tm̄ equales fuerint/Romboidem faciunt: quadratū scilicet nec equilaterū nec rectangulum: quod quidam helmuaim (sed male) appellant. Et preter has omnes superficies/quadrilatere trapezia.i. mensule appellant.

Equilaterum rectangulum.




rombus



Mensula.




quadratū altera parte longius et rectangulum




romboides




De pentagonis et reliquis Capitulum X Magister.






Ex dictis facile dephēdes quid pentagonꝰ/q̄d hexagonus: et sic de seq̄ntibus. Nā sicut triangulus tribus/quadrangulus quatuor cōtinet lineis: sic pentagonus q̄nq̄/ hexagonꝰ sex: ⁊ sic de aliis seq̄ntibꝰ: ⁊ nōiant he supficies ab angulis. γωνος eñ angulū significat. a lineis vō pentilaterꝰ: hexaltera ⁊c̄. pñt nōiari. hꝫ aūt oīs figura poligonia tot angulos/quot latera et ecōuerso: at vero eidē plures tribus acutis/aut q̄tuor rectis inesse nō pñt. Disc. Harū aliquas descriptiones subiūgas Magi. Faciā. et ecce quod petis/iam depictū ɔspicis. Et tātū de superficiebus: ɔsequenter videndū erit de corporibus.

heptagonus. octagonus. enneagonus. decagonus. vndecagonus



De corpore et eius speciebus. Capitulum XI Disci.

Quid est corpus? Magi. Est longitudo cum latitudine et profunditate. Si enim superficies in profundum fluere intelligatur corpus causabit quod lineis tribus sese ortogonaliter in vno puncto secantibus dimensionatur: in longum videlicet/ latum et profundum. et harum linearum extremitates/ differentie positionis nominantur: his designate vocabulis. sursum. deorsum. ante retro: dextrorsum et sinistrorsum At si lancea vna per verticē capitis humani intraret et per anum exiret: metiretur longitudinē: et alia intrans per pectus et exiens in dorso metiretur profunditatē: et tertia intrans per latus vnū et exiens per aliud metiretur latitudinem. Di.



Regulare. Quotuplex est corpus? Magi. Duplex: Regulare et irregulare. Disci. Regulare quod est? Ma. Quod habet vniformitatem in angulis et lateribus. per oppositum definitur irregulare. Discipulus. Regulare quotuplex est? Magi. Duplex. videlicet agon siue sphericum: et conicum.

Sphericum Discipulus. Corpus sphericum quod est? Ma. Corpus sphericū/ siue sphera: est corpus rotundum vnica superficie contentū. in cuius medio punctus est/ a quo omnes linee ducte ad superficiem continentem sunt equales. et de hoc latius videndum erit in astronomicis speculationibus.

Conicum Discipulus. Corpus conicum quod dicis? Magister. Corpus quod habet angulos. et est quintuplex. scilicet tetrahedron hexahedron: octohedron: duodecahedron: et icohedron.

tetrahedron Discipulus. Tetrahedron quod dicis? Magister. Quod ex quattuor triangulis isopleuris est constitutum. et habet angulos planos. 12. qui. 4. solidos efficiūt. in eo enim tres plani vnū constituunt solidum: et huic sapientes ignem assimilabāt: eo quod ignis sub pyramide scilicet laterata sursum videtur ferri.



octohedron Octohedron vero est quod ex octo isopleuris integratur: et habet angulos planos vigintiquatuor: et sex solidos. in eo nāque quatuor plani vnum solidum faciunt: et huic sapientes aerem assimilabant: eo quod in motu sursum ignem subsequitur. Hexahedron est quod ex. 6. superficiebus quadratis eque lateribus et equis triāgulis integra



Hexahedron.



tur quorum quilibet in quatuor isosceles resoluitur. et continet angulos planos.24.et.8.solidos.et alio nomine dicitur corpus cubũ tessere habens similitudinẽ. et huic terram pro pter eius immobilitatẽ assimulabant. Dis. Duodecedron quod dicis? Ma. Quod ex superficiebus pentagonis duo decim integratur: et habet angulos planos.60. solidos.20

Duodecedron

In ipso enim semper tres plani vnũ solidũ faciunt. Et huic assimilatur totum vniuersum: in quo sunt duodecim signa et gradus.360. Sic et in illo corpore sunt pentagoni duode cim/quorum quilibet in quinq̧ isopleuros: et horum quilibet in sex scalenos partitus.360. scalenos efficiunt: aut quia cetera omnia instar vniuersi continet. Di. Icohedron quod est? Ma. Icohedron est quod ex viginti isopleuris cõponitur: et continet angulos planos.60.et.12. solidos. in eo em̃ semper quinq̧ plani vnum solidum faciunt. et hoc corpus aq̃ attribuit: eo q̧ aqua sua fluxibilitate valde mobilis sit. Et hec duo vltima ĩ plano aut facile geometrice depingi pñt: sʒ sunt vt sepe apud me vidisti fili mi inter regularia corpora.


De corporibus irregularibus. Capitulum XII Disci.

Icohedron



Que corpora sunt irregularia? Ma. Que in suis angulis et lateribus vniformitatẽ non habent: et sunt ouale: lenticulare: colũnare: pyramidale: sera tile: et sic de alijs. Dis. Quod corpus dicit ouale? Ma. Corpus ouale est transitus portionis semicirculo minoris/ chorda fixa manẽte: ꝛ habet similitudinẽ oui in quo sʒ axis longior est ceteris diametris. Dis. Quod est lenticulare? Ma. Est transitus portiõis semicirculo maioris sup chordã fixam/diametro circuli equalem. et habet lentis similitudinem: in quo sʒ axis breuior est ceteris diametris. Dis. Qd est colũnare? Ma. Est transitus parallelogrami rectanguli latere rectũ angulum continente fixo/ip saq̧ superficie donec ad locũ redeat circũducta. Sunt aũt colũne quedã rotunde: quedã vero laterate sʒ/ aut quadrilaterate. prius columnã rotundã descripsimus ex qua alie patere pñt. Et hec colũna etiã cylindrus noĩat. Et regulare quidem corpus est: sed pre dictis non inscriptibile. Dis. Corpus pyramidale quotuplex est? Ma. Duplex est: sʒ rotundũ et laterale. Dis. Cor pus pyramidale rotundũ quod est? Ma. Est transitus trianguli rectanguli alterutro suorũ laterorum rectum angulũ continentiũ fixo/et donec vsq̧ ad locũ vnde moueri cepit redeat triangulo ipso circumducto: huius basis erit circulus. Disci. Pyramis laterata que est? Magister. Est figura. corporea quam continent superficies ab vna: quarum relique sunt ad vnum oppositũ punctũ sursum erecte: in corpore enim pyramidali laterato/cũcte superficies ipm ambiẽtes/ab

Ouale



Lenticulare



Columnare

pyramidale rotundum



pyramidale rotundum Conus



Basis


pyrãidale lateratum. Conus





Basis


Seratile

ipsa basi ad vnum punctum eleuantur: qui conus pyramidis dicitur. Sunt autem omnes dicte definitiones causales: vt scilicet non ipse transitus: sed quod per transitum causatur corpus intelligatur. Discipulus. Quod corpus dicis seratile? Magister. Corpus quinque contentum superficiebus: quarum tres sunt quadrangule: due vero triangule: est enim omne tale columna trilaterata: sicut est vlna trilatera sartoris. Unde corpus tale si erigatur sup supficiẽ trilaterã/ colũne habet similitudinẽ si vero erigatur super supficiem quadrangulam: tecti aut domus habet figuram. Omnis autem supficies sup quam corpus erigitur/ basis dicitur: relique vero supficies latera nominanẽ. Unde cum in regularibus quelibet supficies possit esse basis: hec corpora multarum basium nominanẽ: et in pyramide punctus basi directe oppositus conus appellatur. Hec et cetera irregularia corpora patent ex his que de numeris arithmeticis disseruimus. Iamiam his finem imponeremus nisi eorundẽ theoremata quedam tibi iucũda et pernecessaria existimarem: in quibus aliquas de cõmunibus animi conceptionibus edicam. Discipulus. Ea igitur subiungas velim. Magister. Faciam: ea tamen lege: vt earundem demonstrationes preter exemplares nullas aut saltem paucas ponam. Discipulus. Quapropter? Magister. Quia singula ad intellectum demonstrare altioris speculationis est: et longe maiorem tractatũ requireret quam epitomatis nostri breuitas admittit. Discipulus. Fac igitur vt lubet.









Theorema de puncto.
Capitulũ XIII Magi.



PRimũ igitur de puncto exordiar: de quo quattuor theoremata ponantur: quorum primum: Ab omni puncto ad punctum contingit rectam lineam ducere: patet de linea ducta a puncto c ad punctum d. Secundũ: Contactus linee super lineam/ aut planum erecte: item linee et sphere/ similiter et contactus spherarũ fit in puncto. Discipulus. Qua de causa? Magister. Quia linea latitudinẽ et sphera partem rectam nõ habet. Exempla sunt de linea et linea a e b. de linea et plano f e g de spheris g h. de linea et sphera e f. Tertiũ: Per duo aut tria in eadem recta linea puncta impossibile est circũferentiam circuli trãsire: patet: quia alias in circulo esset aliqua pars plana. Quartum: Per quelibet tria puncta non in eadem linea posita contingit circũferentiam circuli ducere. Discipulus. Quo ingenio? Magi. Illo: sint puncta a b c posito pede circini inmobili a puncto a. et alio vltra medietatẽ extenso versus b. describe semicirculum: rursus posito pede circini imobili in b versus a. secundũ describe semicirculũ intersecantẽ priorem in punctis e. d pariformiter alios duos semicirculos describas inter b et c intersecantes sese in punctis f g. duc lineam rectam per sectiones e d. et itẽ aliam per sectiones f g intersecantem priorem in puncto h qui









est centrum: in quo pede circini immobili posito: ⁊ alio ad queuis dictorum punctorum extenso describes circūferentiam puncta data transeuntem.

Theoremata de linea. Capi. XIIII Magi.








De linea ponātur theoremata nouem. Primam: linee recte partem esse in plano ⁊ partem in sublimi est impossibile: patet ex theoremate secundo de puncto. Secundum: omnes linee due quarum altera alteram secat/ in vna superficie sunt: vt linea a b et c d intersecātes se in puncto f. sunt ambe in superficie a b c d. Tertium: vnam ⁊ eandem lineam esse in diuersis superficiebus est possibile: vt patet de linea in qua due superficies se intersecant: vt sint superficies se intersecantes f g et h i. sectio cōmunis erit linea k l que intelligatur perpendiculariter ⁊ erecte transire per punctum e. hec enim sectio (quia cōmunis est) erit in superficie f g et h i. Quartū: diameter quadrati est incōmensurabilis siue assimetra coste: probatur: quia si sic/ numerus par esset equalis numero impari: quod est impossibile: patet. Sit quadratū: cuius diameter sit a b. vt. 5. et costa vna a c. vt. 3. si igitur diameter esset cōmensurabilis coste: tunc a b diameter haberet se ad costam a c. vt quadratum a b numeri ad quadratū numeri a c. ex septima propositione decimi Euclidis. Sed quadratum a b est. 25. et quadratum a c est. 9. et rursus quadratum diametri a b duplum est ad quadratum a c coste: vt patebit de triangulis: igitur numerus. 25. quadratus diametri numeri. 5. duplus erit ad. 9. qui est numerus quadratus coste a c et rursus. 18. numerus duplus est ad. 9. quadratum coste a c. igitur numerus. 18. est equalis numero. 25. per primam animi cōceptionem Euclidis: que vni ⁊ eidem sunt equalia ⁊ sibi inuicem sunt equalia. Aliud exemplum: Sit quadratum a b c d. cuius quodlibet latus sit. 4. erit diameter. 5. et. 39. scrupulorum: horum autem ad. 4. nulla est proportio. Quintum: data linea recta super punctum in ea signatum: lineam perpendicularem contingit erigere. Discipulus. Huius exemplum ⁊ modum supponas. Magister. Sit linea data a b ⁊ punctus signatus in ea c posito pede circini immobili in a: alio extenso vltra medietatem linee date/ describe portionem circuli: dehinc posito pede circini immobili in b: describe aliam portionem circuli versus a priorem intersecantem in puncto e. ad quem si protrahatur linea a puncto c. erit perpendicularis scilicet c e. ex definitione linee perpendicularis Sextum: si recta linea per duas rectas ceciderit/ duosque angulos coalternos sibi inuicem equales fecerit: ille due linee erūt equedistātes: vt sit linea a b. hec cadat super duas lineas c d et e f. et secet lineam c d in puncto g. et lineam e f in puncto h. sitque angulus d g h equalis angulo e h g: dico ꝙ linee c d et e f sunt

Euclides










equedistãtes et parallelice: patet ex definitione. Septimum: si fuerint due linee vni equedistãtes: sibi inuicem eque distantes erũt: vt sint due linee a b et c d. quarum vtraqз equedistantes linee e f dico illas duas videlicet a b et c d esse eq̃distantes ꝓbatꝫ ꝑ p̃cedẽtẽ si sup has ceciderit linea g k. Octauũ: Duabus lineis propositis: tertiam inter eas sub proportionabilitate continua collocare possumus. Discipulus. Quo pacto? Magister. Sint linee date a b et b d. quas coniungam: et sit linea a d. super quam constituo semicirculum et a puncto b ad circũferentiam duco lineam b c. hec erit linea quesita: et per hunc modum inuenitur linea media inter costam et diametrum. Nonum: Lineam ꝓpositam ꝑm proportionem habentem medium et duo extrema contingit secare: cum scз sic tota linea habebit se ad partem maiorem / sicut maior ad minorem. Discipulus. Quo pacto? Magister. Eo. sit linea diuidenda a b ex ipsa describatur quadratum a b d c. cuius latus d b diuido in duo equalia in puncto e. a quo duco lineam in a. ad huius longitudinem produco e b vsqз ad f. ita vt e f. sit equalis e a. Et rursus ex portione b f constituo quadratum quod ex latere a b resecat portionem equalem b f. que sit b h. et quadratum descriptum sit b f. h g. erit a b in puncto h diuisa ꝑm proportionẽ habentẽ mediũ et duo extrema. Itaqз quadratũ qđ prouenit ex ductu partis minoris scilicet a h in totam lineam videlicet a b tantum est quantum quadratum quod prouenit ex ductu partis maioris in se: hoc autem in numeris est impossibile. Disci. Quid est lineam in se ducere? Magister. Est quadratum eius describere: ad quod in potentia est. Et linea sic in se ducta est latus quadrati et radix illius quadrati dicitur: queadmodũ de radice numeri diximus: vt in priore exemplo: lineam h b. in se ducere est additis alijs tribus lineis equalibus quadratum ipsius constituere qđ est h b f g.

Quid sit lineam in se ducere









Theoremata de angulo.
Capitulũ XV Magi.

Anguli theoremata ponuntur quinqз: quorum primum: Omnis recte linee super rectam lineã stantis duo vtrobiqз anguli sunt recti / aut duob⁹ rectis equales. Discipulus. Quando sunt recti? Magister. Cum linea recta super rectã perpendiculariter steterit. Cum vero perpẽdiculariter non steterit: anguli duob⁹ rectis equales sunt: vnus scз acutus et alter obtusus. Exẽpla sunt: linea a b sup quam stet linea c d perpẽdiculariter et e f oblique. Scđm: omnium duarum linearum se secantium anguli oppositi sunt equales: vt sint linee a b. et c d intersecãtes se in puncto o erunt anguli k l equales: similiter h e. Ex hac et precedenti concluditur: qđ omnes anguli aliquod spacium circumstantes valent quatuor rectos / et tres obtusos: acutos vero non pauciores q̃ quinqз: si etiam spacium in plures diffusum fuerit angulos. Tertium theorema quod

4 recti.





3 obtusi




5 acuti









similiter ex precedentibus concluditur tale est. Si duabus lineis equedistantibus linea superuenerit: duo anguli coalterni equales erunt. Et angulus extrinsecus angulo intrinseco sibi opposito equalis erit: et duo anguli intrinseci ex alterutra parte constituti duobus rectis equales erunt: vt sint due linee a b et c d eque distantes: super quas cadat linea e f secans eas in punctis g et h anguli g et h sunt coalterni et equales: et angulus extrinsecus k est equalis angulo intrinseco sibi opposito: et anguli intrinseci m et n duobus rectis sunt equales. Quartum omnis angulus solidus quatuor rectis et planis minor est: vt patet in angulo. o Quintum: omnis angulus rectilineus infinitis angulis contigentie maior est: vt angulus rectilineus a maior est angulis contigentie e b: nec crescere poterit angulus contingentie donec ad equalitatem recti perueniat: licet semper propius accederet: si enim rectitudinem attingeret etiam non angulus contingentie, sed rectus esset.











Theoremata de superficie Capitulū XVI Magi.

De superficiebus in genere theoremata quinque sunt. Quorum primum: Superficies similes sunt, quarum anguli vnius angulis alterius sunt equales: lateraque angulos equos continētia sunt proportionabilia: vt triangulus a c b. similis est triangulo a d e. quia angulus c equalis est angulo d. quia ambo recti: et angulus f equalis angulo e: quoniā coalterni: et similiter angulus h angulo b. Latera quoque hos angulos continentia sunt proportionabilia: nam sicut se habet latus b c ad latus c a. ita se habet latus a d ad latus d e. Amplior huius theorematis deductio patebit infra in praxi. Secundū: Superficies mutekesia. i. minutorum sunt, inter quorum latera inconti nua proportionalitas retransitiue habetur: vt sunt superficies e d f et b a c. In his enim proportio lateris a b se habet ad proportionē lateris d e. sicut proportio lateris e f ad proportionem lateris b c. Tertium: Superficies erecta est super superficiem cum ab eodem puncto linee que est terminus communis illarum superficierum due linee perpendiculares superstant rectum continentes angulum: et in eisdem superficiebus site sunt. Discipulus. Exemplum addas. Magister. Sit superficies iacens c d e f. et superficies erecta super hanc a b c d. Est itaque linea cōmunis terminus harum c d. in qua signato puncto g protrahantur due linee perpendiculares scilicet g h. in superficie erecta: et g k in iacente: si he linee angulum rectum continent scilicet g superficies a b c d ortogonaliter erecta est super superficiem c d e f. vt proponit theorema. Quartum: Superficies equedistant que si in infinitum protrahantur non concurrūt: vt sunt b c d et f g h. Quintum: quelibet superficies rectilinea aut est trigona aut in trigo-












nos resoluenda. Ex quo patet trigonum esse primam superficierum angularium: vt superficies quadrangula in duos resoluitur trigonos. scz a b c d resoluitur in trigonum a b c et c d a.





De triangulo. Capitulum XVII Discipulus.


Quoniam trigonum superficierum angularium primam dicis: de eo si que habes theoremata edicito. Magister. Haberem ꝙ plura: sed ne epitomatis excedam modum ex his tñ vndecim ponã. quorũ Primũ: Omnis trianguli angulus extrinsecus duob⁹ intrinsecis sibi oppositis est equalis: vt sit triangulus. a b c. cuius latus b c protrahatur vsq₃ ad d. erit. c. angulus extrinsec⁹ duob⁹ angulꝭ intrinsecis sibi oppositis scz a et b. equalis. Et pbat' sic: a pũcto c. ptrahat' linea c f. eque distãs linee a b. ⁊ diuisus est angul⁹ c. extrinsec⁹ in duos angulos. f. e et g. eritq₃ angulus e equalis angulo a per tertium theorema de angulis: quia sunt coalterni. Et angulus g extrinsecus equalis angulo b intrinseco sibi opposito: per secundam partem eiusdem theorematis: quare totus angulus extrinsecus c equalis est duobus intrinsecis sibi oppositis: qui sunt a et b. quod fuit probãdum. Secũdum: Omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis: vt sit triangulus a b c. pduco lineam b c vsq₃ ad d causatur angulus extrinsecus e: et quia anguli c et e duobus rectis sunt equales: per theorema primum de angulis: ⁊ angulus extrinsecus e equalis est angulis intrinsecis sibi: scilicet a et b per precedens theorema: erunt itaq₃ tres anguli: scz a b c equales duobus rectis: qđ fuit pbandũ. Tertiũ: Omnis trianguli duo qlibet anguli duobus rectis sunt minores. pbat': qr duob⁹ rectis sunt equales: igit' si vnum demas: remanentes erũt minores. Vel sic: Sit triangulus a b c. cuius latus b c protrahatur in d. fit angulus extrinsecus e. qui maior est angulo a vel b. ex theoremate priore precedẽti: ⁊ angulus extrinsecus e cũ angulo intrinseco c est equalis duob⁹ rectis ex primo theoremate de angulo: igit' anguli intrinseci b et c sunt duobus rectis minores: similiter anguli intrinseci a et c. Idem probatur eodem modo de angulis a et b si protrahatur linea b a in f. Quartum: Equales sunt sibi cuncti trianguli qui super eandem basim/atq₃ inter duas lineas equedistantes sunt constituti: vt triangulus a b c et d b c constituti sunt super basim b c inter lineas eque distantes: que sunt a e et b f. Patet: quia tales trianguli dimidia sunt quadrati super eandem basim constituti. Quintum: in omni triangulo duum equalium laterum vterq₃ angulorum qui sunt ad basim: est minor recto: ⁊ vnus alteri est equalis: vt si. triangulus a b c: cuius latera a b et a c sunt equalia: erit b c basis: ⁊ angulus b minor recto: ⁊ angulus c minor recto: et angulus b equalis angulo c. Ex quo sequitur: q̄ si alicuius trianguli duo anguli equa-



















les fuerint: duo latera equos angulos respicientia erūt equalia: vt in dicto triangulo latera a b et a c respicientia equos angulos b et c sunt equalia. Sextum:




Omnis triāguli duo quelibꝫ latera simul iūcta reliquo sūt longiora: vt sit triangulus a b c erunt latera a b et a c simul iuncta longiora latere b c. Septimum: Omnis trianguli latus longius angulo maiori oppositum est: vt in dato triangulo: angulus maior est a: cui opponitur latus b c: quod maius est lateribus a b vel a c. Octauum: In omni triangulo rectangulo quadratum quod a latere rectangulo opposito in semetipso ducto describitur: equum est duobus quadratis que ex duobus reliquis describuntur: vt sit triangulus rectangulus a b c: cuius angulus a sit rectus: erit quadratū lateris b c equale duobus quadratis laterum a b et a c. Sed non contingit ita semper reperiri in numeris: non enim potest numerus quadratus quadrato esse duplus. Et quod dictum est de quadratis, habet etiam veritatem de alijs superficiebus ex trianguli lateribus descriptis in lineatione ꝛ creatione similibus: vt triangulus oxogonius constitutus ex latere b c/equalis est duobus triangulis oxigonijs constitutis ex lateribus a b et a c. Discipulus. Quantum autē potest latus ampligonij quod obtuso angulo subtenditur respectu aliorum laterum? Magister. Tanto amplius quantum est qđ cōtinetur bis sub vno eorum atqꝫ ea linea que sibi directe iuncta ad obtusum angulū a perpendiculari extra deprehenditur: vt sit triangulus ampligonius a b c: cuius angulus a est obtusus: ducatur itaqꝫ a puncto c. linea perpendicularis ad lineam a b: que necessario cadit extra triangulum: protraham igitur lineam a b: et tanget hanc perpendicularem in puncto d. erit itaqꝫ quadratum lateris b c tanto maius duobus quadratis laterum a b et a c: quantum est ad id qđ fit ex b a in a d bis. Discipulus Quantum vero potest latus oxigonij angulo acuto subtēso respectu aliorum duorum laterum? Magister. Tanto minus potest ipsis quantū est qđ bis continetur sub vno eorum laterum: cui scꝫ perpendicularis substat: ꝛ ea parte sui qua perpēdiculari ꝛ angulo acuto interiacet: vt sit triāgulus oxigonius a b c. cuius angulus c sit acutus: duco p pēdicularem ab angulo a ad lineā b c in pūcto d. erit itaqꝫ quadratum lateris a b tanto minus quadratis laterum a c et b c quantum est ad id quod fit ex b c in d c bis. Et qđ iam dictum est de latere subtenso angulo oxigonio: habet








etiam veritatem de latere subtēso angulo acuto in ampligonio/vel orthogonio. Nonū: Si ab aliquo angulorū trianguli linea recta ad basim ducta illū angulū per equalia secet: due partes basis reliquis eiusdē trianguli ꝓportionales sunt: vt sit triangulus a b c: et angulum a diuidat per equalia linea perpendicularis a d ducta ad basim b c. erunt partes basis. s. b d et d c. ꝓportionales laterib⁹ a b et a c. qd̄ facile patet in numeris: patebitq̄ infra in praxi. Decimū: Si ab ortogonij angulo recto ad basim linea perpendicularis ducatur: erit ipsa perpendicularis inter duas sectiones ipsius basis proportionalis: ⁊ vtrūq̄ latus inter totam basim atq̄ sibi conterminalem basis portionē: vt sit triangulus a b c. a cuius angulo a recto ducatur linea perpēdicularis ad basim b c erit linea a d ꝓportionalis parti basis b d et d c. et sicut tota basis ad latus a c vel a b. sic latus a c ad partem basis d c ⁊ latus a b ad partē basis b d. et hec quoq̄ infra manifesta erit. Undecimū: Omniū duorū trianguloꝝ quorū anguli vnius angulis alterius sunt equales: latera equos angulos respiciētia sunt ꝓportionabilia: vt sint trianguli a d e et a b c: quorū angulus d est equalis angulo b: et angulus a angulo e: et angulus f angulo c. Ob id latera a d et d e sunt proportionabilia lateribus a b et b c. Nam sicut se habet latus d e ad latus a d: sic se habet latus a b ad latus b c. Ex hoc theoremate mira concludi possunt: probatum est partim supra theoremate primo de superficie: latius autem infra in praxi deducetur.










De quadrangulo. Capi. XVIII Magister.


De quadrangulo hec ponantur theoremata. Primum: Omnis parallelogrami spacij ea quidē que diameter secat/per medium parallelogramum circa eandem diametrum consistere dicuntur: vt sit spacium parallelogrami a b c d: cuius diameter sit a d. quem diuidant due line e f et g h ducte eque distanter lateribus oppositi dicti parallelogrami secantes se super diametrum in puncto k: et erit totum hoc spacium diuisum in quatuor rectangula: quorum duo que diameter secat/per medium videlicet a h e k et k f g d circa diametrum consistunt: reliqua duo scʒ h b k f et e k c g supplementa dicuntur: et sunt semper sibi inuicem equalia: que ambo sumpta cum vno parallelogramorum circa diametrum consistentium/constituunt gnomonem: cui si addatur aliud parallelogramum circa eandem consistens diametrum/totum parallelogramum integratum est. Unde patet dictum Aristotelis in predicamentis: vbi dicitur Parallelogramū addito gnomonem ipsum crescit: sed non










alteratur. Secundū: Duobus quadratis assignatis tertium datum equale constituere facile est probabile: sint enī quadrata duo data a b c d. et e f g h. protrahatur latus a c in directum versus l. donec c l equale fit vni laterum quadrati e f g h. et a puncto l ducatur linea recta ad punctum d. Et fit triangulus rectangulus c d l. cuius latus d l oppoositum angulo recto c ergo quadratum descriptum a latere d l equum erit duobus quadratis descriptis a lateribus c d et c l per nonum theorema de triangulo: ⁊ rursus ex linea d l circa quadratum a b c d describatur gnomo: qui erit quadrato e f g h equalis: quod sic patet. Nam totum quadratum d l includit duo quadrata a b c d et e f g h. vt probatū est: igitur dempto ab eo quadrato a b c d q̇ remanet gnomo/ equus est reliquo quadrato e f g h. Tertium: Omnes superficies eque distantiū laterum super vnā basim: atq̄ in eisdem alternis lineis ꝯstitute sunt equales: vt sint linee alterne equedistantes a b et c d. Inter quas constituam duas supficies equedistantium laterū scilicet a f c e. et g c h e super eandem basim c e. et erunt equales. Quartum: si parallelogramum et triangulus in eadem basi ⁊ in eisdem alternis lineis fuerint constituta: parallelogramum triangulo duplum est: vt sint alterne linee equedistantes a b et c d. inter quas constituatur parallelogramum a e c f sup basim c f quod diuidatur in duo per diametrum a f. fit triangulus a c f super eadem basi c f. ad quem parallelogramū a e c f duplum est: quia continet ipsum et ei equalem scilicet a c f. et dictum parallelogramū erit similiter duplum ad triangulum c b f in eadem basi constituto: quia triangulus c b f equalis est triangulo a c f. ex theoremate quinto de triangulo. Quintum: Si fuerit linea in duas quantascūq̄ partes diuisa quadratum quod fit ex ductu totius linee in alteram eius partem: equale est quadratis que ex ductu eiusdem partis in seipsam ⁊ alterius in alteram fit: vt sit linea a b diuisa in a c et c b. erit quadratum d a e b constitutū ex linea a b et a c equale quadrato constituto ex a c quod est d f a c. et quadrato f c e b. quod fit ex ductu linee a c in c b. Quod facile claret in numeris: vt sit tota linea a b. vt. 7. pars a c. 3. et pars c b. 4. erit quadratum ex b c et a c. 21. quia ter septem sunt. 21. et quadratum a c. 9. nam ter tria sunt nouem: et quadratum ex a c et c b duodecim eo ꝙ ter quatuor faciunt duodecim. Hec autem duo quadrata simul iuncta nouem scilicet ⁊ duodecim faciunt viginti vnum equale quadrato priori. Et non solum hoc theorema in numeris: sed ⁊ plura alia demonstrari possunt: que bre-








uitatis causa silentio transire libuit. Sextum. Si fuerit linea in duas partes diuisa/quadratum quod ex ductu totius in seipm̄ fit/equum est his que ex ductu vtriusq partis in seipsam et alterius in alteram bis fiunt. vt sit linea a b. 8. diuisa in c. et habeat linea a c. 6. et linea c b. 2. erit quadratum ex tota linea a b. 64. et quadratum linee a c. 36. et quadratum c b. 4. et quadratum a c. in c b. 12. et rursus quadratum a c in c b. 12. que vltima quatuor simul iuncta/faciunt. 64. quibus equatur quadratum primum: quod sit f g a b. ex quo concluditur q paralelogramma duo totius per que transit diameter sunt ambo quadrata. Ualet hoc theorema pro intellectu theorematis septimi de triangulo.





De circulo theoremata. Capitulum XIX Magi.





De circulo hec ponuntur theoremata. Primum. Circulos quorum diametri equales fuerint/equales esse necesse est. vt sunt circuli a et b. Secundum. Circuli propositi facile est centrum reperire. Discipulus. Quo ingenio? Magister isto. Sit circulus datus a b c. cuius centrum queritur duc in circulo vbi placuerit lineam a c. applicantem extremitates suas circumferentie ex vtraq parte: quam diuide per duo equalia in puncto d. a quo duc lineam perpendicularem ad lineam a c. cuius extremitates applicentur circumferētie ex vtraq parte: quam rursus diuide per equalia in puncto f: qui et centrū circuli est quesitum. Uel aliter sic. In circumferentia circuli dati signa tria puncta cum quibus operare vt in quarto theoremate de puncto dictum est. Tertium. Circulorum se secantium centra sunt diuersa: nec alter alterum plus q̄ in duob⁹ locis secare potest. vt patet in circulis a b c. et d e f. quorum primi centrum est k. secundi est l. et intersecant se in punctis m n. Quartum. Circulus intrinsecus circulum contingens: non idem centrum cum eo quem contingit necessario habebit. vt patet in circulis a b c. et d e f. quorum primi centrum est o. secundi e. Quintum Si circulus circulum contingat: siue intrinsecus/siue extrinsecus/in vno tm̄ loco contingere necesse est. Patet primum in circulis iam proxime datis. secundum videbis in circulis a et b. qui se contingunt in puncto e. Circulus autem circulum contingit/quem tangendo non intersecat. Unum vero circulum sex equales possunt contingere. et sphere duodecim vnam equalem cōtingere possunt. Sextum. Angulus a linea recta et circulo quem contingit contentus/omnium acutorum est acutissimus. Is vero qui continetur a diametro et circumferentia/omnium acutorum est amplissimus. Pa-















tet in circulo dicto a. quem contingit linea e f. erit angulus o acutissimus: et angulus p omnium acutorum maximus: et quanto circulus maior fuerit/ tanto angulus contingẽtie minor est. et quanto circulus minor fuerit/ tanto angulus contingentie est maior. Supplementũ huius est supra in vltimo theoremate de angulo. Disci. Quam lineam circulum contingere dicis? Magister. Que cum circulum contingit/ in vtrãq; partem erecta circulum non secat. Septimum. Si intra circulum angulus supra centrum consistat: alius vero supra circumferentiam consistens/ eandem basim habeat: qui supra centrum est ad reliquum duplus est. vt patet in angulis a b. quorum angulus a duplus est ad angulum b. et habent basim cõmunem d e. Octauum. Angulus rectilineus semicirculi super arcum consistens rectus est: in portione vero semicirculo minore/ maior: in portione autem maiore/ recto minor est. vt patet de angulis a b c quorum angulus rectus. angulus b recto minor: et angulus c recto maior. Nonum. Omnium duorum circulorum est proportio vnius ad alterum sicut quadrati diametri alterius. vt patet in circulis a. et b, qui sunt in proportione dupla. Decimum. Arcum datum hoc pacto contingit per equalia diuidere. Sit arcus diuidendus a b c. cuius chorda est b c. pone pedem circini immobilem in pũcto b. extende alium vsq; ad arcum: super quẽ portionẽ describas/ arcum datum intersecãtem. quo facto/ pone pedem circini immobilem in c. et aliam portionem dictam intersecantem describas: et punctus intersectionis erit: in quo arcus datus est per equalia diuisus. Undecimum. Omnis trianguli equilateri/ quod a latere vno quadratum describitur: triplum est quadrato dimidij diametri circuli: a quo triangulus ipse circumscribitur. vt sit circulus a b c. et triangulus inscriptus similiter a b c. Dico q; quadratum lateris b c. triplum est ad quadratum d e.














De figurarum inscriptione theoremata. Cap. XX. Discipulus.

Num plura de angulis/ lineis aut superficiebus dare posses theoremata? Ma. Possem: sed ea omnia ponere non tam necessarium esset ad intẽtionem nostram q̃ laboriosum. Nã ea tñ tradere placuit quibus ad praxim immediatius vti cõuenies: ad quam etiam figurarum inscriptio





deseruiet. Ob id de ea quoqȝ theoremata quedam ponenda sunt. Disci. Attamen primum edicito/ que superficies alteri inscribitur? Magi. Que latera eius cui inscribitur vno quoqȝ angulorum suorum intrinsece contingit. Circũscribitur vero figura figure cuius latera eius cui circumscribitur omnes angulos contingit. vt patet in triangulis a b c. d e f. quorum primus circumscribitur secundo. et secũdus circumscribitur primo. Et quoniam isopleuri sunt totus circumscriptus toti inscripto quadruplus est: eiusqȝ singula singulis lateribus inscripti dupla. Disci. Nunc si que habes theoremata dicas. Magister. Primum est tale: Intra datum triangulum potest circulus inscribi. Disci. Quo modo. Magi. Illo. Sit triangulus a b c. cuius latus a b diuidas in duo equalia in pũcto e. a quo ducas lineam rectam in angulum c. rursus diuidas latus a c in duo equalia in puncto f. a quo linea recta ducta in angulum b. secabit lineam e c. in puncto d. qui erit centrum circuli inscribendi. Secundum: Dato trigono ortogonio/ hoc pacto contingit circulum circumscribere. Sit trigonus a b c. cuius angulus rectus a. erit b c. latus longius: quod diuidas in duo equalia in puncto d. qui erit centrum circuli circumscribendi. Tertium: Dato trigono oxigonio circulum circumscribere possumus hoc modo. Sit triangulus a b c. cuius latus a b. diuidatur in puncto e. a quo ducatur linea recta in angulum c. Et rursus diuidatur latus a c. in puncto f. a quo ducta linea recta in angulum b. secabit lineam e c. in puncto d. qui est centrum circuli circũscribendi: et erit quadratum cuiuslibet lateris trigoni inscripti triplum ad quadratũ diametri dimidie circuli circumscripti: quod facile probatur ex theorematibus de trigono. ac semper isopleurus et circulus sibi mutuo inscripti concẽtrici sunt. Quartum: Dato trigono ampligonio circulum circumscribere possumus hoc pacto: Sit trigonus a b c. cuius angulus a. obtusus erit latus b c. longius: quod diuidatur in duo equalia in puncto h. per quem et angulum a ducatur linea: a h f dupla aut maior linee a h. Rursus diuidatur latus a c in duo equalia in puncto e. a quo ducatur perpendicularis donec intersecet lineam a h f. in puncto g. qui erit centrum circuli circumscribendi. Quintum: Dato circulo trigonum ortogonium inscribere erit diameter circuli dati/ latus longius angulo recto oppositum: et medietas semicirculi angulus rectus. Dato vero circulo si trigonum ampligonium inscribere placuerit/ erit chorda portionis minoris latus angulo obtuso oppositum: et medietas arcus angulus obtusus. Si autem dato circulo trigonus oxigonius inscribẽdus fuerit/ diuidat circũferentia in tris eq̃lia: et pũcta diuisiõis erũt an-




















guli trigoni oxigonij: a quibus latera sunt ducenda. exempla patent in secundo tertio et quarto theorematibus predictis. Sextum. nō modo circulo trigonus / sed quadratus potest inscribi. Disci. Quo ingenio? Magister. Sit circulus. a b c d ⁊ centrum e. per quod ducam duos diametros se ortogonaliter intersecantes: quarum extremitates erunt anguli quadrati: a quibus protractis lateribus emerget quadratum quesitum. Septimum. Intra datum quadratū contingit circulum inscribere. Discipulus. Quo pacto? Magi. Sit quadratum a b c d. diuidatur vnumquodqꝫ latus in duo equalia in punctis e f g h. a quibus ducātur due linee intersecantes se ortogonaliter in k. qui est centrum circuli quesiti. Octauum: circa ꝓpositum circulum / quadratum describere: vt sit circulus datus a b c d. cuius centrum e per quod duco duos diametros intersecantes se ortogonaliter: a quaꝝ extremitatibus duco lineas ortogonales sese tangentes in punctis. f g h k. quadratum circa datum circulum constituentes. Nonum. Circa datum quadratum circulum describere. sit quadratum a b c d. producam in eos duos diametros intersecantes se in puncto e. qui erit centrum circuli circumscripti. Decimum. Intra datū circulum pentagonum equiangulum describere. sit circulus cuius centrū f. diuidatur eius circūferentia in quinqꝫ equalia in punctis a b c d e. que lineis coniuncta pentagonum quesitum constituunt. Et si ab angulo a. in angulum c. et rursus ab angulo b. in e. rectam lineam duxeris: quelibet harum alteram diuidet ſm proportionem habentem medium et duo extrema: et maior portio lateri pentagoni equalis erit. Undecimum: circa circulum datum pentagonum equiangulum describere. sit circulus cuius centrum f. cuius circumferentia diuidatur in quinqꝫ equalia in punctis a b c d e. tractis totidem a centro ad hec puncta lineis: super quas singulas produco ortogonales sese in punctis g h k l m. contingētes. atqꝫ pentagonum quesitum continentes. Duodecimum. Intra pentagonum datum circulum describere. sit pentagonus a b c d e. cuius latus a b diuidaꝛ in duo equa in puncto h. a quo ducatur linea recta in angulum d. Rursus diuidatur latus b c. in puncto g. a quo ducatur linea recta in punctum e. hec intersecabit lineam h d. in puncto f. qui est centrum circuli inscribendi. Et eo ingenio alias quascunqꝫ multiangulorꝫ figuras circl'o / et rursꝰ circulū ipsis et ipsis figuras angl'ares angl'aribꝰ īscribere / aut circūscribere liq̄de dinosces.










Theoremata de Corpore. Capitulum XXI Disci.

SAne quidem vt ais figuras planas/ planis inscribere et circumscribere ex dictis intelligo/ figurarum adiutus descriptione: de corporibus vero an idem sit iudicium nec ne/nondum accepi: quapropter et corporum (si que habes) theoremata subiungas. Magister. Corporum theoremata varia et quidem perpulchra sunt: at vero in plano (quemadmodum superficies) describi non possunt. difficillimū est enim intellectum in mathematicis minus bene vsitatum eiusdem speculationes posse prima fronte apprehendere. Tuis tamen semper acquiescens petitionibus/de regularibus saltem aliqua ponam theoremata. Primum: tm̄ regularia et non omnia loci sunt repletiua. Discipulus. Assentio minime. Magister. Quapropter? Discipulus. Quia omne corpus in loco est: et eum in quo est replet: et ab eodem circumscribitur. Magister. Verū quod argumentaris de repletione physica (de qua in naturalibus) non autem de repletione mathematica circa quam hec nostra versatur disceptatio. Discipulus. Quid est replere locum mathematice? Magi. Replere locum mathematice dupliciter contingit: scȝ sm superficiem: et sm corpus. Replere autem locum sm superficiem/est totum spacium circumstans aliquem punctū in superficie plana superficiebus occupare. Tale autem spacium cum quatuor rectos valeat angulos (vti visum est in secundo theoremate de angulo) ab his tm̄ superficiebus repletur/ quarum aliqui anguli iuncti quatuor rectos valent. vt sunt trigonus tetragonus et hexagonus. vn̄ sex trianguli isopleuri/quatuor tetragoni/et tres hexagoni locum replent. vt patet in figuris. Discipulus. Quid est replere locum sm corpus? Magister. Est circa punctum in corpore constitutum/totum spacium vndiquaqꝫ adimplere. Ex quo claret hoc corpus solum locū replere: quod sm angulum suum solidum aliquotiens sumptum circa pūctum vnum/totum spacium vndiquaqꝫ occupabit: vt est videre in cubis: quorum octo angulariter iuncti locum replent corporaliter: Discipulus. Quid de alijs regularibus corporibus. Magister. Cetera corpora regularia locum nō replent pyramide dempto: de quo non paruus inter mathematice professores disceptatio fuit: et adhuc sub iudice lis est. Nam quidā pyramides duodecim/alij viginti/ nonnulli autem vigintiquatuor locum replere demonstrare conati sunt. At vero qui mathematice dogmata rimantur subtilius/astruere nituntur pyramidem regularem quotienscunqꝫ multiplicatum loci continentiam localem non posse replere. De his tamē ad presens me (quia prima traditurus sum rudimenta) admonuisse magis ꝙ demonstrasse sufficiat. ad reliqua transeamus.


Replere locū mathematice sm superficiē

sm corpus


Sex ysopleuri



Quattuor Tetrgoni




Tres Exagoni





De inscriptione mutua regularium corporum: et de inscriptione omnium regularium uni et eidem sphere. Capitulum ultimum. Magister.

Secundum de corporibus theorema est tale. Corpora regularia a se invicē et a sphera sunt circūscriptibilia. Discipulus. Que possunt inscribi pyramidi? Mag. Tantum octohedron: et rursus ipsi octohedron pyramis et cubus possunt inscribi. Cubo vero inscribitur octohedron: ipsi autem icohedron omnia preter octohedron inscribunt. Quod quidem facilius deprehendes / si latera corporū ex arte poteris fabricare. hoc pacto. Sit diameter sphere cui inscribenda sunt corpora regularia b. que diuidat in duo equalia in d. et rursus a b. in tria equalia in c itaqꝫ a c fit dupla ad c b. et posito pede circini in d. lineet semicirculus: cui a b. fit diameter siue chorda. Et ducantur linee perpendiculares a punctis d et c. ad circūferentiam que sunt f et e. ſm doctrinam quarti theorematis de linea.



producatur linea recta ab a ad e. que erit latus pyramidis similiter ducatur linea recta ab f ad b. que erit latus octohedron. sic quoqꝫ linea recta ducta ab e. ad b. erit latus cubi: que si diuidatur ſm proportionem habentem medium et duo extrema: ſm theorema octauū de linea: in puncto p. maior portio scz p b. erit latus duodehedron. Rursus diuidatur d b. in duo equalia in m: a quo ꝓducatur linea perpendicularis que sit m n. ⁊ a puncto n. ducat linea recta ad b. que erit latus icohedron. ut patet in descriptione hic depicta. Horū vero corporum fabricatio exemplari potius q̄ oculis subest q̄ intellectuali libuit demonstratione demōstrare. quēadmodum iam vidisti eadem ex papyro coniuncta. Tertiū. Omnium duarum spherarum est proportio unius ad alteram tanq̄ sue diametri ad diametrum alterius proportio triplicata. Hoc claret in spheris a b et c d. Spherarum igitur quarum diametrorum proportio est dupla / erit proportio octupla. Quartum. Omnis columna siue sit laterata siue rotunda / tripla est ad suam pyramidem. Unde si colūna habet eris libras. 30. pyramis habebit tm̄ libras decem. Quintum. Equa corpora sunt atqꝫ similia / quorum terminales superficies numero ac quantitate equales sunt atqꝫ similes. ut sunt duo cubi bipedales. Sextum. Corpora similia sunt que similibus superficiebus et numero equalibus continentur. unde quorumcunqꝫ corporum rotundorū quorum axes suarum basium diametris sunt proportiōales: sunt similia. ut axes pyramidis a dupla est ad diametrum sue basis e. Similiter axis pyramidis b dupla est ad diametrum sue basis f. igitur pyramis a b. similis est pyramidi b.





Libri sexti in praxim Geometrie Tractatus Secundus. Capitulum I Discipulus.

Ex dictis nondū intelligo quonā pacto aut ingenio terram spaciumue terre metiri possim: quod tamē geometrie nomen visum est insinuare. Magister. Verū dicis. nam tibi in prioribus geometrie generaliora principia paucasqꝫ eiusdem theorias proposui. Jam vero quia te vigilantissimum eiusqꝫ percupidum sentio/ de metiendi modo pauca subiungere enitar. In primis autem quid mensura/ et que eius partes premittam.


De mensura et partibus eius. Capitulum II Discipulus.


Mensura. Quid est mensura? Magister. Est compluriū et inter se equaliū interuallorꝫ longitudo finita. Di. Partes mensure que sunt? Magi. De. miliariū. stadiū. actus. pes. semipes. palmus seu palesta. spithame. dichas. digitus. vncia. Antiquiores nanqꝫ orbem in partes/ partes in prouincias/ prouincias in regiones/ regiones in loca/ et loca in territoria/ territoria in agros/ agros in centurias/ centurias in iugera/ iugera in climata/ climata in actus/ act⁹ in perticas rē. diuiserunt. Vias vero latini per miliaria/ Greci p stadia/ Galli per leucas/ Egypti per signes/ Persi p asangas metiebant.


Miliarium. Dis. Miliariū qd est? Ma. Spaciū ꝯtinens in longū qnqꝫ milia pedū: q faciūt mille passus: a qbus miliariū dr.


Stadium. Dis. Stadiū quantū ꝯtinet? Magi. Octauā ptē miliarij. s. pedes. 625. q faciūt passus. 125


Leuca. Leuca vo finit passib⁹ mille qngentis. Dis. Act⁹ quātū habet? Ma. Act⁹ triplex est. s. Minimus: et ꝯtinet ī latitudine pedes. 4. in longitudine vo. 120. Actus duplicatus: et continet in longitudine. 240. in latitudine vero. 8. Nonnulli vero actum duplicatū iugerum facere/ qd in longitudine. 240. in latitudine vero. 120. dicunt continere. Hec iugeri in climata reqrit diuisio. continet enim clima (vt aiunt) ex omni parte pedes. 60. itaqꝫ ex vno iugero octo fiunt climata. hoc aūt intelligendū de actu quadrato duplicato. Nam actus quadratus ex oīni parte continet. 120. pedes. Centuria vero olim centū iugera/ nūc vero vt Varro ait/ ducēta iugera ꝯtinet. Disci. Pertica quantū ꝯtinet? Ma. Pertica. i. radius/ virga est oblonga/ decem ꝯtinens pedes: a quibus decempeda dicta est. Pertica vero dr quasi portica: a portando. Disci. Passus quantū habet? Ma. Passus simplex habet duos et dimidiū. Sed passus duplex habet pedes. 5. Gradus pedes duos. Cubit⁹ pedē. 1. et dimidiū. vel habet pedes. 2.
















Cubitus vero magnus habet.9. pedes. Talibus cubitis intelligunt nonnulli mensuratã arcam Noe. Pes vero.4 habet palmos: Semipes duos continet palmos. Est aũt pes triplex.s. porrectus/contractus et quadratus. Porrectus est pedalis mensura in longũ protensa. Cõtractus est pedalis mensura in longum et latum cõsiderata. Quadratus vero est mensura pedalis in longũ/latum et profundũ extensa. Spithames aũt habet palmos tres: et est grad⁹. Dichas vero habet palmos duos. Disci. Palmus quantum habet? Mag. Digitos quatuor. palmus aũt maior quem proprie geometricũ vocant/continet longitudinẽ que est a radice indicis vsq; ad medium vnguis eiusdem que est a radice indicis vsq; ad medium vnguis eiusdem digiti. Uncia aũt digitos tres habet. Dis. Digitus aũt quantũ continet? Magister. Quatuor hordei grana per latũ dispositis. Posuerunt aũt antiquiores non modo hec que dixi integra/verum z barũ minutias. vt post digitũ statherem: quadrãtem/drachmam/scrupulum/obulum/semiobulum/siliquã punctum/minutum et momentum. Et has minutias varijs consignabant characteribus. His breuitatis causa (quoniam parum aut nihil ad rem faciunt) obmissis mensuras dictas ad praxim applicabimus.





palmus geometricus

De tribus modis mensurandi in genere. Capitulum. III.




OMnis geometrice considerationis quãtitas est linea superficies aut corpus: ob id quarũcunq; rerum metiendarum quantitatis mensurã in ratione linee/superficiei aut corporis indagabimus. Mensurã autem que ẽm lineam fit/eam ipsam voco que in longũ latum et ꝓfundum metiẽ: de qua ea geometrie pars est quam altimetrã vocant: que in sursum et deorsum. et illa quam planimetrã dicunt: que in ante et retro/dextrorsum et sinistrorsum mensurat. que aũt ẽm superficiẽ fit/mensura illa est qua non superficierum longitudo et latitudo (quoniã hec per precedentẽ deprehendiẽ) sed quanta totius superficiei sit area lineis suis clausa inquiriẽ. Mensurã vero quã ẽm corpus fieri diximus hanc intelligas/qua cuiusq; corporis soliditas siue crassitudo deprehenditur. De his per ordinem dicturus/de mensura lineali exordiar.


altimetra
planimetra

De mensuratione linearum. Capitulum. IIII Discipulus.

LInearum mensuratio quo fit ingenio? Ma. Etsi linearũ quãtitates per dictas in scdo capitulo mensuras deprehendere possis: eas tñ nõ ad quascunq; res applicare facile est: ob id instrumentũ aliud multo certius ex ea Euclidis ꝓpositione fabricabimus. Oĩm duoꝝ trianguloꝝ quorum anguli vnius angulis alterius sunt equales: latera equos angu-

gulum sc; a b c d. super angulos a b duas pone pinnulas perforatas vt per ipsas terminum rei mensurande possis conspicere. Fac et regulam in quantitate diametri predicti quadrati/aut longiorem: que vocetur d e. ipsamq; in puncto d clauo subtili quadrato infigas: super hanc etiam pinnulas duas perforatas pone: que sine f e. stabũt ante dicte pinnule in eadem linea: similiter ⁊ pinnule quadrati: ⁊ paratum est instrumentum in forma ista: cui si limbum quadrantis in. 90. gradus diuisum inscripseris: generale erit instrumentum fere ad omnia ea que vel per quadrantem vel astrolabium inuestigari possunt vtilissimum ⁊ cõmodissimũ ratione triangulorum quos regula facit cum lateribus quadrati: latera quadrati in gradus vel alias partes ad placitũ vtentis diuidi possunt. Si per hoc instrumentum linee cuiuscũq; quantitatem inquirere volueris: angulum a ad linee principium ponas: per cuius foramen ⁊ b linee terminum conspicias: ⁊ in hoc situ instrumentũ tuum figas: dehinc per pinnulas regule: scilicet f e eundem linee terminum perspicias: ipsam regulam sursum aut deorsum voluendo/ donec terminum linee priorem videre possis: ⁊ punctum intersectionis linee regule ⁊ lateris c b animaduertas que vocetur g. tunc enim habebis triangulos duos/scilicet d a b (et intelligo hic b in termino linee conspiciende) et d c g quorum anguli vnius angulis alterius sunt equales: vt oculis licet videre. Erunt igitur latera equos angulos respicientia: videlicet c g. et a b proportionabilia. Sicut enim se habet c g ad totum a b. siue c d. ita se habet a b (vt b stat in termino rei vise) ad a d. Quotiens igitur tota c b vel c d continet c g. totiens a b continet a d. ex primo theoremate de super-





ficiebus: et vltimo de triangulis. Per hoc igitur instrumentũ altitudinẽ turris: ꝓfunditatẽ putei aut vallis: lõgitudinẽ aut latitudinẽ cãpi: ⁊ insuper omnẽ lineam rectam potes metiri. Insuper altitudinem ⁊ latitudinem turris/value aut fenestre alteriusue rei alio inuestigare si placet valebis ingenio. Discipulus: Quali? Magister.


Baculus Jacob



Baculo quem Jacob dicunt. Discipulus. Qualis is est baculus? Magister. Accipiatur baculus cuiusuis longitudinis: quem in partes equales diuidas: circa sectiões rimas aut foramina fabrices: dehinc baculum paruũ mensure vnius partis diuisionis predicte facias: ⁊ paratus est baculus: per quẽ si altitudinem rei consyderare placuerit: pone baculũ paruum in foramen vnius diuisionis vt placuerit: ⁊ baculũ verte: vt scʒ extremitates baculi parui impositi sursum ⁊ deorsum tendant: quo facto/accedas aut recedas/donec per has extremitates rei conspiciẽde superiorẽ ⁊ inferiorẽ terminos videas ⁊ sic signa locum stationis tue. Dehinc baculum paruum de foramine priore extrahas ⁊ in proximũ retro (si accedere volueris) aut ante (si retrocedere intendas) pone: ⁊ iterum accedendo ⁊ retrocedendo per extremitates baculi parui/terminos rei vise conspicias: locũqꝫ stationis illius signes: quantũ eñi est inter istam ⁊ priorẽ stationem/tanta est altitudo rei vise. Sic simili modo latitudinẽ inuestigabis/si baculũ ita vertas vt extremitates baculi parui dextrorsum ⁊ sinistrorsũʒ ꝑtendat. Sunt ⁊ plura alia ingenia ⁊ instrumẽta ꝑ que ea que dicta sunt inuestigantur: de quibus breuitatis tñ causa supsedendũ est: stilum ad alia vertamus.

De mẽsuratiõe circũferẽtie circuli ⁊ insup eiusdẽ diametri Ca. V. Dis.


Numquid possum ne per instrumẽta dicta circuli periferiam metiri? Magister. Non: sed tñ lineam rectam. Discipulus. Quo igitur ingenio ipsa venit metienda? Magister tali. Diameter circuli cuius periferie quantitatẽ si scire placuerit triplet: ⁊ triplato addat septima pars diametri: ⁊ circũferẽtie emerget longitudo: continere eñi circũferentia diametrũ ter ⁊ septimã eius partẽ: hinc est ꝙ si circũferẽtie vicesimã secundã partẽ abstuleris: remanẽtis tertia pars diametrũ indicabit: exemplum sit diameter pedũ. 14. tripletur: ⁊ erunt. 42. his. addatur pars septima diametri: scʒ. 2 et erunt. 44. circũferentie quantitas: a qua si rursus vicesimã secundã partẽ/scʒ. 14. diameter erit. Aliter multiplica circũferentiã per. 7. et productũ diuide per. 22. et numerus quotiens ostendet diametri quantitatẽ. Qꝫ si circũferentie/diametriqꝫ quantitas simul coniuncta ꝓposita fuerit: ⁊ scire distincte volueris quãta vnaqueqꝫ fuerit: multiplica totam summã ꝓpositam per. 7. productũ diuide per. 29. et quoties ostendet diametri quantitatẽ: residuum summe proposite erit circũferentie quãtitas. Exemplũ patet in circuferẽtia et diametro priore. Qꝫ si diameter nota est: ⁊ periferia incognita: multiplica diametrũ per. 22. et productũ diuide per. 7. et numerus quoties ostẽdet periferiam. Exemplũ vt supra: ⁊ hec de primo scʒ linearum mensuratione sufficiant.





Geometrie practice

De mensuratione supficierũ: et primo circularis et semicircularis. Capitulum VI Discipulus.

MEnsurã linearũ intellexi sane: ad supficies nunc stilũ verte queso. Magi. Faciã ac lubens: et de circulo oĩm supficierũ prima et regularissima exordiũ sumamꝰ. Cuiꝰ si areã embadũ siue podismũ/qua oĩa in ꝓposito idẽ significãt. s. ↄtinẽtiã scire volueris: m'ltiplica medietatẽ circũferẽtie in medietatẽ diametri et ꝓductum dabit areã: vt grã exẽpli: sit circulus cuiꝰ circũferẽtia. 44. et diameter. 14. erit area. 154. aut ducat diameter in se: ꝓductũ multiplicet p. 11. ꝓducti decimaquarta pars erit area. Uel ducat diameter in circũferentiam: et ꝓducti quarta pars erit area quesita. Q si sola circũferẽtia nota sit: multiplicet in se: et ꝓductũ rursum multiplicet p. 7. ꝓductũ diuidat p. 88. et patebit area. Si aũt ex area nota scire volueris circũferentiam: multiplica areã p. 88. a ꝓducto tolle ptẽ septimã: huius latꝰ quadratũ erit periferia q̃sita. Patet igit si diameter vnius circuli ad diametrũ alterius dupla fuerit: erit area quadrupla vt hic ✳ Rursum datis duobꝰ circulis sup eodẽ cẽtro/subtrahe areã minoris ab area maioris: relictũ indicat areã spacij intermedij: vt si area. 38. $\frac{1}{2}$. subtrahunt ab area. 154. remanẽtis. 115. $\frac{1}{2}$. et est area spacij qđ relinquit in maiore circulo minore sublato. Discipulus. Sed semicirculi area qualiter dep̄hendit? Magister taliter. Multiplicet basis p semidiametrũ: ꝓductũ rursus p. 11 ducat: ꝓducti decimaquarta ps areã dabit: vt sit semicirculus cuius basis. 28. semidiameter. 14. erit area. 308. qđ facile ꝓbabit si area totius circuli p modum dictum querat: de hoc satis: ad reliqua propero.









De inuentione aree triangulorum: primo de Isopleuro. Capitulum VII Discipulus.


DE triangulo igit nũc dicas: quẽ in supioribꝰ inter supficies ẽm locũ obtinere volebas. Magi. Ita factitare institutũ: et tñ oĩa simul dicere nõ licet. In primis de Isopleuro: secundo de Isochele: et demũ ordine tertio de scaleno dicere propono. Disci. Isopleuri igit q̃ pacto inueniẽdi est area? Magi. Illo: quoniã equa habet latera/multiplicet latus vnũ p aliud: et producto tertiũ latus addat et eius qđ ꝓuenit medietas aream ostẽdit: vt sit isoplerus/cuius quodlibet latus. 28. habeat: erit area. 406. p quã si latera cognoscere placuerit/ipsam per. 8. multiplica: ꝓducto vnitatẽ adde: totius latus accipe: a quo: id est deme: remanentis medietas quesitum ostendit.




Ysocheles




Amplygonius




Oxigonius



Orthogonius





De Isoschele et eius area. Ca. VIII. Magi.

Si vero isochelis aream inquirere volueris: primo cathecum eius tali ingenio queras: multiplica basis medietatem in se: et si rursus multiplica vnum latus in se siue in aliud (quemadmodum equalia sunt) et a producto id quod prius seruandum tradidi subtrahas: remanentis latus quadratū cathecum dat: qui si per basis medietatem multiplicatus fuerit/ aream isochelis ostēdit: vt sit isoscheles cuius basis sit. 14. quodlibet latus 25. erit cathecus. 24. area. 168.


De scaleno et ei⁹ specieb⁹. Ca. IX. Disci.

Scaleni area qua vis deprehenditur. Magister. Scalenus tres habet species: vt ex dictis liquet. Sed harum aree nō vna via sunt inuestigande: aliter enim ampligonij et oxigonij quam ortogonij area queritur. Discipulus. Qualiter inquirenda est area ampligonij? Magister taliter. Multiplicetur basis medietas per cathecum: et productum dabit aream. Ad inueniendū autem cathecum oportet prius precisuram vel eiecturā minorē eo quo sequitur modo inuenire. Multiplicetur minus latus in se: et similiter basis in se ducatur: et summe producte addantur simul. Rursus multiplicetur latus medium inter maius et minus in se/ et productum a summa dicta abstrahatur: remanentis medietas accipiatur: a qua pars vna secundum basis denominationē ablata eiecturam siue precisuram ostendet: hoc est: inuenta medietas per basim diuidatur: et numerus quotiens eiecturam ostendet. Qua habita cathecum sic queras: multiplicetur minus per se vt prius: et a producto id quod ex ductu precisure in se euenit: auferatur remanentis latus quadratū cathecus est. Exemplū de ampligonio: sit ampligonius cuius minus latus sit. 15. medium latus sit. 20. basis sit. 25. erit precisura. 9. et cathecus. 12. area. 150. In oxigonio multiplicetur minus latus in se: et basis in se: et a summa amborum subtrahatur productū ex multiplicatione maioris lateris in se: reliqua vt in ampligonio. Exemplū sumas de oxigonio tale: sit oxigonius cuius lat⁹ minus sit. 13. medium latus. 15. basis vero. 14. erit precisura. 5. cathecus. 12. area vero. 84.

De ortogonio et eius area. Capitulum X Magister.


Ortogonij vero aream si inuestigare libuerit: videatur cathecus qui si fuerit par: medietas eius in se ducatur: et producto si vnum addas: habebis hipotenusam: si vero vnum a producto auferas basim constitues: medietas vero basis per cathecum ducta/ aream pandit. Exemplū: sit ortogonius cuius cathecus sit. 8. erit hipotenusa. 17. basis. 15. area vero. 64. Si autem cathecus impar fuerit totus in se ducatur: a producto si vnum auferas/ residui medietas fit basis. Si vnum producto addas/ ex residui medietate hipotenusa prodiet: idem si basi vnitatem addes rursusque basis medietas per cathecum ducta aream ostendet. Exemplum huius est tale: sit ortogonius cuius cathecus sit. 3. hipotenusa erit. 5. basis. 4 et area. 6. Discipul⁹ Si sane intelligo basis hipotenusa: et area per cathecū

inueniuntur. Pono ꝙ cathecus ignotus sit per qd mediū reperit?
Magister. Per tale. Multiplicetur hipotenusa in se: et a producto id qd ex ductu basis in se proueniet subtrahe: et remanētis latus quadratū cathecus erit. Preter hec dabilis esset regula generalis per quā cuiuslibet trianguli area inueniri posset/omnibus eiusdem lateribus cognitis. Discipulus que? Magister. Addantur omnia latera simul: et a dimidio producti auferat quodlibet latus seorsum/residuo vniuscuiusqꝫ reseruato: quorū primū multiplica in dimidiū omniū laterū simul iunctorū. Illud productū multiplica in secundū residuum: rursus illud productū duc in residuū tertium totius producti latus quadratum est area trianguli: vt sit triangulus cuius vnum latus. 3. secundū latus. 4. tertium latus. 5. que omnia simul iuncta faciunt. 12. horum dimidiū. 6. a quo aufer primū latus/ scꝫ. 3. et residua erunt. 3. rursum a. 6. aufer secundū latus/scꝫ. 4. et residua erunt. 2. deinceps a. 6. aufer tertiū latus/scꝫ. 5. et remanet. 1. deinde multiplica primū residuū scꝫ. 3. in dimidiū omniū laterum quod est. 6. et erunt. 18. in illud productū duc secundū residuū qd est. 2. et proueniūt. 36. in illud duc tertiū residuum/scꝫ. 1. et manent 36. Horū latus quadratū est. 6. tanta est area trianguli dati. Et sic de alijs quibusuis triangulis.




De podismo diametri circuli ortogonio inscripti. Ca. XI Magi.

Contingit nōnunꝙ ortogonio circulum omnia eius latera tangentem inscribi: cuius si diametrū/preter ea que in superioribus de circulo dicta sunt/ podismare volueris cathecum basi adiungas: a producto hipotenusam subtrahas: et qd remanet diametrū circuli manifestat. Discipulus. Exemplū huius subijcias. Magister. Sit ortogonius cuius cathecus sit. 8. basis. 15. hipotenusa. 17. diameter erit. 6.




De quadrangulis supficieb⁹: et primo de tetragono. Ca. XII Disci.


Trigonorum podismalem speculationē (ni fallar) sane intellexi: nunc de tetragonis metiendis si quid habes in medium feras. Magister. Tetragonorū primus est equi laterus: cuius si aream habere volueris/latitudinem per longitudinem ducas: et productū aream dat. Discipulus. Exemplum da. Magister. Sit tetragonus cuius quodlibet latus pedes. 8. habeat area. 64. continebit: diametrū autē eius si habere volueris: multiplica vnum latus in se: et productū dupla: duplati radix quadrata erit diameter. Erit itaqꝫ diameter dicti quadrati pedum. 11. et $\frac{1}{2}$. In omni nāqꝫ operatione cū radix surda sit: ita ꝙ in integris precise haberi nō possit: residuū in minutijs physicalibus querēdū est. Insensibilis autem differentie excessus tandē negligi possunt.




De quadrato circulo eq̃li. Ca. XIII. Magi.

Sicut autē circuli quadraturā in superioribus demonstratione intellectuali ex pluriū dictis ostendi: sic ⁊ ipsam in praxi p̄senti manifestare esset possibile. Disci. Quō? Magi. Si aree circuli dati radicē accipias: latus quadrati circuli equale reperies: qđ facile ꝓbabit: nam area quadrati illius aree circuli equale erit: vt sit circulus cuius diameter. 7. erit radix aree. 6. pedum: minuta. 12. secunda. 17. tertia. 25. ⁊c̄. Sic cōsimiliter circulū quadrato equalē poteris fabricare. Multiplicet latus quadrati per se: productū rursus multiplicet per. 14. productum illius dimidiatū per. 11. denominationis/radix erit diameter circuli equalis quadrato p̄dicto. Sic modo consimili excessum quadrati supra circulū sibi inscriptū si scire placuerit/aream circuli ab area quadrati inscribentis subtrahe: et qđ relinquit excessus erit. Sic ⁊ excessum circuli quadratū inscribētis repies: si ab area circuli quatuor quatuordecime subtrahant: residuū erit area/quadrati circulo inscripti. Eritq̃ diameter circuli duplus ad latus quadrati sibi inscripti.






De tetragono altera parte longiore. Capitulum XIIII Disci.



Tetragoni altera parte longioris ⁊ rectanguli qđ etiā parallelogramū rectangulū dicit/embadū habere si placuerit: latitudinē in longitudinē ducas: ⁊ p̄ductū embadum ostendet. Disci. Exemplū huius apponas. Magi. Sit tetragonus cuius latitudo sit 4. longitudo vero. 8. embadū erit. 32. Disci. Diameter illius quali rōne deprehendit? Magister. Tali. Multiplica longitudinē per se: ⁊ similiter latitudinē in se ducas: summas ambas addas: ⁊ totius p̄ducti latus quadratū diametrū dabit: vt sit tegragonus: cuius latitudo. 60. longitudo. 80. erit diamiter. 100



De Rombo. Capi. XV Disci.


Rombus




Rombi vero area quali modo deprehendit? Magister. Tali quo sequit: Medietatē diametri vnius per totā aliā diametrū multiplica: ⁊ qđ prouenit area est: vt sit rombus cuius quodlibet latus habeat pedes. 10. diameter longior. 16. diameter breuior. 12. eritq̃ area. 96. Q si vna diameter sit incognita/ duc medietatē diametri noti in se: p̄ductū subtrahe ab eo qđ prouenit ex ductu vnius lateris rombi in se: ⁊ relicti latus quadrū/ erat medietas diametri quesite. Exemplum est in rombo prius dato.

De Romboide. Ca. XVI Magi.


Modismum vero romboidis si placet inuestigare/ diuide romboidem in duos triangulos p lineam diagonalem: horum areas quere per supradicta de triangulis: que iuncte ostendunt aream romboidis: vt in exemplo hic adscripto.





De Trapezijs. Capitulum xvij.



Reliquorum quadrangulorum quos in superioribus trapezia seu mensulas nominauimus/aream ita reperies. Nam si fuerit trapezium ortogonium: verticem/hoc est minus latus: basi/hoc est opposito lateri coniungas: ⁊ producti medietatem per cathecum: id est per lineam que cum vertice rectangulum facit/ multiplica: et exibit area: vt sit trapezium cuius vertex.15.basis.45. cathecus.30.erit area.900. Si autem fuerit trapezium isoscheles: cuius crura a basi ad verticem ascendentia sunt equalia: quere primo perpendicularem: que erit loco catheci: hoc modo: subtrahe verticem a basi: relicti medium in se multiplica: ⁊ productum subtrahe a producto vnius cruris in se multiplicati: residui latus quadratum erit perpendicularis: que catheci loci habetur: adde igitur verticem basi: ⁊ producti medietatem multiplica per ꝑpẽdicularem: et exibit area: vt sit trapezium cuius vertex.2.basis.18. quodlibet crus 10.perpendicularis.6.et area.60. In trapezio autem ampligonio protrahe cathecum: ⁊ operare sicut in trapezio rectangulo: vt sit trapezium ampligonium: cuius vertex.7.basis.16.latus vnum.10.erit perpendicularis seu cathecus.8.et area.92. In trapezio autem oxigonio ducatur perpendicularis in basim: vt sit trapezium oxigoniũ: cuius perpendicularis.4.et basis.6.erit area.24.








De Pentagoni area. Capitulum xviij Discipulus.

Pentagonus qua ratione metitur? Magister. Pentagoni equilateri aream si habere cupis/ multiplica vnum latus in se: ⁊ productum triplica: a triplicato vnum latus detrahe: remanentis medietas pandit aream quesitam. Discipulus. Hoc per exemplũ proba. Magister. Sit pentagonus: cuius quodlibet latus sit.7.erit area septuaginta.




De Hexagono. Capitulum xix Discipulus.


Hexagoni autem aream tali inuestigabis via. Nam si hexagonus equilaterus sit/ vnum latus in se multiplica: productum quadruplica: a quadruplato vnum latus hexagoni bis subtrahe: remanentis medietas ostendit quesitũ. Discipulus. Huius exemplum adde. Magister. Sit hexagonus cuius omne latus sit.8.erit area.120.



De Heptagono. Ca.xx. Magister.

Heptagoni vero summam aree si inquiris: latus vnum in se multiplica: productum quintupla: a producto vnum latus ter subtrahe: remanentis medietas dabit aream. Discipulus. Exemplum adijcias. Magister. Sit heptagonus cuius quodlibet latus sit.6.erit area.81.






De octogono. Capi. XXI. Magi.

Octogoni sũt areã facile dephendes/si latus vnũ in se duxeris/productumq; per.6.multiplicaueris/et ab illo producto vnũ latus quater abstuleris. nam in remanentis medietate aream videbis. Cuius exemplum sumas tale: sit octogenus cuius quodlibet latus sit octo:erit area.176.



De ennagono Capi. xxij. Magi.

Consimiliter quoq; et nonagoni areã reperies/si latus vnum in se produxeris:productumq; per.7. multiplicaueris/a producto huius latus vnum quinquies subtraxeris:tunc enim remanentis medietas aream pandit quesitam. Disci. Huius exemplum subijcias. Ma. Sit nonagonus cuius quodlibet latus sit.9.erit area.111.



De decagono. Capi. xxiij. Mag.

Sic et decagoni pariformi via areã reperies/si lat⁹ p se vnũ multiplicabis/pductũ per.8 duxeris:a pducto illo latus vnũ sexies subtraxeris/remanẽtis medietas quesitum pandit. Dis. Et huius exemplũ ponas. Mag. Sit decagonus cuius latera singula.10.sint insignita.erit area.370.

De reliquis poligonijs. Capitulum XXIIII Magister.


Idem de ceteris poligonijs si feceris/absq; errore singulorum areas inuestigabis:hac seruata lege/vt numerorum ordinem naturalem custodias in multiplicanda vnius lateris summa/et in hac que excrescit augmentanda laterali quoq; subducenda:cum enim hec feceris/semper remanẽtis medietas aream dabit. Dis. Quis est is ordo naturalis? Mag. vt si in pentagono summa vnius lateris in se ducti per ternariũ aucta est:sic in hexagono per quaternariũ: in heptagono per quinariũ ꝛc. Sic sequens per senariũ/reliqua per septenariũ augenda est. Pariformiter et sequentium poligoniorũ per sequentes augende sunt numeros. Sic et in lateris subtractione si in pentagono latus semel subducitur/in hexagono bis:ita in sequentibus in numero ascendendum est ordine naturali. Disci. Capio sane.

De podismo spherice superficiei. Capitulum XXV Mag.

De superficierum planarũ ac rectarũ podismis satis dictũ sit:ad curuas transeamus. Et primũ de area spherice superficiei/quã quidam circuli mauriturã nominant exordiamur. Disci. Qua via deprehendi põt? Mag. Tali. Accipias circulum equalis diametri cũ sphera cuius superficiem podismare volumus:huius circuli diametrũ in eiusdem

periferiã ducas:et quod producitur erit area superficiei sphere quesite siue circuli mauritura:que semper quadruplex est ad aream circuli. vt sit circulus cuius diameter sit.14.erit eius periferia.44.eritq3 area superficiei sphere equalis diametri.616.


Sphera.




De podismo superficiei montuose Capitulum XXVI Magister.

Si autem montuose superficiei aream habere placuerit/verticis circũitum considera:et similiter pedis et ascensus. quo facto iungantur circũitus pedis et verticis:producti medietatem accipe:quam per ascensum multiplica:et productum ostendit quesitum. Discipulus. Exemplum subiungas. Magister. Sit mons cuius verticis circulus sit.300 pedum.circũitus pedis sit.1000.pedum:ascensus vero sit. 800. pedum.erit area tota.520000.pedum. Discipulus. Quid autem si mons in circumitu verticis medietatis et pedis multũ discrepauerit:ita vt quasi pyramidaliter ascendat? Magister. Hoc pacto aream eius accipias:Collige numerum circũitus pedis medij et verticis in summam vnam: cuius tertiam partem per ascensum multiplica:et patebit quesita area. vt si circumit⁹ pedis sit pedum.2500.circumitus medius:1600.circumitus verticis.100.ascensus vero.2000.erit area.2800000. pedum. Si autem mons in ascensu similiter et in circumitibus inequalis fuerit/alia via eius indaganda est area. Discipulus.Qua? Magister. Illa.Iunge circumitum pedis circumitui verticis producti:accipias medietatem:sic ascensus colligas collecti medietatem sumas: hanc per priorem medietatem multiplica:et productum aream dabit. Discipulus.Exemplum huius addas. Magister. Sit mons cuius verticis circũitus sit.200. circumitus pedis.1400 ascensus longior.850.ascensus breuior.750. erit area. 640000








De diuisione superficierum quarumcunq3 in actus vel iugera. Capitulum.xxvij. Magister.

Superficies itaq3 notas/si per actus aut iugera/aliasue mensuras partiri volueris/longitudinem ⁊ latitudinem mensure tue in se multiplica.⁊ habebis mensure cuius latera multiplicasti pedes siue aream:per hanc pedes superficiei diuidende diuide: et numerus quoties dabit quesitum. erunt itaq3 iugera primi montis.18. et restant pedes mille et sexcenti.secundi montis iugera erunt.24.restantibus pedibus.88000.Iugera montis tertij erunt.22.restantibus.6400.pedibus. Hec de mensura superficierum.ad corpora transeamus.

De crassitudine siue soliditate sphere. Capitulum XXVIII Mag.

Cubare quid sit

MEnsura quam fm corpus fieri diximus/ corporum soliditates et crassitudines inquirit: vt quot.s. pedes quadratos corporis magnitudo ptineat. Huius vt aliqualem cognitionē accipias/ de q̄busdam corporibus praxim subijciam: et primo de sphera. Sphere igitur soliditatem si inquirere volueris/ diametrū eius cubes (.i. semel in se ducas quadrate: et productum rursus per diametrū multiplica) hoc vero cubum sphere crassitudinem excedit: quem excessum si abieceris/ sphere soliditas relinquetur. Excessus autem tali patebit via. diuide cubum per.12. productum.10 ducas: et habebis excessum quesitum. vel diametrum cubes: productum per.11. ducas/ totiusq; summe.21. pars dat sphere soliditatem. sic etiam excessus per.11. ductus dabit idem. Discipul⁹. Exemplum addas. Magister. Sit sphera cuius diameter sit 7. erit cubus.343. excessus.163. et $\frac{1}{3}$. crassitudo vero sphere totius.179. et $\frac{2}{3}$




De soliditate cubi. Capitulum.xxix. Discipulus.

Crassitudo cubi huius.343.

QUabici aūt corporis quo ingenio soliditatē inq̄ris? Ma. Tali. cubet latus vnū: et habet ppositū. Dis. Exemplum adiungas. Ma. Si cubus cuius omne latus sit 7. erit crassitudo.343. Est autem oīs cubus tetragona colūna




De columnarum spissitudine. Capitulum.xxx. Discipulus





COrporis colūnaris qua via grossicies inq̄renda est? Ma. Tali. Inquiras aream latitudinis. hāc in longitudinē ducas/ et habebis quesitū. vt sit corpus quadrangulum latitudinis. 4. et longitudinis 12. erit eius crassitudo.192. Uel duc longitudinem in latitudinē: et pfundū in crassitudinē. vt sit columna seu lapis longitudinis pedum.5. latitudinis. 2. et crassitudinis.1 erit totalis crassitudo pedū.10. Q̄d si columna mutila fuerit et inequalis latitudinis et altitudinis: vt sit longitudo. 8. latitudo et crassitudo maior.3. latitudo et crassitudo duo. duc latitudinē maiorem in se/ facit.9. et similiter minorē in se/ facit.4. que simul iuncta faciunt.13. hor medietas scz 6 $\frac{1}{2}$ duc per longitudinē.8. et puenient.52 que est crassitudo totius columne. Et hoc pacto quātitas putei vel etiam vasis pleni reperit. Ex quo etiam facile ɔcludit/ si dolij aut columne diameter fuerit duplex ad diametrum alterius/ eiusdem longitudinis area corporis diametri maioris erit quadruplex ad areā corporis diametri minoris. Si vero corpus minus in duplo sit longius/ erit maius ad minus duplū. Si aūt minus in quadruplo longius fuerit/ erunt illa duo corpora aree equalis. Dis. Si aūt superficies latitudinis in vna corporis extremitate maior fuerit q̄ in alia/ quam recipiam superficiem? Mag. nullam. Sed oportet ex ambabus inuestigare tertiam





hoc pacto. Subtrahe minorē a maiore: et habebis earūdem differentiā. cuius medietatem a superficie maiore subtrahe: residuum adde superficiei minori: et ꝓducti totius medietas dabit latitudinis superficiē: quam in longitudinem ducas/et apparebit corporis soliditas. Disci. Exemplum adducas. Mag. Sit superficies latitudinis maior. 36. et minor. 16. erit differētia. 20 harum medietas. s. 10. subtracta a. 36. relinquunt. 26. hec superficiei minori. s. 16. addita. 42. reddunt. Harū medietas. s. 21. quesitum corporis scz superficiem latitudinis: quam si ducas in. 72. tunc. 1512. emergunt. Per hoc ingeniū cuiusuis columne/siue rotunde aut angularis grossiciē inquiras. similiter et vasorū continentiā reperies/si ex superficie vni⁹ extremitatis et precise ex media superficiem communē quesiueris: si saltem vas in medio maius ꝙ in extremitatibus fuerit. Et habita area dolij si eidē quadratum in capacitate equale fabricare libuerit/latera quadrati ſm quātitatē radicis aree dolij in longū et latū accipiant



De mensuratione corporum pyramidalium. Capitulum. xxxi. Disci.

Crassitudinē pyramidalis corporis quo ingenio inq̄ris. Ma. Si crassitudinē pyramidis cuiuscunq̄ a superficie multiangula equaliū laterum inquiris: sumat area superficiei a qua surgit pyramis: hec inuenta duplet: producto addat latus vnū eiusdem superficiei: summa multiplicet per numerum vnitate tm̄ vnum latus superficiei transcendentē: productum diuidatur per senariū: et numerus quotiens pyramidis dabit crassitudinē. Disci. Exemplum adijcias. Mag. Sit pyramis consurgens a superficie isopleuri cuius quodlibet latus est. 28. erit area eius. 406. erit crassitudo pyramidis. 2660. ita partformiter operandum erit in pyramidibus quadrilateris. pentagonijs et alijs. Omnis autem pyramis rotunda est sue columne pars tertia. Et similiter pyramis laterata est sue laterate columne pars tertia. Omnisq̄ rotunda columna sue pyramidi rotunde est tripla: eius vero orbicularis superficies/orbiculari pyramidis sue superficiei est dupla. Similiter diameter diametro dupla est. Aliter tamen poterit pyramidis rotunde et acute crassitudo indagari. Disci. Qualiter? Magister. Recipiatur eius diameter: per quem inquirat area circuli/que basis est pyramidis. recipiatur et tertia pars altitudinis pyramidis: que multiplicata in areā circuli/ostendit crassitudinem pyramidis. vt sit pyramis rotunda cuius basis circulus a b. et diameter. 7. erit. area. 38 . altitudo pyramidis. 30. erit. 3. pars. 10. que ducta in aream faciunt. 385. que est crassitudo quesita. Crassitudo vero cylindri eandem basim et altitudinem habētis erit 1151.





Finis Geometrie. Seqnitur Astronomia.


Ptolemeus

Liber Septimus de principijs Astronomie. De enumeratione et ordine dicendorū. Tractatus primus. Capi. I. Disci.

Non perfunctorie (que accepi) Arithmetice/Musice/et Geometrie principia his diebus reuolui: plurimumq; harū theorematibus delectatus sum. Considerans aūt astronomiā deesse: quam in quadruuij partitione quarto loco cōmemorabas: necessarium duxi te precibus pulsatū iri: ne alijs que mox instabunt preoccupatus negocijs/incompletum quadruuium derelinqueres. Ubi enim vis numerorū: vbi musice mundane (vt aiebas) concentus: vbi deniq; geometrice demonstrationes que nō modo terrenorum/verumetiā celestium corporū magnitudines dimetiuntur: si Astronomiā pretermittas? Plurimū itaq; te obsecro/ vt in enarrandis huius tam necessarie discipline principijs hodiernum saltem diem
Josue.x.c. absumas. Magi. Hec omnia istoc die in medium ferrem si vel sol staret vt
Esaie.38. quondam bellante inclyto iudeorum duce Josue: aut decem gradibus retrocederet: vt Ezechia de letali egritudine conualescente. Quis enim totius mundialis machine vnitatem/perfectionem/figuram & partium eiusdem tam celestium q̃ elementaliū naturas paucis perstringeret? Quis orbium motus/ aut siderum ortus et occasus/temporum discretiōes/dierum et noctium inequalitates facile simul commemoraret? Disci. Quod ergo non vna/decem aut tot quot suffecerint lucubrationibus tradas. Indefessum enim ego me auditorem exhibeo: rem ocyus aggredere. Et in primis de ratione nominis te absoluas.

Mundi machina

De definitione: nominis origine: ac Astronomie primo inuentore. Capitulum II Magister.

Astronomia est certa lex et regula/superiorum corporum magnitudines et motus considerās. Corpora autem superiora celos et astra intelligamus. Disci. Cur igitur potius astronomia ab astris/ et non a celis nomen accepit? Magister. Hoc ideo factitatum arbitrare: quoniam astra sunt nobis celis notiora (quia visibilia) nosq; in noticiam celorū facile ducentia. a notioribus autem denominationē fieri communissimum est. Aut etiam: quia doctissimi omnes spheras mundi astra nonnunq̃ solent appellare. vti videre est libro. 2 de docta ignorantia Cardinalis Cuse. Discipulus. De nominis origine hac tua ratione persuasus tecum sentio. Sed quisnam mortalium primus hanc cognouerit edicito. Magister. Nonnulli grecorum Athlantem quendam primum Astronomie fuisse inuentorē volunt: et ea de causa Poete istam opinionem insinuare volentes: Athlantem gigantem esse maximum/qui capite in vno polorū et pedibus in reliquo: manu dextra in oriente ac sinistra in occidente celum sustineat. De hoc Augustinus de ciuitate dei li.18.c.8. sic ait: Athlas frater Ptolemei magnus fuisse astrologus dicitur. vnde occasionē fabula inuenit, vt celum portare confin

Astronomia

Astra

Nycholaus de Cusa.

Athlas primus repertor astronomie

Augustinus.

geret: q̃uis mons eius noīe nuncupet: cuius altitudine potius celi portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Alij ꝓtoplastū Adam: alij Abraam: ceteri aūt alios huius scientie inuētores ꝯiecturant. eam tū a Ptolemeo nō mediocriter illustratā/et in eo libro cui Almagesti nomen est ꝯscriptā manifestū est. Moderno aūt tpe a doctissimis mathematice disciplinę ꝓfessorib⁹ Georgio purbachio/et Joāne de mōte regio egregie excultā cognouim⁹. De motib⁹ vero corpoꝝ supiorū Alfonsus rex Castelle tabulas edidit: et in his nobis perpetuā sui memoriā reliquit. Hoꝝ nos dogmata sequi fas est. Eum aūt quem premisimus ordinē seruare non erit inutile. Primum itaq̧ totius vniuersi (quod spheram dicere possumus) continentiā/vnitatem et figuram demonstrabimus. Dehinc ipsum ꝑ partes diuisum in singulis explicabim⁹.

Ptolem
Jo. & Georg. mōt. purr. Alfon.

De definitione sphere: et mundi continentia. et vnitate. Capitulum. III. Disci.


Sphera Euclides lib. xi.


Quoniā mundialem machinā spheram dicis/doctrine ratio expostulat vt spheram definias. Ma. Sphera est transitus circumferentie dimidij circuli/quoties fixa diametro quousq̧ ad locum suum redeat vnde circūducitur. Id est: Sphera est tale rotundū et solidum quod ab arcu semicirculi circumducto describit. Uel. Sphera est corpus solidum vnica superficie contentū: in cuius medio punctus est: a quo oēs linee ducte ad circumferentiā equales sunt. Punctus aūt ille centrū sphere/et linea per ipsum transiens atq̧ extremitates circūferentie siue periferie applicans circa quā sphera mouet/axis sphere: et puncta huiusce linee terminantia poli siue cardines mundi dicuntur: quemadmodum in geometricis dictū est.

Sphera prima maxima

Prima autem omnium spherarum maxima mundi machina tota dicitur. Ipsa eīn in se omnia continet: nec quicq̃ extra ipsam est quod forme mūdi sit susceptibile: sed omne tale tum simplex/tum etiam compositum in se complectit. ideo perfecta est et vnica: extra quam nulla alia reperitur. Quod facile quidem probabitur si rerum tam simplicium q̃ elementatorū naturas animaduertas. Omnia enim talia in locis suis naturalibus in sphera contentis sunt locata. vt leuia sursum/grauia vo deorsum: et si extra ea fuerint/ad ipsa naturaliter mouent. Q̄d de lapide sursum proiecto et candela incensa ac deorsum versa claret. nam lapis in aere non quiescit: sed ad terrā versus centrū tendit. Sic et ignis candele deorsum verse/sursum tendit. Quapropter si aliquod horū extra supremam spheram fuerit/hoc cōtra eius naturam et violenter erit: et per consequens ibi perpetuo non manebit. Nullum enim violentū durabit in perpetuū. Unde et Aristoteles asseruit: Si extra hunc mundū

Aristoteles





alias esset/terra ipsius ad terram huius moueret:quod nō posset fieri/nisi a centro versus circūferentiā ascenderet:quod tamen est contra terre et cuiuscunq̄ grauis naturā. Sunt tñ (vt scripsit idē) extra celum entia inalterabilia/insenescibilia/impassibilia/optimā vitam ducentia:per se sufficientissima:quā et toto euo pficiunt:a q̄bus oībus alijs datū est esse et viuere: his q̄dem clarius/his vero obscurius. Sed hec dicens:nō de ꝯuexa superficie supreme sphere/sed de ꝯcauo orbis lune intellexit. Unde totū quod ambitu huius premit/ spherā generabiliū et corruptibiliū dixit. totū vero superius cōtinens et contentū ingenerabile et incorruptibile credidit. Disci. Uis ne aliud noīe orbis/aliudue noīe sphere significare? Magi. Uolo equidem.nam spheram vnica superficie dixerā contineri/cōuexa scz. orbis vero duabus:conuexa et concaua concluditur:quemadmodum anulus. Aristo.1.celi.

De figura sphere siue machine mundi. Capitulum IIII Discipulus

Ex his te mundū vnū ex omni materia forme mūdi susceptiua cōpositum/atq̄ figura esse sphericum aut rotundum affirmare intelligo. Ma. Sane intelligis. vnitatem quidem ꝓbauimus. ꝯsequēs est vt et figurā ostendamus. Disci. Optime. Mag. Mundi figuram esse sphericā similitudo/cōmoditas ⁊ necessitas ꝯcludūt. Similitudo quidē. Fact⁹ est enī mundus sensibilis ad similitudinē et exemplar mundi intellectualis archetypi et idee mentis diuine:in quo nec est ꝑncipiū/nec finis. sicut ⁊ in figura spherica. Unā Boetius: Tu cuncta supno ducis ab exēplo pulchrū pulcherrim⁹ ipse Mundū mente gerens/similiq̄ imagine formans. Consentiunt Plato et Mercurius trimegistus. Commodū etiā fuerat vt corpus quod in se continet oīa/oīm figurā haberet capacissimā. hec aūt est figura spherica. Omnium enī corporū isoꝑmetrorū: hoc est/ equaliū circūdantiū suꝑficierū sphera est capacissima. vt in mathematicis dictū est. Necessitas aūt mox apparebit. nā si mūdus esset figure plane aut angularis: sequerent̄ impossibilia et sensui ꝯtraria. Impossibilia q̄dē: nā cū mundus ꝯtinue moueat̄/aliqua loca relinq̄rent̄ vacua et aliq̄ sine locis corpora:qd̄ patet facile in figura ꝑeffigata. Sensui etiā sequerent̄ ꝯtraria. videlicz q̄ sol aut alia q̄uis stella in vna celi pte nobis esset ꝓpinq̄or q̄ in alia:et in pte ꝓpinq̄ori maior: in remotiore vero appareret minor: cui⁹ ꝯtrariū visus indicat. Nec valet si de sole in ortu existente obijcias. nā is tūc q̄nq̄ maior apparet ꝓpt̄ vaporū grossorū interpositionē: quēadmodū denari⁹ ꝓiect⁹ in aquā. vt demōstratiōe sensibili patebit in ꝑspectiua. vbi id deducet̄. Uerū tñ ob insensibilē respectu celi terrene molis quantitatē/parū hoc vltimū ad ꝓbandum terre rotunditatē roboris adducit.


Figura mūdi ꝓbat̄ spherica similitudīe

Boeti⁹ de cōsola.li.3.me.9

Cōmoditas.

Necessitas






A S T R O N O M I A
POLVS ARCTIC9
ATLAS
ORIES
OCCIDES
POLVS ANTARTIC9

De machine mundi partitione.

Capitulum V Magister.

Et quidem hec de mundi vnitate continentia et figura sufficiant: consequenter ne tibi fastidium longis sermonibus ingeram/ stilum ad eius partitionem verto. Discipulus. Quomodo igitur mundum diuidis? Magister. In ethereū et elementarē. Rursus ethereus in celos vndecim partitur: qui sunt / Celū empyreū. Decimū/ qd primū mobile dicunt. Nonū/ qd secundū mobile: et Octauū/ qd celū stellatū siue firmamentū appellant. Sub quo celi planetarū septē ponunt. Saturni. s. Iouis/ Martis/ Solis: Veneris/ Mercurij et Lune. q̄q̄ egyptij/ Plato quoq; et Aristoteles solē lune proximū collocent: nōnulli vero sitū planetarū incertū esse fatent. Et antiquiores fere omnes supra octauā spheram nullā aliam esse arbitrati sunt. Mūdus vero elemētaris in quatuor spheras/ videlicet Ignis/ Aeris/ Aque et Terre scindit: vt pretacta admonet descriptio. Mundi diuisio

De numeri celorum demonstratione.

Capitulum VI Discipulus.

Ex quibus vndenarium celorum numerū cōcludere potes? Magi. Pluralitatē spherarū (vt aiunt) generationū atq; corruptionū diuersitas arguit. Nam idem inq̄tū idem nō est natum nisi facere idē. ideo plerique naturales septē celos planetarū firmamentū atq; nonū celū ponunt: qd et ipsi primū mobile appellant. De decimo vero celo mobili a modernioribus discrepant: qui altius speculantes ipm ponendū et primū mobile dicendū esse/ rationibus affirmant. Nam experientia cognitū est aiunt/ firmamentū seu octauā spherā tribus circūuolui motibus: quorū primus est ab oriente occidentē versus. ad motū primi mobilis sup polis mundi: et cōpletur in spacio naturalis diei. Secūdus est huic cōtrarius: ab occidente scz in ortū fm successionē signorum ad motū none sphere in. cc. annis gradu vno et. 28. minutis fere: et sic in. 49000. annis totus pficit: et motus Augiū et stellarum fixarū dicit: quo scz motu stelle que sunt in firmamento variant de signo in signū respectu zodiaci pmi mobilis. Vn pliades stelle fixe/ que iuxta figurationem sunt in capite tauri in firmamento respectu zodiaci superioris sunt in. 22. gradu tauri: et sic de alijs. Tertius motus trepidationis: quo scz octaua sphera moueт sup duobus circulis paruis: quorum poli sunt capita libre et arietis none sphere: et semidiameter illorum circulorū est gradus. 4. minuta. 18. et secūda. 43. et ille motus accessus et recessus nominat: in. 7. milibus quoq; annis complet: et solus octaue sphere pprius est: quia vnius corporis naturalis tm̄ est vnus motus fm naturā: ratione illius motus stelle fixe non semper eque distant a polis imobilibus prime sphere. Sic nec ecliptica firmamenti semper est sub ecliptica immobili: imo frequenter est extra eam: nec stelle fixe semper in temporibus equalibus eque distant a capitibus arietis et libre eiusdem primi mobilis/ sed videntur moueri nunc versus orientem nunc versus occidentem: nunc tardius/ nunc velocius. Ptolemeus nāq; motas reperit in centum annis vno gradu: alij sequaces et posteriores inuenerūt motas in. 66. annis vno gradu. Sensibili demonstratione patent hec in corpore spherico pro motu octaue sphere ordinato. Omnis autem motus conueniens

Motus firmamēti triplex

Mot⁹ augiū.

Ptolemeus

alicui preter naturam (vt motus primus ꝛ secundus octaue sphere) conuenit alteri ꝑm naturam ꝛ non inferiori: quia illa in superiora non influunt: igitur superiori. Sic fit vt motus secundus qui octaue sphere est preter naturam/sit none ꝑm naturam: ꝛ motus primus qui octaue ꝛ none spheris est preter naturam/decime siue primo mobili sit ꝑm naturam. Hi igitur motus oēs cum nondū a veterioribus essent cogniti: ad notitiam alij nec quidem none/ alij vero decime spherarū non deuenere: cum hi celi quia stellis carent/visu non possunt deprehendi: nec rationes premisse concludunt demonstratiue. fieri eñ potest vt motus diurnus toti celesti machine sit cōmunis: motus ꝛ reuisionis octaue sphere sit proprius/ab alio tamen causatus motore. Pariformiter opponi posset de motu trepidationis. Discipulus. Relictis igitur istis naturas celorum explana.

De naturis ꝛ influentijs omnium celorū. Capitulum VII Magister.

Quoniam vti naturales tradunt/esse in mundo inferiori receptum tribus determinatū est: videlicet/materia: quantitate ꝛ primarum qualitatū/agentiū. s. et patientiū permixtione. Cum vero hec inferiora a lationibus superiorum regi necesse sit (ob id eñ mundus inferior superiori contiguus est) operepreciū fuit creatorē omnium in superioribus ordinare causas mouentes effectibus inferiorum proportionatas. Et he sunt celorum influentie ꝛ motus. Mobilis autē primi motus est vnus simplex ꝛ semper equalis. Causat igitur in inferioribus vnum quod equale est in omnibus (nam idem inq̄tum idem non est nisi natum facere idem) et hoc est esse ꝑmū omniū rerum generabilium ꝛ corruptibilium. Receptio autem huius esse in materia nō fit: nisi vnum principiorū componentiū /ad alterum moueatꝛ. Necesse est igitur esse motū aliū a primo: qui huius sit causa efficiēs: ꝛ hic est motus secundus secundi mobilis. Et hi duo celi vniformitatis causatiui sunt: stellas non habent. Rursus hoc esse quod compositum est: consequitur determinatio per quantitatē ꝛ figuram/cuius causa mouens est latio celi stellati: ꝛ propter hoc conditor rerum huic celo diuersas constellationū imagines indidit. Esse vero quod determinatꝛ primarum qualitatum cōmixtione/ꝑpter sui diuersitatem/planetarum spheris attributū est. Unde in cōmixtione qualitatū/misceꝛ aut frigidū cū sicco aut frigidū cū humido: ꝛ calidū cū sicco ꝛ calidū cū humido. In mixtione aūt frigidi cum sicco neutra qualitatum est vite/sed vtraq; est mortificatiua ꝛ causa male recipiendi: ꝛ in hoc mixturam impedit. Oportuit igitur spheram per motum suum hoc operantem longissime poni a loco mixtionis: ꝛ similiter tardissimi esse motus: aliter omnis mixtura solueretur: ꝛ talis est sphera Saturni. Eam tamen necesse est esse: nam operatur ratione permixtionis frigidi ꝛ sicci potentiam bene retinendi. Frigidū autem cum humido duplex est. Simplex/quod est elementale/et humidum/ quod est subiectum vite. Et id quidem quod simplex est/vt miscibilibus tenaciter imprimatur/a motu magis vicino loco mixtionis atq; velocissimo influxum recipit: qui est motus lune. Humidum autem complexionale existens subiectum vite/a sphera veneris mouetur: que coniuncta est sphere solis: qui da-

Aristo. j. metheororū.

Primū mobile.

Saturnus

Luna

Venus

tor vite perhibetur. Calidum autem cum humido esse non potest/ nisi sit humidum spiritale. Ex quo procreantur spiritus vectores virtutum vite: et ideo celum cum quo iungitur id excellens esse non potest (quia tale non est nisi cū sicco) est ergo calidum complexionale: et illud mouet sphera Jouis. Calidū cum sicco rursus duplex est: aut enim est motiuum totius materie: aut est digestiuum et maturatiuum materie iam note. Primum est calidum feruens et vincens motum a sphera Martis: que ob id moderate remota est: vt possit locum mixtionis attingere et non destruere. Secundum autem calidum semi num conceptiuum et maturatiuum a solis sphera mouetur: et ab eadem vite primordialia semina recipit. Ultra dictas autem planetarum spheras/ quarum sex sunt: ponitur septimus scilicet Mercurius: qui ob varietatem sui motus mixtionem atque virtutum dictarum applicationem habet: vnde ab astrologis dictum est. Cause agentes sequuntur solem: materie lunam: fecunditas causarum agentium iouem: fecunditas materierum venerem: velox expeditio ad effectum (propter vehementem calorem) martem: propter multiplicē virtutem mercurium: et cunctarum continuatio permanens sequitur Saturnum: et rursum calor viuificus Soli: calor adurens Marti: superficies varia Mercurio: humor aereus Joui: humor aqueus Lune: humor mixtus Veneri: et moles tota Saturno attributa est. Et hec quidem ꝑm astrologos dicta sunt Celum vero vndecimum (quod locus est beatorum) theologorum auctoritas annumerat. Discipulus. Diuisionem partis etheree in celos vndecim: et partis elementaris in partes quatuor: insuper et de celorum numero demonstrationem cupide accepi: singulorū tamen vellem audire dispositiones atque formas. Magister. Vereor ne dum dispositiones omnium mundi spherarum in medium ferre tentauero epitomatis leges infringā. Attamen ne tuis videar contraire petitionibus/ de singulis saltem pauca adducam. De superioribus autem ad inferiora premisso ordine descendens ab empyreo celo exordiar.

Jupiter

Mars

Sol

Mercurius

De celo Empyreo: Ca. VIII Magi.

CElum vndecimum immobile primo die creatum et mox angelis sanctis repletum/ est corpus subtilissimum/ primum mundi fundamentum et quantitate maximum: qualitate lucidum: figuratione sphericum: locali situ supremum: amplitudine spirituum et corporum visibilium et inuisibilium contentiuum: dei summum habitaculum. Est itaque diuersas ob causas varie denominatum. Dicitur enim empyreum quasi ardens et ignitum: non quidem realiter: sed quia lumine corporali perfusum: aut quia a superbenedicta trinitate in eodem residente illuminatum. Dicitur etiam olimpum a limpitudine et crystallinum: eo ꝙ sit corpus solidum non concauum/ transparens et lucidum. In quo tamen corpora beatorum subtilia sine resistentia aut dimensionum penetratione ambulabunt. Quod autem hoc celum a quibusdam intellectuale dicitur/ accipiendum est: quia a nobis nō visibile/ sed intelligibile tantum est. Aut quia locus sit deū intellectualiter contemplantiū. Nonnulli etiam vltra celum empyreū/ celū trinitatis annumerāt: qd̄ dicūt esse deū ꝑm rem: et differre rōne: nihil tñ aliud est (inqt Alberthꝰ) ꝙ virtutis eiꝰ excellētia: q̄ ꝯtinet et ambit oīa creata. Et esse in tali celo est esse in equalitate virtutis dei omnia continentis atque saluantis: qd̄ solum conuenit patri filio et spiritui sancto.

Celum empyreum

Beda

Basilius li. ij hexameron

Celum intellectuale.

Celum trinitatis.

Alberthus

De celo decimo siue primo mobili. Capitulum IX Discipulus.

Celũ decimũ p̃mũ mobile
Modus eius

De celo decimo quid dicis? Magister. Celum decimũ omniũ corporũ primũ est mobile: motu scз diurno ab oriente occidentẽ versus: iterũ redeundo in orientẽ in. 24. horis: sine fatigatione ꝛ pena regulariter. i. non velocius vno tempore ꝙ alio. Et illo motu secum rapit omnes spheras inferiores. Fitqꝫ talis motus super polis mũdi. Discipulus Que aut quot in hoc celo sunt stelle. Magister. Nulle: attamen in ipso/sicut ꝛ in nono characteres ꝛ lineationes: non nisi a visu acutissimo certis locis et tẽporib⁹ ꝑceptibiles esse supstitiosi q̃dã ꝯtendũt. Quib⁹ nõnulli noĩe sapiẽtes ꝛ mẽte capti/imagines quasdã sub certis stellatiõb⁹ signãt quas etiã effectus mirabiles sequi affirmant: quos diabolica machinatione nõnunꝙ secuta experientia docuit: quorũ fraudẽ/dum nõ aduertunt seipsos ꝛ alios misere fallunt (quia fallũtur) ꝛ tandẽ ad caliginosi ignis incendiũ ꝛ perniciẽ eternam ducunt. Ex predictis characteribus quidam signa duodecim in zodiaco ꝯstituũt que eisdem nominibus quibus ꝛ ea que in octaua sphera sunt nominant: vt infra patebit. Nunc ad celum nonũ descendamus.

De celo nono. Capi. X Magi.

Celũ nonum.
Motus eius.

Celum igitur nonum similibus (vt dicunt) charrecteribus quibus ꝛ decimũ est insignitũ: stellis caret: duplici motu reuoluitur. Primo quidẽ ad motũ primi mobilis. Secundo motu ꝓprio ab occidente versus orientẽ sup polis ꝓprijs in. 200. annis gradu vno/ꝛ minutis. 28. fere ẜm successionẽ signorũ respectu zodiaci p̃mi mobilis. Semp enĩ supficies ecliptice illi⁹ none sphere ẽ in supficie ecliptice p̃mi mobilis. Arcus aũt siue distãtia intra capita arietis p̃mi mobil' arietiꝫ hui⁹ sphere: dicit̃ mot⁹ stellarũ fixarũ. Totãqꝫ reuolutionẽ in. 49000. annis cõplet: q̃ reuolutio a q̃busdã magnus annus Platonis dicitur. Aiunt enĩ platonẽ scripsisse: Integra reuolutione ista cõpleta: omnia in eodem statu ꝛ dispositione cõsistere/quo in initio reuolutionis fuerant. Hanc positionẽ diuus Augustinus de ciui. dei li. xij. ca. xiii. in fine explodendã/ꝛ religioni nostre contrariam ostendit dicens: Absit tñꝙ vt nos ista credamus: semel enĩ christus mortuus est ꝑ peccatis nostris: resurgens autẽ a mortuis iam non moritur: ꝛ mors ei vltra nõ dominabitur: ꝛ nos post resurrectionẽ semp cũ dñio erimus: ad Romanos. vj. Et hoc celũ a quibusdã aqueum/ab alijs crystallinũ appellat̃: supra firmamentũ enĩ (qḋ octauũ celum dicit̃) scriptura aquas esse multipliciter astruit: vnde in Genesi legitur: Fiat firmamentum ꝛ diuidat aquas ab aquis ꝛc. Dauid: Qui tegis aquis superiora eius: ꝛ iterum: Aque que super celos sunt laudẽt nomen dñi. Et in Daniele: Benedicite aque omnes que sup celos sunt domino. Has nõnulli in forma nebule tenuissime consistere aiunt. Augustinus ad Orosiũ. q. xxvij. Alij congelatas coniecturant: vnde ꝛ hoc celũ crystallinũ nominant. Ceteri hoc celum quia ex materia (de qua dictum est: Et spiritus domini ferebatur super aquas) constitutum sit: eodem nomine posse appellari/argumẽtatur. Augustinus autem concludendo dicit: Quomodo ibi sint: tamẽ eas ibi esse minime dubitamus. Maior enĩ est huius scripture auctoritas ꝙ omnis humani ingenij perspicacitas. Causas autem quare ibi sint aque constitute/

Motus stellarum fixarum.
Annus Platonis
Augustinus
Aqueũ celum nonum
Ps. ciij
Danielis. iij.
Ps. cxlvj.
Augustinus
Crystallinũ celum nonũ
Gen. j.
Idem

quia varie a multis assignātur/silentio libuit preterire. Discipulus. Num celum empyreum/ crystallinū nōnunq̄ appellari/superius cōmemoratum est? Magister. Etiam fili. Sed rationem huius adiunximus. Nec te mouebit non omnino concors celorum distinctio ⁊ appellatio/si in re ipsa concordiam ex dictis amplexus fueris. Verūtamen ⁊ te vno admonendū existimo: nōnullos. s. supremam ignis partem celum igneum: partem vero inferiorem olympeum: sic aeris supremam partem celum ethereum: inferiorem autem celum aereum nominasse. Discipulus. Quod subest octauū celum percurramus. Rabanus

De octauo celo. Capi. XI Magi.


Subest celum octauum quod ⁊ firmamentum dicitur: ⁊ stellis innumerabilibus ornatum est: que appellantur: quoniam omni tempore equaliter a seipsis distant: nec proprium motum a motu sui celi habent. Sunt etiam in eodem celo decem circuli imaginarij sese intersecantes: ac imaginum in celo situm motum ⁊ diuersitatem notificantes. Mouetur autem hoc celum motu triplici: vt dictū est supra in capitulo. vj. Et vt ea que dicta sunt clarius intelligas: de circulis primum: dehinc de stellis ⁊ imaginibus octaue sphere tractabimus. Firmamentū Motus eius.

De circulis decem in firmamento imaginatis ⁊ primo de maioribus. Capitulum XII Discipulus.

Qui et quales sunt hi circuli? Magister. Circulorum in firmamento imaginatorum quidam maiores sunt: quidam vero minores. Discipulus. Quot ⁊ qui sunt maiores? Magister. Sex sunt: hi scꝫ qui per firmamenti conuexam superficiem et eius centrum transeuntes/ipm in duo equalia diuidunt. Horum nomina sunt zodiacus: equinoctialis: colurus solsticiorum: colurus equinoctiorum: circulus meridianus: ⁊ horizon.

De circulo equinoctiali. Capitulum XIII Magister.

Est autem equinoctialis circulus quidem diuidens spheram in duo equalia ſm quālibet sui partem equaliter a polis distās. Dictus equinoctialis: quia cum sol per ipsum transit (quod bis fit in anno: cum scilicet est in principio arietis circa festum Gregorij: ⁊ in principio Libre circa festum exaltationis crucis) fit equinoctium in vniuersa terra: hinc ⁊ equator diei ⁊ noctis dicitur: est enim tunc dies duodecim horarum/similiter et nox. Nominatur etiam cingulus primi mobilis: quia ipsum in medio per duo equalia per modum cinguli diuidit.




De circulo Zodiaco. Capi. XIIII Disci.

Zodiacus circulus

Zodiacus quis est circulus? Magister. Is qui per sphere mediũ transiens equinoctialem intersecat: ⁊ intersecatur ab eodem in duas partes equales: quarum vna versus austrum: reliqua vero versus septentrionem declinat: ob id ⁊ circulus obliquus dicitur. Et signa versus austrum declinãtia australia vocantur scȝ. Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piscis. Ea vero que versus septentrionem se vertunt: Borealia a vento: vel Septentrionalia dicunt scilicet: Aries Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo. Est autem hec declinatio. 23. graduũ ⁊ dimidij: aut fere. 24. gradibus qui ex diuisione totius in. 360. proueniunt. Zodiacus autem nominatus est zoe quod est vita: sol enim sub illo circulo motus cunctis vitam prestat inferioribus: aut ἀπο του ζωδιόυ. a zodion qđ animal dicitur. Sunt enim in eo duodecim imagines per stellarum positiones formate: ⁊ nominibus animalium insignite: ⁊ solus is circulus in firmamento latitudinem habere describitur. Discipulus. Quanta est latitudo eius? Magister. Duodecim graduum: ex prefata diuisione in. 360. sumptorum: ⁊ per medium horum linea imaginatur diuidens zodiacũ in circũito in duo equalia: a qualibet parte sex gradus relinquendo. huic linee ecliptica nomen est: q̃ tunc solum cum sol ⁊ luna sub ea fuerint / eclipsis fieri possit. Ex hac zodiaci partitione patet: signum quodlibet in longitudine habere gradus triginta / in latitudine vero. 12. Quandoq̃ tamen totum firmamentũ in duodecim equalia diuiditur per sex circulos per polos zodiaci ⁊ initia signorum in zodiaco distinctorum transeuntes: ⁊ tunc stelle extra zodiacum existentes dicuntur esse in signis.

Signa zodiaci australia

Septentrionalia.



De circulis Coluris. Capitulum XV Discipulus.

Colurus solsticiorum.

Describe coluros. Magister. Colurus solstitiorum est circulus per polos mundi / ⁊ principia cancri ⁊ capricorni transiens: spheram in duo equalia diuidẽs. Discipulus. Et vnde hoc sortitus est vocabulum? Magister. Quia incompletus apparet aut vt communiter dicitur a colon qđ membrum / ⁊ uros quod bos siluester interpretatur: apparet enim huius circuli sola vna medietas in modum caude bouis siluestris erecta. Sed solstitiorum dicitur: quoniam sol ipsum attingens / amplius nõ ascẽdit: vt cum circa festum Viti Cancrum intrat: nec descẽdit: vt cum Capricornum circa Lucie festum lustrat: et horum primum solstitium estiuale (quia in estate) alterum vero solstitium hyemale (quia in hyeme fit) appellatur. Colurus vero equinoctiorum est circulus per polos mundi ⁊ initia arietis ⁊ libre transiens spherãq̃ in duo equalia diuidens: dictus autem est equinoctiorum quia sol ipsum attingens equinoctia facit: vnum scȝ vernale circa festum Gregorij: alterum vero autũnale circa festum exaltationis crucis. Et hi duo circuli sese in polis mundi intersecant ad angulos rectos ⁊ sphericales.

Eq̃noctiorũ

Estiuale

Hyemale

Vernale

Autũnale

De circulo meridiano. Ca. XVI Disci.

Meridianum in sphera quē dicis circulum? Magister. Eum ipm qui transit per polos mundi ꝛ per cenith capitis nostri. Est autē cenith capitis nostri punctus firmamēti directe capitibꝰ nostris suppositus. Appellatus est autem is circulus meridianus quia cū sol ab ortu ascendens ad ipsum peruenerit: illi per cuius cenith talis circulus transit/meridies est: ex quo patet ciuitates equaliter ab oriēte ꝛ occidente distantes/diuersarum scꝫ latitudinū eundem habere meridianū: has autē que inequaliter ab ortu ꝛ occasu distant/diuersos meridianos habere necesse est: ꝛ differētia eorundē ab inuicē/longitudo ciuitatū in tabulis astronomicis appellari solet: manet aūt ciuitatū meridianꝰ idē ad.300. stadia: vltra variat̄ ad sensum. Circulus meridianus Cenith


De circulo Horizonte. Capitulum XVII Discipulus.

Horizon quis circulus est? Magister. Qui superius hemisphēriū ab inferiore diuidēs/visum nostrum terminat: vnde ꝛ hoc accepit nomen: horizon nāq̧ terminator visus interpretat̄: ꝛ ille quidē duplex est: rectus et obliquus. Rectū autē horizonta habere phibent̄/ qui sub equinoctiali habitant: nam horum horizon per polos mundi transit: ꝛ equinoctialem ad angelos sphérales ꝛ rectos diuidit. Sed horizonta obliquum siue decliuem habent/quibus vnus polorum super horizonta eleuatur: horum enim horizontem equinoctialis ad angulos spherales obliquos intersecat. Est autem cenith capitis semper polus horizontis: ex quo facile claret tantam esse distantiā cenith capitis nostri ab equinoctiali/quanta fuit super horizontem eleuatio poli mundi. Est autem ad sensum ciuitatum horizon idem ad.400. stadia. Circulus horizon

De circulis sphere minoribus. Capitulū XVIII Discipulus

Circulos maiores sex ex premissa descriptione in sphera imaginari facillimum videtur: nunc minorū descriptiones subiungito. Magister. Circuli minores in sphera imaginandi sunt quatuor: quorū duo ex motu polorum zodiaci circa polos mundi causantur. Poli nāq̧ zodiaci a polis mundi per vigintitres gradus ꝛ fere dimidium distantes/ circa eosdem voluuntur: quorum vnus Arcticus: reliquus vero Antarcticus appellatur. Arcticus quidem ab arctos constellatione quam ꝛ vrsam maiorem dicūt que circa hunc circulum (vt in sequentibus patebit) inuenitur. Et idem circulus nōnunq̄ Borealis aut septentrionalis dicitur. Borealis quidem: nam in ea mūdi parte est vnde Boreas ventus oritur. Et septentrionalis a septentrione: id est minore vrsa: que septem stellis circa hunc circulum existentibus figurat̄: que ꝛ triones: id est boues appellant̄: eo q̧ tarde vt boues moueant̄. Eisdem nominibus polus mūdi nobis semꝑ apparens (qui ꝛ circuli arctici centrū est) nominat̄. Oppositus vō ꝛ polus ꝛ circulus Antarcticus quasi cōtra Arcticū dicit̄. Idē Australis a vēto: ꝛ meridionalis a tali mundi plaga. Circuli minores. Arcticus Antarcticus.

Disci. Qualiter aūt alij duo minores circuli in sphera imaginant̄? Magister. Taliter. Nam sol existens in primo puncto cancri/ circulum quendam Tropicus cancri.


polus mūdi Arcticus, vel Borealis
polus Zodiaci
Zenith capitis.
Circulus Arcticus.
Zodiacus
Tropicus Cancri.
Circulus meridianus
Oriens.
Equinoctialis.
Colurus solsticiorum.
Occidens
Gemini.
Taurus
Aries
Virgo
leo
libra
Scorpio
Sagittarius
Piscis.
Aquarius
Capricornus
linea ecliptica.
Tropicus Capricorni.
Colurus
Circulus Antarcticus
polus Zodiaci.
Polus mūdi Antarcticus, siue Australis.
Meridies.

mercurij et ɔcauū veneris sunt.542750 $\frac{1}{7}$ earundem est semidiameter orbis mercurij.et diamet̄ ē.1085501 $\frac{1}{3}$ circūferētia.3411575.$\frac{1}{2}$ et modicū vltra. Spissitudo vero orbis mercurij est.334209. At vero a centro terre ad ɔuexum veneris et ɔcauū solis.364000.earundē est semidiameter veneris.diameter aūt.728000.circūferētia aūt.2288000.et crassitudo orbis veneris ē 3097250. A centro aūt terre ad ɔuexū solis ⁊ cōcauū martis.3965000.earūdē semidiameter orbis solaris.diameter est.7930000. et circūitus. 24922857 $\frac{1}{7}$ et orbis spissitudo.325000. Sed a cētro terre ad ɔuexū martis et cōcauū iouis.28847000.earundē est semidiameter martialis orbis.diameter.57694000.et circūferentia eiusdē.181524000.et spissitudo orbis. 24882000. A centro aūt terre ad iouis ɔuexū et saturni ɔcauū sunt.46816250. earūdē semidiameter orbis iouis.diameter est.93632500.et circūferētia orbis. 294273572.crassitudo aūt vel spissitudo orbis.17969250. Sed a cētro terre ad ɔuexū saturni et ɔcauū octaue sphere sunt miliaria.65357500.tanta est semidiameter orbis saturni.diameter est.130715000. Et circūferētia orbis. 410818572.et spissitudo orbis saturni.18541250. Sꝫ a centro terre ad ɔuexū firmamēti et ɔcauū none sphere sunt.130715000.et hic est semidiameter octaue sphere.diamet̄ est.261430000.circūferētia est.822657143.et spissitudo eiusdē est.65357500. Eo vero tp̄e quo hec supputata fuere/nōdū in noticiā venerat decimū celū:qꝺ neoterici inuenerūt. Continet aūt miliare iuxta intentionē alphragani passus.1542. minus fere vna vicesimaquarta vnius passus quoꝝ mille integrant miliare romanū. Ex istis qꝺ de quātitate stellaꝝ in superioribus dictū est credibilius reddit̄. Continet eñ sol terrā centies sexagiessexies et tres eius octauas. Terra aūt ɔtinet lunā trigesies nonies ⁊ insup fere quartā eius. Sol aūt maior est luna sexies milies/sexcenties quadragies quater:et insup eius cōtinet medietatē. vti videre est in q̄nto Almagesti Ptolemei. Distantia autem planetarum a terra non semper est eadem: ꝓpter ecentricitatem deferentis et epiciclorum quantitates. Propior est igitur planeta terre in inferiori parte epicicli circa oppositum augis: et remotior in superiore parte epicicli et augem deferentis. Sed hec ad presens sufficiant. Nec ego iam dicta verificaui/sed ab alijs posita recitaui:ceteris de eadem re opinionibus pretermissis. Discipulus. Hec simul et iocunda sunt et miranda:ex quibus creatoris mira et inexhausta relucet et sapientia et potentia. Sed ne his diutius immorati negligamus alia/ad reliqua tuum vertas sermonem:et eclipsis solaris possibilitatem ostendas. Magister. Solaris eclipsis causatur ꝑpter diametralem Lune inter Solem/et visum nostrum interpositionem. Quod nō nisi in nouilunio potest contingere: nec tamen in omni. Sed cum in vel circa caudam/aut caput fuerint coniuncta: et cum precise in cauda vel capite coniunguntur/potest contingere eclipsis solis vniuersalis:sed non in omni terra/propter aspectus diuersitatem. Unde Augustinus libro tertio capitulo quinto de ciuitate dei:de eclipsi solis facta dum dominus crucifixus est/ait: Quam solis obscuritatem non ex canonico siderum cɔ̄ꝯsu accidisse/satis ostendit:ꝙ tunc erat pascha iudeorum.nam plena luna pasche solennitas agitur. regularis autem solis defectio/non nisi in lune fine contingit. Aliud vero quod eandem eclipsim contra naturam accidisse arguit/est:quia fuit vniuersalis in tota terra.



De significatione terminorũ tabularum Astronomicarum. Capitulum. xxxvij. Mag.

Speculationibus Astronomie quorundam terminorũ in tabulis motuum occurrentiũ rationes annectere operepreciũ est: ne in his demum te erroris caligo inuoluat. Sunt aũt hi termini (vt rem breuius edicam) aux. oppositiũ augis. equatio. et sic de alijs. Hi aũt aliter in sole/ aliter in luna/et aliter in reliquis accipiunt planetis. Dis. In primis igitur ipsos vt in sole accipiunt edicas. Ma. Aux i sole dupliciter accipi solet. In prima scz significatione/et secunda. Aux solis in prima significatiõe est pũctus circũferentie ecentrici: maxime a centro mũdi remotus. qui etiã longitudo longior dr. Punctus vero oppositus/oppositũ augis siue longitudo propior nominatur. Linea aũt per hec duo puncta et centrũ mundi et centrũ deferentis extensa/linea augis vocat. Ex his longitudinẽ mediã facile intel-

Aux solis
Oppositum augis
Linea augis


liges. Est enim punctus inter augem et oppositũ augis in deferente determinatus per lineam a centro mundi exeuntem: que cum augis linea rectos angulos facit. Sed aux solis in secunda significatione est arcus zodiaci ab ariete ẽm successionẽ signorum vsq; ad lineam augis computatus. Linea autem medij motus est linea a centro mundi ad zodiacum extensa: linee a centro ecentrici ad centrum solare pertracte eque distãtis. Medius autem motus solis est arcus zodiaci ab ariete ẽm successionem signorum vsq; ad hanc lineã computatus. Sed linea veri motus solis/ est linea a centro mundi per centrum corporis solaris ad zodiacum extensa. et verus solis motus/ est arcus zodiaci ab ariete ꝛc. vsq; ad hanc lineam supputatus. Arcus vero zodiaci inter has duas lineas/ veri sc; et medij mot⁹/ solis equatio dr. Arcus aũt inter lineã aug; et lineã medij mot⁹ solis argumẽtũ noiat. et hec singl'a i subiecta oculis videre poter; descṗtiõe. Trãseam⁹ ad termĩos lunares. Di. Transi.



De terminis tabularibus lune Capitulum XXXVIII

Magister

AUx in luna tam in prima q̄ secunda significatiōe: similiter linea augis ꝛ longitudines medie accipiuntur quē admodum in sole. Epiciclus tamen speciales habet auges. Discipulus. Que sunt iste? Magister. Aux media epicicli est punctus circumferentie epicicli quem ostendit linea puncto diametraliter opposito centro ecentrici in circulo paruo per centrum epicicli ducta: sed aux epicicli vera est punctus eiusdem circumferentie: quem linea a centro mundi per centrum epicicli ducta indicat. Linea autem medij motus lune est linea a centro mundi per centrum epicicli ad zodiacum protracta. Sed linea veri motus lune/ est que a centro mundi per centrum corporis lune ad zodiacum extendit. Medius et verus motus ei sumuntur sicut in sole. Arcus autem inter lineas medij et veri motus interiacens equatio argumenti lune est. Argumentum vero lune duplex est: medium scilicet et verum. Argumentum lune medium est arcus epicicli ab auge epicicli media ꝯm motum centri corporis lunaris vsq; ad idem centrum lunare. Sed argumentū lune verum ab auge epicicli vera vsq; ad centrum lunaris corporis calculat. Centrum aūt lune est distantia linee medij motus lune ab auge ecentrici ꝯm successionem computata. Et hec distantia longitudo duplex: siue interstitium quandoq; appellatur. Arcus autem epicicli inter argumentum medium et verum interiacens equatio centri dicitur. Distātia vero linee medij motus lune a linea medij motus solis ꝯm successionem signorum media vocatur eorum elongatio. Predicta omnia hec pretacta ostendit configuratio. Medius autem motus capitis draconis/ est arcus zodiaci ab initio arietis cōtra successionem signorum ad lineam egredientem de centro mundi per caput. Arcus autē ab ariete ad hanc lineam ꝯm successionem/ est motus verus. Similiter dicendum est de cauda. Videamus reliqua. Discipulus. Dum in motu est calamus/ auscultare magis q̄ inquirere licet.




Aux media epicicli est punctus a.
Aux vera epicicli est punctus b.
Argumentũ medium lune/est arcus a.d. in epiciclo.
Successio signorũ/est ab ariete versus augem lune iterũ rediens in arietẽ.
Argumentũ verum lune/est arcus.b.d.in epiciclo.
Aequatio centri/est arcus.e.inter.a.et.b.

De terminis tabularibus in reliquis planetis. Capitulũ XXXIX Magister.

Aux ecentrici / oppositum augis / linea augis / et longitudines medie in reliquis planetis eodem modo sumũtur. Epiciclus vero augem habet specialem. Discipulus. Que est ista? Magister. Aux epicicli media / est punctus epicicli per lineam a centro equantis per centrum epicicli ducta designatus. Sed aux epicicli vera / est punctus epicicli qui per lineam a centro mundi per centrum epicicli ductam ostenditur. Linea autem medij motus epicicli: est linea que a centro mundi ad zodiacum protrahitur: linee a centro equantis per centrum epicicli ducte eque distans. Sed linea veri motus epicicli: est linea que a centro mundi per centrum epicicli ad zodiacum ducitur. Linea autem veri loci siue veri motus planete: est que a centro mundi per centrum corporis planete ducitur. Medius itaq; et verus motus in his ab ariete vsq; ad dictas lineas eodem modo computantur sicut in sole. Sed centrum medium planete est arcus zodiaci a linea augis ad lineam medij motus computatus. Centrum autem verum a linea augis ad lineam veri motus attenditur. Arcus vero inter lineam medij et veri motus epicicli interiacens: equatio centri dicitur. Sic similiter equatio in epicido est arcus epicicli augem mediam et veram eiusdem interiacens. Argumentum autem planete medium: est arcus epicicli ab auge eius media sm motũ eius ad centrum corporis planete numeratus. Sed argumentum verum / ab auge vera ad planetam computatur. Arcus vero inter lineas veri loci planete: et veri loci epicicli interiacens / equatio argumenti dicitur. Excessus quo linea a centro mundi in augem longior est / linea a centro mundi in oppositum augis diuisus in .60. partes minuta proportionalia dat propriora: sic excessus dicte linee a centro mundi in augem super lineam a centro mundi in longitudinem mediam / dat minuta pproportionalia longiora. Horum exempla omnium in preeffigiata hic descriptione apparent. Discipulus. Sane conspicio. Sed vnde moti fuere sapientes tantã orbium ponere diuersitatẽ? Magister. Ex eo nam viderunt planetas diuersis rotari motibus. Cum autem vnius corporis simplicis sit tñ vnus motus / illam diuersitatẽ non nisi per diuersos orbes possibilem esse argumentati sunt. Et rursus: quia signa sunt eiusdem longitudinis: et planeta vno tempore non mouetur velocius q̃ alio (quia motus celi et omniũ partiũ eius regularis est) citius tamen ptransit qñq; vnũ signũ q̃ aliud: hoc autẽ saluari non potuit sine orbium ecentricitate. Cum eñ planeta in auge vel circa augem fuerit: sub vno signo necessario longiorem arcũ q̃ in opposito augis pertransibit. Unde et sol non equis temporibus equales zodiaci quartas peragrat: qđ patet: dies quibus pcurrit quartas / vernalem estiualem / autũnalem et hyemalem numerando: minus quippe temporis absumit dum est in signis australibus et circa oppositum augis q̃ in alijs: propter deferentis ecentricitatem. Et amplius: videntur nõnunq̃ planete stare aliquando versus orientem / et quandoq; versus occidentem moueri. Qđ sine epiciclo haud facile saluatur. Ob has igitur causas ecentricos et epiciclos / et ex consequenti orbes ad horum motus necessario posuere. Sunt tamen qui hec omnia alia nituntur saluare via.

Aux epicicli duplex

Ratio diuersitatis orbium.



Aux media epicicli/est punctus a.
Aux vera/est punctus b.
Equatio epicicli/est arcus c.
Argumentum medium/est arcus a d
Argumentum verum/est arcus b d

De partibus regionis elementaris: et primo de igne. Capi. XL Discipulus

Iam credo te omnes Astronomie theorias mihi imprimis necessarias complesse: Magister. Ita est: sufficiunt enim he pro introductione incipientis. Cum vero has plene intellexeris/altiores latioresque in libris Ptholemei/Almagesti/rhetoricis Joannis Purbachij/Thebit Albategni/Geberi: alijsue de his scribentibus inuenies. Nunc ordo exigit vt de celestibus ad partes mundi elementaris descendamus: in quo regio ignis superior occurrit. Ignis nanque in modum orbis celestis sub concauo orbis lune continetur: et ad motum eius circumducitur et rapitur. Ex qua causa etiam caliditas eius augmentatur. Est autem talis ignis substantia pura ex materia et forma sua propria substantiali composita calida et sicca: clara ac subtilis: vt nec visum nostrum versus astra respicientem prohibeat. Ignis

De Aere et eius intersticijs. Capitulum XLI Magister.

Sicut autem ignis in modum orbis sub celo lune continetur: ita aer sub concauo orbis ignis locatur: qui de sui natura substantia pura est et clara: calida et humida: calida quidem/vt cum igne sub quo locatur concordet: humida vero/vt siccitati ignis resistat: he tamen qualitates in omnibus aeris partibus non sunt equales. Discipulus. Et vnde hec prouenit diuersitas? Magister. Ex accidenti. Diuiditur enim aer (quantum ad presentem attinet speculationem) in tria intersticia. Quorum supremum ab igne circumrotatur: et plus solito calescit et incendit et in illo impressiones ignite (de quibus in naturalibus) generantur. Medium plus frigidum est: quoniam a sphera ignis remotum: nec radiorum solis reflexorum receptiuum: turbidum/atque spirituum immundorum habitaculum: vt habet Augustinus libro octauo de ciuitate dei c. 22. et libro de agone christiano. et in solutione tertie questionis ad deo gratias presbyterum. in quo propter sui frigiditatem impressiones aquose (vt grando nix etc.) generantur. Sed intersticium infimum humidum est et calidum: et caliditas eius per accidens augmentatur ex reflectione scilicet radiorum in terre superficie. In illo generantur ros et pruina: et quedam impressiones ignite. Hec autem pro nunc sufficiant de aeris dispositione. In aquam descendamus.

Aer

Intersticium aeris supremum

Medium

Augustinus

Infimum

De Dispositione aque Capitulum XLII Magister.

Aqua in primordiali rerum creatione ad modum nebule tenuissime totam terre circumdedit superficiem et vsque ad superiora progrediebatur. Sed iussu creatoris firmamentum aquas ab aquis diuisit: et que sub firmamento relicte sunt in locum vnum: scilicet terre concauitates congregantur: vt terre animantia in eiusdem superficie possent habitare. Ex tota itaque terre et aque substantia vnum corpus sphericum est constitutum. Cuius philosophi duplex centrum: grauitatis scilicet/et magnitudinis assignabant. Magnitudinis quidem

Aqua

Gen. j. a

Centrum duplex sphericum terre et aque


centrum/axem totius sphere ex aqua & terra diuidit: & est medium mundi. Centum vero grauitatis extra illud consistit/ videlicet in diametro terre: que necessario maior est quam semidiameter sphere ex aqua & terra composite: quia si non: terra secundum nihil sui esset in medio mundi: quo in naturali scientia & astronomia absurdius dici vix poterit. Necessitas autem ponendi centrorum diuersitatem ex eo sumitur: quod terra aquis discooperta leuior est quam pars terre aquis circundata. Et terra discooperta madefacta mox rursus exiccatur & leuior fit: ideo centrum grauitatis ipsius non idem esse potest cum centro magnitudinis eiusdem. Sed in diametro terre magis versus circumferentiam & partem hanc tendit que aquis tegitur. Aque etiam magis ad hanc partem tanquam centro mundi magis proximam congregantur. Ex illo concluditur/terram esse in continuo motu locali: quo partes remotiores centro grauitatis eius se alijs equari nituntur. Totius tamen est vna superficies conuexa nec aqua terre superficiem supergreditur: sed in concauitate eam per medium quasi diluit & circundat: sacra attestante scriptura: Abyssus sicut vestimentum amictus eius: & rursus: Terminum eis posuisti quem non transgredientur. neque conuertentur operire terram. Hec ex naturali sui dispositione humida & frigida/ limpida & clara: sed ex vaporibus varijsque terrestreitatibus (sicut & aer) redditur turbida. In ea sunt diuersa animantium genera: his que in terra reperiuntur mirabiliora & maiora: vituli scilicet canes: serpentes: pisces & similia. Diuiditur autem tota (nobis saltem cognita) in maria plurima scilicet in abyssum siue mare indicum: mare mediterraneum: mare arabicum & mare hyrcanum: insuper & pontum &c. que omnia cum vnius eiusdemque sint partes elementi: a diuersis terris/ in quarum constitute sunt terminis alia & alia sortiuntur nomina: que in cosmographia latius conspici possunt: eius tamen dispositionem infra in descriptione terre non omnino silentio transibimus. Discipulus. Rotunditatem aque queso manifestius ostendas: videtur enim hec & sensui & rationi multum extranea. Magister. Quibusdam de eius rotunditate dubitantibus tale a doctis obijcitur argumentum. Si in litore maris signum aliquod ponitur: nauisque in aqua ab eodem in tantum elongatur donec oculus circa malum nauis signum in litore videre non possit: adhuc oculus in summitate eiusdem mali existens videbit: cuius tamen oppositum de necessitate contingeret si tumor aque non resisteret. Nam linea a summitate mali ad signum in litore positum protracta longior est quam linea a pede mali ad idem signum ducta: & ita res (ceteris paribus) per eam minus visibilis est. Facilius tamen rotunditas aque a figura suarum partium sumitur. Aqua namque corpus eiusdem nature in se tota & suis partibus reperitur. Partes vero vtpote guttule omnes ad sphericitatem tendunt: & sic totum eiusdem figure esse manifeste concludunt. Terram perlustrabimus.



Centrorum diuersitas.

Ps. ciij. a

Aque natura



De figuratione et natura terre.
Capitulũ XLIII Magister.

Terra vnã cũ aqua (vt dictũ est) constituẽs spherã in sũꝑficie cõcaua aeris cõtinetur: ꝛ tanq̃ centrũ in medio mũdi ꝯsistit: frigida est et sicca de sui primordiali natura. Ea tñ que nobis apparet humiditatibus exterioribꝰ ꝑmixta ꝛ impura est. Hec magnã cũ animali habet cõueniẽtiã. Habet eñ in se lapides ꝛ saxa magna ꝛ parua: quẽadmodũ animal ossa. Pro viscerib ꝰ ꝛ intestinis / habet cõcauitates ꝛ cauernas multas: in q̃bus ex vaporibꝰ ibidẽ inclusis diuersa generantur metalla / mineralia ꝛ flumina: que sunt vt sanguis in aiali: ꝛ q̃dẽ necessaria: ne sua siccitate redigatur in puluerẽ vbiq₃ igitur aq̃s est ꝯspersa. In eiꝰ sũꝑficie arbores ꝛ gramina nascuntur: sicut in aialibꝰ vngues / crines cetereq₃ sũꝑfluitates expellũtur. Est ꝛ in terra (vt aiũt) infernus quadruplex. In quorũ primo est carẽtia diuine visionis ꝛ pena sensibilis: ꝛ hic est locus dãnatorũ: ꝛ est corporalis: similr̃ ignis in eo indeficiẽs. Super hũc alius infernus est: in quo etsi sit carẽtia diuine visionis ꝛ gratie: non tñ est ibi pena sensibilis. ꝛ est locus puerorũ sine baptismatis lauacro decedẽtiũ. Sup hũc itẽ tertiꝰ est: quẽ purgatoriũ dicũt: in quo est pena sensibilis: sed nõ carẽtia gr̃e dei. Sup quẽ q̃rtꝰ infernꝰ est: in q̃ q̃dẽ carẽtia est diuine visionis / sed non gr̃e: nec est ibi pena sensibilis. Et in isto fuere sancti patres ante christi passionẽ. Sunt tamen qui hec quatuor penarũ loca aliter distinguũt.

rarecT

Terre comparatio ad animal

Infernus quadruplex

Augustinus aūt li. 20. c. 16. de ciuitate dei sic ait: Ignis eternus cuiusmodi et in qua mūdi: vel rerū parte futurus sit/hominē scire arbitror neminē: nisi forte cui diuinus reuelauerit spūs. Hec itaq3 theologie relinquētes/vnde digressi sumus reuertamur. Disci. Quō terra vt dicis in medio mūdi pōt consistere/nec cadit: cū ipsam nullū aliud elementoꝝ ꝓpter sui grauitatē possit sustinere? Magister. Terrā in medio mundi subsistere equinoctia manifestant. Possibilitas aūt ex eo patet: ꝙ in medio eius punctus est: qui centrū terre dicitur: ad quē oīa grauia naturaliter tendūt ꝛ mouenť: sursum vero cōtra naturā ꝛ violenter deferunť: vt facile potes cernere in lapide sursum proiecto. Ob id oēs partes terre circulariter ad centrū eius tendūt: ꝛ ab eo nō nisi per violentiā recedūt: a quacūq3 eñ parte celi mouerenť/semꝑ tenderent ad centrū. Unde si terra totaliter esset pforata: lapis in foramē hoc ꝓiectus/terrā nō totam transiret: sed in medio circa centrū quiesceret: si eñ vltra centrum moucreť: sursum tenderet. Et rursus nisi terra in medio cōsisteret: stelle eidē quandoq3 propinquiores essent: ꝛ sic maiores apparerent: qđ est cōtra omnē sapientū experientiā. Ipsa igitur suꝑ centro suo in medio mūdi immobiliter consistit. Qđ Dauid spiritu prophetico cognoscens exclamauit. Qui fundasti terrā super stabilitatem suā/non inclinabiť in seculum seculi. Eadem rōne intelligiť id quod diciť super nihilum fundata. Disci. Si dicta tua dauidicis canticis ꝓbare volueris: repugnantiā vt videť reperies. Nam alibi dicitur de orbe terre. Super maria fundauit eum ꝛ super flumina preparauit eum. Magister. Hoc nō quo ad totam terre molē accipiendū/sed quo ad quasdā partes intelligendū est. Multi eñ montes marib⁹ ac fluminibus reperiunť eminētiores: aut sicut villas ac ciuitates dicimus suꝑ rhenū/Danubiū aliud ue flumen constitutas: nō ꝙ in flumine/sed circa flumen sint locate. Omnes nāq3 (vt supra dixim⁹) aque in terminis terre sunt incluse: eodē testāte Psalmista: Congregās sicut in vtre aquas maris: ponēs in thesauris abyssos ꝛc.

Margin: Augustinus — Terra mediū mundi. — Ps̄. xlij. a — Ps̄. xxij. a — Ps̄. xxxij. b

De terre rotunditate. Ca. XLIII Disci.

Et quō terre rotunditatē accipere possumus: cum innumeri montes conuallesq3 in ipsa reperianť? Magi. Terre rotunditatē varie ꝓbare possumus. Primo quidē physice sic. Omne ꝓductiuū rotundorum est rotundū: cū generatio naturalis assimilet effectum cause quantum potest: omnia aūt terrenascentia ad rotunditatē tendunt: pfecte autē rotunda nō sunt: quia nō a sola terra/sed alijs causis fiūt. Secūdo mathematice. Omne corpus vna supficie contentū est rotundū: terra est hmōi: igitur terra est rotunda: minor huius syllogismi astronomice inuestigari poterit ꝛ ꝓbari. Tertio rotunditas terre satis clare ex stellarum situ patet. Nobis nāq3 stelle vrse circa polum arcticū existētes semꝑ apparēt: he vero que circa polū australem sunt/a nobis nunꝙ videnť: nisi versus austrū ꝓgrediemur: intantū vt mediū attingamus. Similr existentibus in oriēte sol citius occidit ꝛ oritur ꝙ existētibus in occasu: qđ eclipsibus deprehensum est. Una eñ ꝛ eadē epiclipsis numero que nobis in prima noctis hora apparuit: oriētalibus in tertia hora noctis visa est. Sic terre rotunditas a septentrione in austrum/et rursus ab ortu in occasum probať. Quod vero de montibus ꝛ cōuallibus obijcis/facillime ꝓpulsabiť: si terre magnitudinē animaduertas. Habent eñ se mōtes magni et valles ꝓfunde ad terrā totā/quēadmodū rime pue in globo magno.

Margin: Probať terra rotunda physice. — Mathematice — Ex stellarum situ.

Nullus enī mons ad perpendiculū altior est stadijs quindecim. Et mare in nullo loco ꝓfundius est a stadijs.30. Cuius certissimū argumentum sumitur in eclipsi lunari: nisi enim sphera ex aqua τ terra aggregata tota esset rotunda/ vmbra eius nequaꝙ lunā ad partes arcuales obfuscaret: sed iuxta terre confi guratione τ montiū gibbositates valliūqꝫ decliuitates cerneretur. Discipulus Experimentali huic argumētationi nō possum nō assentire: videris autem de terre quantitate cōtraria dicere. In suꝑioribus nempe terrā quasi punctum esse in medio mūdi: hic ob miram ipsius molē montes maximos nō reputari affirmas. Magi. Terrā respectu totius mūdi aut firmamenti vt punctum reputandā: ad montes aūt τ valles cōparatā/spaciosam τ amplā existiman dam dixi: nō in se consyderatā/paruam τ magnā astruxi. Disci. Potest ne quātitas terre humano ingenio inuestigari? Magister. Etiā. Discipulus. Quō? Magi. Sumpto astrolabio aut quadrāte/per ambo foramina stelle alicuius tibi note altitudinē per pendiculū in limbo consydera: τ ad quāuis mundi plagā perge: donec eadem stella vno gradu altior aut depressior videa tur: habebis itaqꝫ quantū spacij in suꝑficie terre vni gradui in celo correspon deat: qd̄ in miliaria siue stadia partitū τ in gradus celi qui sunt.360. multi plicatū terre ambitū dabit. Unde cū iuxta Ptholemei traditionē in cosmo graphia/gradui vni in celo in suꝑficie terre correspondeāt stadia.500. mani festum est: quia totus terre ambitus habet stadia.180000. hec faciunt milia ria italica.21600. vni miliari in diuisione stadijs octo cedentibus cū vna ter tia: ꝙ si miliaria gradibus celi diuiseris/gradui vni miliaria sexaginta pro uenient. Hec rursus per quatuor diuisa: fiunt miliaria alemanica quindecim: que in suꝑficie terre gradui vni in celo correspondere cōprehensa sunt. Qua re ambit⁹ terre habet miliaria alemanica.5400. diameter.1718. et $\frac{12}{22}$ vni⁹ miliaris: semidiameter miliaria.858. et duas partes: quarū vigintidue vnū miliare ꝯstituūt. Qꝫ si miliari italico siue romano octo stadia tm̄ deputabi mus: erit ambitus terre.22500. miliariū romanoꝝ: que faciūt.5625. alemani ca: sicqꝫ vni gradui correspondebūt miliaria alemanica quindecim semis et vna octaua. Si autē vt in quibusdā codicibus reperitur gradui vno.700. sta dia corresponderēt: esset ambitus terre stadioꝝ ducentoꝝ quinquaginta duo rum milium: qd̄ voluit Eratosthenes: τ diameter stadioꝝ octoginta milium τ centum octoginta vnius τ semissis et tertie vnius stadiorum.

Terre quantitas inuestigatur humano ingenio.

Ambit⁹ terre

De partibus terre habitabilibus iuxta di uisionē ei⁹ in zonas q̄nqꝫ. Et si sub eq̄noctiali sit cōueniēs habitatio. Et paradisus qualis aut in qua pte terre sit. Ca. XLV. Disci.

Ex latitudine terre prescriptā multitudinem inhabitantium innume rabilē coiecto: quādoquidē qui in vno regno sunt/vix numerari aut numerati distincte cōcipi possunt. Magi. Attende spacium quod mari τ fluminib⁹ illuitur: qd̄ paludibus/nemoribus τ inuijs montib⁹ occupatur: quod aut bestiarum immanitate non habitatur: solis nimia vel vicinitate exu ritur: vel distātia ꝑpetuis algoribus ꝯstringitur: τ maxima pars multitudinis

per te imaginate auferetur. Vñ cum tota terra in quinqꝫ partes/quas zonas vocant partiatur/due tñ ex his habitabiles perhibentur. Dis. Que? Magi. Una que a tropico cancri versus septentrionē vsqꝫ ad circulum arcticum protenditur: altera que a tropico capricorni versus meridiem vsqꝫ ad circulum antarcticū porrigitur. Quod autem inter tropicos sub equinoctiali terre est torridam zonam vocant: ob vicinitatē solis nimio calore non habitabilem. Quod autem inter circulos arcticum et antarcticū comprehenditur/zonas frigidas nominant: nimio frigore non habitabiles. non quia nullius hominis in his terre partibus habitatio esse possit: sed si qua est/admodum praua est ob caloris modicitatē: quo tñ humanū genus precipue indiget. Dis. Opti

Terre diuisio

Zona torrida

frigida



ma igitur in zona torrida habitatio est vbi calor abundat. Mag. Non calo-
ris abundantia/sed temperantia hoim habitationē laudabilem reddit: que
sub equinoctiali esse hoc medio argumentaꝝ. Nam cū ibi semper tant⁹ sit di- Sub eq̄noctiali est habitatio terre conueniens.
es quanta est nox: et econuerso: noctis frigiditatē diei calor temperat: et calo-
rem diei noctis succedentis frigiditas mitigat. Unde et paradisum terrestrē
ad orientē plantatā scriptura cōmemorat. Oriens aūt verus ab equinoctia-
li computaꝝ. Paradisum aūt non modo esse hoim habitationē conuenientē/
sed locū amenissimū Magister sen. li. 2. di. 17. testaꝝ. ⁊ diuus Augustinus li. Petrus Lombardus.
13. de ciui. dei. ca. 21. idem affirmat. Dis. Habitationē esse hoibus conuenientē sub equinoctiali dierum ⁊ noctiū equalitas satis pbabiliter arguit. Pa- Augustinus
radisi aūt amenitas et omnimoda aeris tranquillitas ex eo potius esse puni-
citur: qꝛ supra regionē aeris turbulentam ad globum lune vsq porrigitur.
Mag. Si lune globum contingit: non in aere/sed in sphera ignis accolarum
paradisi est habitatio. et rursus: si paradisus tantū a terra ꝯsurgit vt lunarē
circulum cōtingat/notabiliter spheram excedit terre figurā. vnde in vmbra Paradisi locus
terre et lunari eclipsi eius vestigiū notari posset. quod nondum comprobatū
est Magis itaq visum est Guilhelmo Parisieñ. lib. de vniuerso: qḋ paradi- Guilhel. Parisien.
sus terrestris in terre superficie aliqua sita sit. et Dam. lib. ij. dicit: q para-
disus sit locus in oriēte positus omni terra altior. quantū vero absit ab agro Damascenus
Damasceno vnde primus homo formatus et in paradisum translat⁹ fuit: aut Genesis. 2.
demum quot longitudinis latitudini sue gradus in descriptione orbis con-
tingat: et per quos anfractus et subterraneos meatus quatuor inde pfluant Genesis. 3.
precipua flumina: Ganges scilicet Tigris Eufrates et Nilus/multū exerce-
re solet eos qui cosmographiam sacris literis coaptant. Dis. Fortasse sicut Historia Macharij
deus aditū eius romphea ignea et angelica custodia mortalibus prohibuit:
ita et localem situm incognitūesse voluit. Legiꝝ tā in historia de Machario
romano: quō in eremo ad distantiā viginti miliariū tm̄ a paradiso habitauit
ad orientē: quē tres monachi longa peregrinatione diuino nutu repperetūt:
ex quorum dictis ibidem descriptis aucupari ppemodum posset locus para-
disi. Magister. Ceteris hac supputatione dimissa maior nobis cura sit ita
viuere/vt illuc angelico conductu tandem perduci mereamur: vel potius illo
transcenso ad celestem perueniamus.

De distinctione climatū. Et his que accidūt habitātibus in quinq primis climatibus q̄ntum ad estates et hyemes et vmbrarū variationes. Capitulum. XLVI. Disci.

Quid per clima terre in superioribus argumentationibus designa-
re volebas? Mag. Terre partes fm latitudinē ab austro septē-
trionem versus per sensibilem dierum maximorū variationē diffe- Clima primū
rentes. Nam primi climatis initiū statuerunt cosmographi/ vbi dies maxi- Dyameroes
mus est horarum duodecim et semis et quarte vnius: et eleuatio poli arcti-
ci supra horizontem graduū similiter duodecim et semis et quarte vni⁹. Me-
dium vero vbi dies maximus est horarū. 13. et eleuatio poli graduū sedecim
et noiant hoc dyameroes: qꝛ parallelus ipsum designans per meroen ducitꝝ.
Ibi qualiū gnomo. 60. taliū eq̄noctialis vmbra. 7. $\frac{1}{24}$. estiua. 7. $\frac{1}{24}$. hiber-

na.51. Finis huius climatis est vbi dies maximus horarũ tredecim et quarte vnius et eleuatio poli graduum.20.et semis. Habitantes in hoc climate in temporum et vmbrarum variatione cum habitatoribus equinoctialis non nihil participant. Ibi namqꝫ duo habent solsticia alta: cum sol arietem vel libram subintrat. Sic habent estates duas: vnam circa festum Georgij: alteram circa Lamperti. Habent et duo solsticia ima/sole initia cancri et capricorni lustrante: quibus temporibus etiam duas habent hyemes: sed haud dubium nostra etate calidiores/propter solis vicinitatẽ. In estate vmbra eorũ mane iacitur ad occidentem: vespere ad orientem: in meridie vero nulla est sole super capita eorum currente. Cum autem sol in cancro est/ vmbra eorum versus austrum iacitur: in capricorno ad septentrionem protenditur. Idem suo modo contingit habitatoribus dicti climatis/cum sol circulum parallelũ inter equinoctialem et tropicum cancri per cenith ipsorum describit. In fine illius climatis secundum initium sumit. Medium vero habet vbi dies maximus

Clima scdm: est horarum.13.et dimidie: et eleuatio poli graduum.24.et quarte vni⁹ Ibi qualium gnomo.60.talium equinoctialis vmbra. 27. .hyberna. 65. $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$.estiua nulla. Finis autem vbi dies horarum tredecim.et semis ꝛ quarte vnius: et eleuatio poli graduum.27.et semis. Hoc dyasienes vocãt: quia parallelus ipsius per sienen protenditur: sicut et tropicus cancri. Hi estatẽ et hyemem nobiscum habent: sed calidiores: omni tempore vmbra eorũ sicut et nostra ad septentrionem iacitur. preterꝗ̃ eo die quo sol tropicum cancri describit: tunc enim in meridie vmbra eorum nulla est. In ortu solis vmbra ad occasum vergit: occidente sole vmbra in orientem proijcitur. In fine huius cli-

Clima tertiũ. matis tertium exoritur. ad medium peruenit vbi dies horarum.14. et eleuatio poli graduum.30.semis et quarte vnius. Ibi gnomo qualium.60.vmbra estiua.6 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ .et equinoctialis 35 $\frac{1}{12}$ .sed hyberna.83 $\frac{1}{12}$ .Finitur autem vbi dies est horarum.14.et quarte vnius: et polus eleuatur gradibus.33. et duabus tertijs. Nominatur autem Alexandrios/ab Alexandria ciuitate Egy-

Alexandrios pti per quam parallelus climatis istius describitur. habitatores in illo tempora et vmbras nobiscum habent. nunꝗ̃ sol ad cenith capitis eorum pertingit: minus his qui hierosolymam incolunt. Fabula est ergo/ ꝙ a nõnullis dicitur in terra sancta aliquando solem perpendiculares radios in cauatã rupem dimittere. In fine tertij climatis quartum initiatur. Et medium habet

Clima quartum. vbi dies est horarum.14.et semis: et polus eleuatur gradibus.36. et duabus quintis. Ibi qualium gnomo.60.talium vmbra estiua.12 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.equinoctialis.43 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$.hyemalis.103. Finitur autem vbi dies est horaꝝ.14.semis et quarte vnius. Et polus attollitur gradibus.39. Nomen illi dyarhodes. quia per

Dyarhodes **Clima q̃ntũ** Rhodum insulam parallelus illius ducitur. In fine quarti principium quinti est. Medium vero vbi dies horarum.15. et altitudo poli graduum.14. et tertie vnius. Ibi qualium gnomo.60.vmbra estiua,18 equinoctialis.52. $\frac{1}{6}$ hyberna.127 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Terminatur autem vbi dies maior est horarum quindecim et quarte vnius. et polus sustollitur gradibus.43.et semis. nomen illi

Dyaromes dyaromes: quia parallelus ipsius Romam ciuitatem summi sacerdotis sedem metitur.

Aliorum climatum distinctio. Insuper qua

liter dies continue augmentetur habitantibus versum polum arcticum donec sub ipso polo vnus dies anni medietatem habere conuincitur. Capi. XLVII. Magister.

Sextum clima exoritur vbi quintum finitur. ad medium autem peruenit vbi dies horarum quindecim et semis: et altitudo poli graduum. 45. et duarum quintarum. ibi qualium gnomo. 60. talium vmbra estiua. 23. $\frac{1}{4}$. equinoctialis. 60. sed hiberna. 155. $\frac{1}{2}$. Terminatur autem vbi dies est horarum. 15. et semis et vnius quarte. et polus extollitur gradibus. 47. et quarta vnius. Nomen illi dyaboristhenes. eo ꝙ parallelus ipsius Boristhenem seu Boriscum insignem Scythie amnem contingat: aut potius insulam huius nominis paruam in ponto. trāsit enim parallelus iste per mare ponticum: vnde nominari posset. Et ibi talium gnomo. 60. qualium estiua vmbra. 25. equinoctialis vero. 8 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ 3.. et hyberna. 171. Septimum clima exoritur in fine sexti: et ad medium peruenit vbi dies maximus est horarum. 16. et eleuatio poli. 48. graduum ⁊ duarum tertiarum. Et illud dyaripheos nominant. quia parallelus Ripheos montes contingat. Exquisitius tamen intuentes orbis partitionem: clima sextum a ponto: septimum a Boristhene nominant: et Ripheos montes octauo climate deputant. ibi qualium gnomo. 60: estiua. 27 equinoctialis. 63. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{7}$. hyemalis. 188. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Finē huic climati antiquiores non statuerunt: nec residuam terram versus septentrionem in climata alia diuiserunt. Discipulus. Posset ne vltra partiri? Magister. Etiā. Latitudo tñ semp̄ magis magisqꝫ decresceret. Ad modicam q̄ppe distantiam versus polum dies sensibiliter augetur. Quanto enim polus mundi amplius attollitur / tanto zodiacus horizonta obliqui⁹ intersecat: maioresqꝫ arcus dierum supra hemisperium nostrum relinquuntur / ꝙ sit arcus noctium sub hemispherio dimissi: sole signa septentrionalia percurrēte. Contrarium autem euenire solet / sole in opposita medietate vagante. Unde habitantes sub parallelo transeunte per gradum. 52. ab equinoctiali / diem habēt maiorem horarum sedecim. et semis. et ibi qualium gnomo. 60. talium vmbra estiua. 33. $\frac{1}{3}$ vmbra eq̄noctialis. 79. vmbra hyberna. 253. Sub parallelo aūt transeunte per gradū. 54. dies horaꝝ est. 17. et semis. Sub parallelo ducto p̱ gradū. 56. dies est horaꝝ. 17: et semis. Sub parallelo ducto p̱ gradum. 58. dies maior habet horas decem et octo. Sub parallelo autem cōtingente gradum. 61. dies est horarum. 19. Sub parallelo vero ducto per thilen insulam et gradum. 632. dies est horarum. 20. Sub parallelo ducto per gradum sexagesimumquartum. dies est horarum viginti vnius Et nondum completo gradu sexagesimoquinto. dies efficietur horarum vigintiduarum. In gradu sexagesimosexto dies est horarum vigintitrium. Sub arctico autem circulo dies vna cum sol a fine geminorum initium cancri aggreditur / est horarum vigintiquatuor. et in opposita parte zodici dum sol fuerit / nox est eiusdem quantitatis: tunc enim tropicus horizontem vbique sine intersectione contingit: et quasi circulariter supra horizontem sol vertitur: in parte

Clima sextū.

Dyaboristhenes

Clima septimum

Dyaripheos.

Dierū diuersitas.

vertitur: in parte opposita totus sub horizonte circũrotat. In parallelo aũt transeũte gradũ.68. vnius mẽsis est dies: cũ sol a medio geminorũ ad cancri mediũ mouet: & vnius mensis est nox dũ sol in oppositis signis morat. In parallelo vero qui gradũ.70. attingit duorũ mensiũ dies est / sole currẽte a principio geminorũ vsq; ad finem cancri: & nox duorũ mensiũ erit sole opposita signa lustrante. In parallelo qui gradũ.72. transit / dies vna erit triũ mensium sole a medio tauri ad mediũ leonis vagãte: nox tanta erit sole existẽte in parte opposita. Crescent dies paulatim donec ad polũ puentas: sub ipso quippe medietas sphere mũdi supra horizonte relinquit: altera igit occultat: & equinoctialis cũ horizonte concordat. Cũ igit sol est in medietate supra horizontem cõtinuus dies est dimidij anni: cũ autẽ in medietate mouet / que sub horizonte relinquit / nox cõtinua est anni dimidij. Verũtamen cũ ibi sol vltra signũ vnũ sub horizonte nunq̃ demergit / radijs suis supiora semp aliqualiter illustrat: & sic quasi semp dies ibi est: nisi quantũ aeris grossicies & nebulositas interturbat. Variã vmbrarũ variationẽ sub dictis parallelis tu facillime coniectabis: & que dicta sunt oculis in spherici corporis reuolutiõe videbis: respice. Discipulus. Plane videbo.

Climatum latitudo et longitudo describitur et Antipodes esse in oriente illis qui occidentem inhabitant probatur. Capitulum XLVIII Magister.

Climatum latitudo — Nunc si libet summatim climatum latitudinem ex graduum ratione subiungã. Discipulus. Libet maxime. Magister. Primi climatis latitudo ab austro versus septentrionem est miliariũ.465. Secundi.420. Tertij.370. Quarti.320. Quinti.270. Sexti.225. Septimi 185. si terminatũ accipimus. Sunt autẽ hec miliaria itala: sicut premissum est vbi de terre magnitudine disseruimus: si gradui vni iuxta Ptolemei descriptionem stadia.500. deputamus: nam aliud fiet si gradui vni.700. stadia assignentur: nec tñ is numerus eueniet quem in plerisq; codicibus inuenies: nec mirũ: cum in supputatione numerorũ errorem facillime scriptores cõmittere

Climatum longitudo — possint. Discipulus. Longitudo autem climatũ num & ipsa per graduũ rationẽ inuestigari posset? Magister. Posset plane: verũtamen nõ vniformiter in omnibus parallelis climatũ gradui vni equa miliariũ quãtitas deputatur: nam & gradus in parallelis magis septentrionalibus paulatim minores fiunt: cum etiã omnes circuli longitudinis minores sint equinoctiali qui solus terram medio cingit. Unde in equinoctiali gradus longitudinis valet miliaria sexaginta sicut & de gradibus latitudinis dictum &c. In primo autem climate gradus longitudinis valet miliaria quinquagintaocto. In secundo climate quinquagintasex. In tertio quinquagintatria. In quarto quadragintanouem. In quinto.56. In sexto.44. In septimo.41. In parallelo autem ꝑ thilen ducto gradus vnus miliaria continet vigintiocto & semis. Attendendum insuper est: quia vltra descriptionem Ptolemei terra tam ad ortum q̃ ad austrum amplius protenditur. Unde qui in extrema orientali plaga

Antipodes Augustinus — degunt pedes aduersos habent his qui in vltima occidentis regione viuunt: talesq; Antipodes dici possunt. Hos tamen diuus Augustinus ne-

gat libro.xvj.de ciui.dei.ca.ix.quia fortasse nondum tanta longitudo habita
bilis in omniū noticiam venerat. Ad austrum vero non tantū porrigitur ter
ra habitabilis (saltem cognita) que Antipodes habere posset illos: qui ma
gis septentrionales sunt. Omnia hec aperta demonstratione videri possunt
in sphera solida. Nos interim alia percurramus.

De diuisione terre habitabilis in Europam: Asiam et Aphricam. Cap. xlix. Disci.

NE pigeat queso ad maiorem dictorū intelligentiā terre habitabi
lis marisq; configurationē in plano describere. Ma. Pars ter
rene molis: que ad dñi imperiū aquis ꝯgregatis in locum vnū ap Genesis.1.
paruit arida/a cosmographis preter diuisiōes in zonas et climata supra me
morata trifariam partit͂: in Europam scz/Aphricam ꝛ Asiam. quas partes Mare.
aqua circūfluens et interlabens generali nomine mare appellat͂. Ab oris au
tem et terre ꝓuincijs alijsue causa diuersa nomina accipit: et sinus ipsius di
uersa maria dicunt͂. vt diuus Ambrosius testat͂ lib.iij.hexame.ca.iij. Euro Ambrosius
pam ab Aphrica diuidit mare mediterraneū: quod ab occidētali oceano cir Partium ter
ca Gades insulam et colūnas herculeas nō amplius decem milibus passuū re discretio
patens/terras aperit atq; intrat. ait Pomponius Mella. Aphricā ab Asia Pomponius
disterminat Nilus: qui a meridie in Aethyopiam diffundit͂: et Aegyptū per Mella
labens atq; mirabili fecunditate irrigans oris nō minus septem mari infun
ditur. Asiā ab Europa diuidit Tanais fluuius: a septentrione in mediā fere
paludem Meotidem defluens/cum ponto reliquū Asie ab Europa separat
Patent hec in hic affixa mappule mūdi descriptione. Di. Perlucide. Sed
quid interpositis noībus alijs designare pretendis? Ma. Principaliores
vniuscuiusq; terre regiones seu ꝓuincias. Dis. Cōmodissima ad historiarū
intellectū saniorem harum videt͂ esse cognitio. Mag. Has enumerādo ma
gis q̄ describendo percurrere libet breuitatis gratia. Nomina quoq; et regi
onum limites nō intendo hic limare et ꝯm precisionē discutere: nam in tali
bus inuenies etiam claros Geographos digladiari. Discipulus. At pri
mum describas Europam: in qua nos constitutos iamdudum relatione mul
torum didici.

Satrape Europe nominatim enūmerantur Capitulum L Magister.

EUropa ab occidente claudit͂ mari athlantico: a septentrione oceano Europa
britannico: ab oriente tanai meotide palude et ponto: a meridie ma
ri mediterraneo. In ea sunt regiones et populi plurimi ob aeris tē Hispania
periem. Ab occasu versus ortum ꝓuincie magis nominate sunt Hispania/q̄
Hiberia et Hisperia nonnunq̄ nominatur. Cuius partes sunt Betica siue re
gnum Granate: quod nostro euo rex Hispanie Ferdinandus saracenis decē
nali obsidione et bello abstulit: christianitatiq; adiecit. Lusitania seu Por Portugalia
tugalia. Tarraconensis seu Catlonia. hee partes principales Hispanie: in Catlonia
qua et alia regna sunt: inter que regnum Galicie longe lateq; vulgatur: pro Gallicia.
pter vniuersalem peregrinationē ad sanctum apostolum Jacobum compo
stellanum. Regnum insuper castelle et legionis astronomis memorabile red Castella
didit Alfonsus rex prudentissimus: qui tabulas motuum corporū celestium Alfonsus

miro ingenio compilauit. Hic iuri suo quod ex electione habuit ad imperiũ/ intuitu pacis voluntarie cessit. Hispaniam sequit Gallia medio monte Pyreneo. Partes Gallie sunt Aquitania Lugdunensis Narbonensis seu Delphinatus/siue puincia: et Belgica fere ad Rheni fluenta vsq protensa. Partiales prouincias Gallie si distinguere voluerimus/occurrunt ecce Francia Normandia Britannia Turonia Picardia/Flandria Brabantia Gelria/ Holandia Seelãdia Burgũdia Lothringia Lucelburgia. Heluetia siue Alsatia: que tamen germanie potius est coniungenda. Galliam autem sequitur Germania magna ad Sarmatiam vsq extẽsa inter Rhenum fluuium ab occidente/mare a septentrione/et Danubiũ a parte meridionali. Partiales regiones Germanie sunt Franconia siue Francia orientalis. Ouestualia Frisia Saxonia Thuringia Hassia Marchia Brandenburgeñ. Misia Slesia Bohemia Marauia Cimbrica Chersonesus: que nũc Datia/vulgo Dennmarck ad septentrionem. Nam alia est Datia: quam Ualachiã nunc nominant: de qua paulo infra. Post Cimbricam Chersonesus Norwegia Suetia in mari. Inter Danubiũ et alpes reticas/primã Reticam ponunt/que et Sueuia: cuius vltra Danubiũ protensa sit. Post hanc Uindelicia seu Bauaria. cuius similiter pars non modica vltra Danubium extenditur. Noricia cui nonnulli Stiriam et Carinthiam ascribunt. Pannonia superior nunc Austria. Pannonia inferior: que et Ungaria a mari hadriatico Histria Illyris Liburnia: quam ducunt Croatiam. Dalmatia que et Slauonia. Italia est ab alpibus ad mare mediterraneũ. In ea regiones non pauce: Lõbardia Tuscia Ethruria Campania Marchia Aprucia Calabria Apulea. et sic de alijs. Ungariam sequitur Misia: aut verius Mesia superior: que Seruia siue Rosciana/et partim Bosna dicitur. Mesia inferior que continet Bosinẽses et Uuallacos Bassos et nunc Bulgaria: Datia que et Ualachia. Thracia in qua Constantinopolis quondam ciuitas imperialis grecie. Chersonesus Epyrus seu Romania. Dedania Molossa Chaonia. Pelopõnessus seu Morea Achaia. ibi Corinthus. Arcadia: ipsa est Siciona a Sicione rege: a quo regnum Sicionorum: quod inter quatuor computatur ab Augustino lib. de ciui. dei. Macedonia Thessalonica Ellados seu Attica/ vbi Athenis. Boetia vbi Thebe ciuitates nominatissime. Grecia ecce q lata: hodie heu heu a spurcissimo inimico crucis Christi turco ferme tota deuasta. A Germania vsq ad Scythiam Sarmatia est regio latissima: cuius partes vt aiunt/Polonia Massonia Prussia. Lithuania. Samethia. Liuonia. Russia etc. Scythia et que nominate sunt Sarmatie regiones/Barbaria dicebatur a feritate gentium. Dimissa particulari harum descriptione ad Asie prouincias transeundum est.

Gallia

Germania magna

Retica

Italia

Grecia

Augustinus

Sarmatia

Asie regiones nominatim ponuntur. Capitulum. LI. Discipulus.

Asie regiones que sunt? Mag. Enumerando Asie prouincias nõ omnes/sed magis apud nostros nominatas: ipsam ob latitudinẽ in duas partes diuisam intelligamus: septentrionalem scz et meridionalem. Primo septentrionalem/dehinc meridionalem describamus. Dis. Ocyus: ne occiduus sol lucem ante complementũ auferat. Magister. Ter

tia orbis pars q̃uis Asia appelletur generali nomine. pars tamen eius minor Asia nominatur. habens multas prouincias et regiones multas precipuis ecclesijs ornatas: quibus quondam preerat sanctus Joannes euangelista. nunc autem nostris exigentibus demeritis / ab inimicis crucis Christi dirutas ac fedatas cognouimus. Hic ob spacij angustiam pro nominibus regionū literas posui: Ibi est pontus. hic est et Bitynia litera. f signata. Galathia g. Paphligonia / Pisidia. h. Cappadocia. i. Carisa. a. Litia. b. Pāphilia. c. Lidia. d. Circa hanc in mari est insula Meleta in actibus apostolorū / Mitilene nominata (q̃uis erronee) in qua mira operatus est Paulus apostolus. Phrygia prouincia Asie minoris signatur per e. Circa hāc inuenies insulam Tenedos. Cilicia. Armenia minor. Armenia maior. Colchis: vnde Jason medee magia instructus aureum vellus abstulisse fabulatur: quia torrentes illius aurum deferunt: quod lanosis pellibus accole excipiunt. Taurus mons a Pamphila exoritur: et ad Indos vsq̧ protendit. A Tanai amne Scythia seu Sarmatia asiatica longo tractu versus ortum progreditur. Altera extra Imaum montem / altera intra Imaum continetur. Mare quod ibidem conspicis / Caspium / Hyrcanum et Scythium ab omnibus nominari solet: et a septentrionali oceano latenter quasi fluuius intrat. In hoc insula est Talgesine cultu semper fertilis. Regiones hic multe sunt: videlicet hircania Hiberia Albania Bactria Margiana Aria Sogdiana Sacharum regio. Serica: in qua vt aiunt sericum arboribus in modum lanuginis adheret Gens illa plena scribitur iusticie et commercij. Alterius medietatis Asie regiones sunt a mari rubro. Arabia triplex: videlicet Arabia deserta: Arabia petrea (vbi metropolis Petra. De qua Esaias. Emitte agnum domine dominatorē terre de petra deserti ad montē filie sion) et Arabia felix. vñ thus venit: et ob id thurifera dicit. Syria similiter triplex est: Palestina / Phenicia et Syria curua. Omnem autem terram a Damasco vsq̧ Gazam terram Chanaam et terram promissionis sacre historie vocitant (in qua prouincie singulares sunt Damascena. Galilea. Samaria. Judea. Palestina et Idumea) Mesopotamia. Chaldea. vbi Babylō: Assyria: Susiena: Media: Persidis: Parthia: Carmania deserta. Carmania altera. Drangiana: Gedrosia. Archosia: Paraponisus: India intra Gangem: India extra Gangem: Sinarum regio. et in pelago indico Tabrobana insignis insula regiones site vltra meridianum vltimum a Ptholemeo descriptum ferme ad. 40. gradus. Similiter ꝛ particularem earum que nominatim commemorate sunt descriptionem quantum ad situm / fertilitatem / continentiam / accolarum proprietates et mores ex Plinio / Strabone Ptholemeo perquirere poteris. Di. De Aphrica autem quid fiet? Nunquid indiuisam eam et silentio transibis.

Declaratio mappule Asie minoris.

Esaie. 16. a.

Aphrice regiones enumerantur. Capitulum. LII. Magister

Aphrica ab occidente mari athlantico / a meridie oceano Ethiopico / a septentrione mari mediterraneo / et ab ortu Nilo finit. eidē tñ que vltra Nilum sunt ad mare rubeum regiones hic addite sunt.

Regiones Aphrice

Ab occasu montem habet Athlantem: quem ob altitudinem celum sustentare dixere. Regio prima Mauritania tingitana. secunda Mauritania cesariensis. tertia Lybia interior. quarta est Numidia: quam et Mappaliam nonnulli dixerunt. quinta Aphrica minor: in qua illa magna Chartago stadiorum. 360. olim romani imperij pertinax emula. sexta est Cyreneica: quam et Pentapolim vocant a numero ciuitatū: quarum Cyrene vna est/ regioni nomen accomodās. septima Marmarica est. octaua Libya. quo nomine etiam tota Aphrica appellatur. Nona Aethyopia interior. decima Aegyptus inferior: in qua olim filij Israel sub Pharaone post duram seruitutem mirabilia viderunt: que dominus operabatur per Mosen in campo Thaneos. Est autem Thanis ciuitas Egypti insignis: tunc regali presidentia decorata. In Egypto sunt Alexandria. Damiata: et Soldani sedes amplissima ciuitas Chayrus. quam et Alkyr nominant. Supra hanc Egyptum alia Egyptus est/ Thebais scilicet monachorum et Anachoritarum olim celibi conuersatione decora. In hac Thebais ciuitas quam centum portas totidemque aulas et principes habuisse astruunt: e quibus sanctus Mauricius cum gloriosa legione venisse traditur. Supra hanc Ethyopia est mediterranea/ vbi gentes multe ac mirabiles. Troglodite/ que vescuntur serpentibus: strident magis q̄ loquantur. Garamātes. quarum vxores communes sunt. Augiles Blemmes siue Blemmij capitibus carent: vultus habent in pectore. Satyri qualē sanctus Anthonius vidit: vt legenda edocet. Athlantes. Getuli. et alie multe: quarum descriptiones prememorati cosmographi prosequuntur. Insulas perpaucas in descriptione hac inuenies: quarum nomina Gades: que et Betice adiacet. Corsica. Sardinia et Sicilia circa Italiam. Corcyra in Hadriatico mari. Euboea: que et Nigropont Boetie opposita est. Creta siue Candia. Rhodus et Cyprus. In septētrionali pelago sunt Hibernia. Anglia: que Albion et olim Britannia dicta est: cuius pars Scotia. Thile. Irlandia in vltimo mari. Orchades. 30. numero. et Scādia memorabilis. Hec circa terre infime partis elementalis mundi descriptionem commonuisse magis q̄ tractasse me cognoueris: ne aliquando perutilem cosmographie scientiam abhorrescas: sine qua nec gentilium/ nec sacrarum literarum historias plene intelliges. Discipulus. Introductione istac edoctus cum vacauerit aliorum scripta diligentius lustrabo: interim que supersunt de Astronomia prosequamur. Magister. Singulas et celestis et elementalis regionis partes/ sicque totius mundi habitudines ea qua potuimus breuitate descripsimus nec relictum videtur quod necessario explicandum exposcas. Discipulus. Satis abunde de his tractatum est: nihil autem de astrorum iudicijs quibus nonnulli quotannis de temporum varietate/ annone penuria et abundantia bellis et egritudinibus diuersis futura pronosticant. Magister. Hec Astrologia non Astronomia edocet: que ex motibus/ coniunctionibus/ aspectibus/ et influentijs celestium corporum: inferiorum mutationes considerat. Discipulus. Ne graueris obsecro huius principia breui sermone explicare. Magister. Comodius hoc ab alio tractatu exordiemur. Dis. Ut lubet.

Mirabilia Aphrice

Grecia

Epilogus

Libri. VII Tractatus II De Astrologia. Capitulum. I De partibus Astrologie. Magister.

Astrologie partes quinqꝫ numerantur. Prima que intro- Partes astrologie:
ductoria est/circa principia versaẗ. Altera de magnis et
annuis reuolutionibus tractat. Tertia genituras singu-
loꝝ dijudicat. Quarta interrogatiões ꝯsyderat. Quinta
electiones explanat. Additur a quibusdã pars sexta: que
imaginũ fabricã ⁊ operationẽ edocet. Disci. Hoc serua-
to ordine singulas ꝑcurramus. Magi. Plane percurre
mus: nã pauca admodũ de his dicere statui. Disci. Quã
ob causam? Magi. Ne precellẽs ingeniũ tuũ altioribus imbuendũ discipli-
nis/ꝑternecessarijs ac minus certis institutis prepediam. Disci. Fac quod
noueris vtilius.

De principijs Astrologie. Ca. II Magi.

Principioꝝ que introductoria ꝯtractat/quedam sunt circa Zodiaci
partes ⁊ earundẽ naturas: quedã circa planetarũ qualitates: non-
nulla vero circa domoꝝ diuisiones ⁊ earundẽ significatiões. Disci.
Zodiacũ in duodecim ꝑtes siue signa: ⁊ vnũquodqꝫ ex his in triginta gradus
longitudinis/⁊ duodecim latitudinis diuisum ex ꝑcedẽtibus liquet. Magi.
Sicut circuloꝝ in sphera descriptoꝝ diuersitas tm̃ est imaginaria: ita ⁊ diui-
sio zodiaci nõ est ex natura aut primordiali creatione/sed ꝓ arbitrio ⁊ astro Zodiaci diuisio imaginaria non naturalis est.
logorũ fictione: vt initia ⁊ terminos calculãdi motus habeant. Disci. Qua-
re igiẗ zodiaci nõ in plura aut pauciora q̃ duodecim diuiserũt signa? aut qua
re signũ vnũ in gradus triginta/⁊ rursus gradũ in sexaginta tm̃ partiuntur
minuta? Magi. Quia numerus iste diuisionibꝰ ⁊ calculationibꝰ accõmoda
tior est: vt testanẗ ipsi astrologi Hali: Auenrodan in expositione Ptholemei
⁊ Abraam: Auenazra in libro rationũ astrologicarũ. Disci. Potuisset igiẗ
si voluissent in plures paucioresue ꝑtes zodiacũ diuidere? Magi. etiã. Nã
⁊ chaldei nõ signis/sed imaginibus vndecim tm̃ vtunẗ: libram ⁊ scorpionẽ si-
mul copulãtes. Disci. Memini hoc vltimũ dũ celestes imagines enumera- Signorum natura
res cõmemoratũ: sed earundẽ naturas edicito. Magi. De signoꝝ naturis
astrologi etsi multa nimis differãt: nobis tñ satis erit pauca ad modũ cõme-
morasse magis q̃ tractasse. Aries signũ primũ calidũ est/siccũ/igneum ⁊ Aries
cholericũ: ex corporis cõpage caput sibi vendicans. Taurus vero secundũ si- Taurus
gnũ frigidũ ⁊ siccũ: terreũ ⁊ melancholicũ/colla respicit. Gemini tertiũ in or Gemini
dine calidũ ⁊ humidũ: aereũ ⁊ sanguineũ: brachia intueẗ. Cancer quartũ si- Cancer
gnũ frigidũ ⁊ humidũ/aqueũ ⁊ phlegmaticũ obtinet pectus/pulmonẽ ⁊ sto- Leo
machũ. Leo quintũ/in qualitatibꝰ cũ ariete cõuenit: cor ⁊ epar regit. Virgo Virgo
cũ tauro cõcordat: sed intestina ⁊ fundũ stomachi vendicat. Libra vero cũ ge- Libra
mini cõgruit: sed renes ⁊ nates respicit. Scorpio cũ cancro in qualitatibꝰ cõ- Scorpio
grediẗ: sed pudenda intueẗ. Sagittarius rursum cũ ariete ⁊ leone coincidit: Sagittarius
⁊ coxas intẽdit. Capricornus cũ tauro item et cũ virgine cõcordat: sed genua Capricornus.
gubernat. Aquarius cũ gemini ⁊ libra cõuenit: sed cruribus ⁊ tibijs preest. Aquarius
Pisces vero in qualitatibus a cancro nõ deuiãt: sed pedes vendicant. Et cum Pisces


Aries. calidus & siccus:
igneus cho leries
Gemini. calid' &
humidum ae
reu
sang
uine
um.
Taurus. Frigidus
& siccus: terreꝰ
melancholicꝰ
Leo.
simil'
arieti
Virgo simil'
tauro
Sagittarius.
Leoni & ari
eti similis
Cancer fri
gidus &
humidꝰ
aqueus
flegma
ticus.
Libra. simil'
gemini
Capricornus:
tauro & vir
gini similis
Aquarius. ge
mini & li
bre similis.
Scorpio. si
mil' cancro
Pisces. similes
cancro.

semp tria conueniāt/quatuor triplicitates ex his fabricāt. Primā videlicet arietis/leonis τ sagittarij dicunt orientalē masculinā:diurnā τ sapore amaram. Alterā tauri scꝫ virginis τ capricorni meridionalē/femineā/nocturnā τ sapore acrem nomināt. Tertiā que est geminoꝝ/libre τ aquarij occidentalē masculinā τ diurnā:τ sapore dulcē appellant. Quartā vo quā cancer scorpio τ pisces integrāt septētrionalē/femineā/nocturnā τ sapore salsam vocāt. Illis quoqꝫ trigonis dominatores ex planetis destribuentes:tantū inter se pugnant/vt cuius magis credendū sit facile non appareat. Amplius autē τ signorū alia dicant mobilia: Que sunt. Aries/Cancer/Libra/Capricornus: alia fixa:que sunt. Taurus/Leo/Scorpio/Aquarius: reliqua vo cōmunia sunt. Quedā insup rationalia:vt Uirgo Gemini Libra Aquarius: τ prima medietas Sagittarij. Quedā preterea sterilia:quedā fecūda:et cetera multa id genus figmenta:ad gradus vsqꝫ deducta: cum alios dicant gradus masculinos alios femineos:lucidos quosdā τ alios tenebrosos/fumosos/vacuos/putea- les τ alzemena siue valitudinarios. Preterea τ singula signa ip ternas facies diuidūt:in terminos autē inequales distinguūt: quoꝝ domina planetis distribuunt:τ multiplices fortitudines ipsis rōne taliū aduenire credunt. Nam a triplicitate fortitudines tres accipe autumāt: a termino duas:a facie vnā:a domo vo q̄nqꝫ:τ ab exaltatiōe q̄tuor. Ueꝝ in ista graduū/facierū ac terminorū assignatiōe inextricabilis apud astrologos nō infimos īuenit diuersitas

Signa mobilia τ fixa.

Cōmunia rationalia.

De Domibus exaltationibus:naturis et qualitatibus atqꝫ aspectibus planetarum. Capitulum III Discipulus.

DOmus planetarū que sunt? Magi. Signa zodiaci. Nam saturno ꝓ domicilijs assignāt capricornū τ aquariū. Joui sagittariū et pisces. Marti arietē τ scorpionē. Soli leonē tm̄. Ueneri taurū et libram. Mercurio Gemini τ virginem. Lune solum cancrum. Discipulus. Exaltationes vero que sunt? Magister. Saturnus exaltatur in gradu.20. libre Jupiter in.15.cancri. Mars in.28:capricorni. Sol in.19.arietis. Uenus in.26.piscium. Mercurius in.15.virginis. Luna in quarto tauri. Casus omniū sunt in locis oppositis. Discipulus. Plane:sed quid tradunt de planetarum qualitate? Magister. Saturnū frigidum τ siccum/colore nigrum:τ sapore stipticū dicunt. Jouem vero humidū τ calidum:colore cinericium aut viridem:sapore dulcem. Martem siccum τ calidum.rubeum τ amarum. Solem calidum τ siccum:in colore peregrinū:τ sapore acutum. Uenerem humidam τ frigidam:albam τ vnctuosam. Mercurium varium: τ planete cui iungitur in qualitatibus primis se conformantē:in colore mixtū τ sapore acetosum dicunt. Lunam frigidā τ humidā:croceam τ salsam perhibent. Rursum ex his quidam graues τ ponderosi nominant:vt saturnus/iupiter/mars:alij leues vt venus/mercurius luna. Sol autē nec ponderosus/nec leuis est. Quidam etiā fortune sunt:vt Jupiter fortuna maior: Uenus fortuna minor. Alij infortune sunt:vt saturnus infortuna maior: mars infortuna minor. Mercurius autem cum bonis bonus/cū malis malus. Sol bonus per aspectum: malus cōiunctiōnē. Luna quasi nuncia per omnes currit:et ab ipsis fortuneta et infortunata redditur. Uenus τ luna feminini sunt:reliqui omnes masculini.

Domus planetarum

Exaltationes planetarum

Natura planetarum

Nocturni sunt mars/venus/et luna. diurni sunt alij oēs. Nōnulli amici dicū-tur: q̄dā inimici noīant̄. Nā amici saturni/sunt iupiter sol luna: inimici sunt mars et venus. Iouis amici sunt oēs: dēpto marte. Martis amica sola venꝰ ē: ceteri inimici. Solꝭ amici sunt iupit̄/venꝰ: inimici mars mercurius et luna Mercurij amici sunt: saturnus iupiter venus: ceteri inimici. Lune amici sunt saturnus/iupiter venꝰ: alij inimici. Amici capiti dracōis dicunt̄ esse iupiter et venꝰ/de q̄ꝝ natura est: et ideo fortuna. Amici caude/sunt saturnꝰ et mars: q̄ꝝ naturā ꝑticipat: et ideo fortuna ē. Augent̄ aūt et minuunt̄ ista ꝑ aspectꝰ. Di. Quō se aspicere dicunt̄? Ma. Cū in eodē signo et gradu sunt/ꝯiuncti dicunt̄. ꝑ ꝯtrariū separati noīant̄. Si aūt ꝑ sextā partē zodiaci/hoc est ꝑ duo signa distāt: aspiciūt se aspectu sextili: q̄ est amicitie imꝑfecte. Si aūt ꝑ tertiā

Characteres aspectuum

quartꝰ □ trinꝰ △

✶ sextil̄ ☍ oppositio

Figura aspectuum



zodiaci partem distant/id est per quatuor signa: trino aspectu se respiciunt: qui est amicitie pfecte. Si vo p quartā partē zodiaci:id est p tria signa opponunt/quarto se aspectu intuent:qui est inimicitie impfecte. Si autē per sex signa distant oppositi dicunt;qui aspectus est pfecte contrarietatis. Disci. Quatuor igit aspectus sunt.s.sextilis/trinus/quartus ꝛ oppositio. Magi. sane. Nam cōiunctio ꝓprie aspectus dici nequit:ꝛ vim sortitur vt quidā tradunt per gradus.xij.ante ꝛ post. Figura aspectuū est quā hic supra cernis.

De quibusdā alijs accidentibus planetarum:que ꝛ astronomum ignorare nō oportet Capitulum. IIII Discipulus.

Preter hec autem ꝛ planetis alia multa nomina attribuuntur ꝛ accidentia:quorum cognitio etiam Astronomie vtilis est. Discipulus. Eo magis explicanda sunt. Magister. Planete quandoq; dicuntur directi quandoq; retrogradi:nunc etiam stationarij. Discipulus. De his in precedenti tractatu dissertum esse memini:alia si que sunt enumera. Magister. Planete dicuntur etiam quandoq; tardi cursu ꝛ minuti:cum scꝫ linea veri motus eorum tardius mouetur ꝙ linea medij motus:aut contra successionem signorum incedit. Veloces autem ꝛ aucti cursu dicūtur/quando ſm successionē mouentur. Aucti vero numero sunt:quando equatio additur sup medium motum:cum autem minuitur:minuti numero vocantur. Aucti vero lumine sunt:quando a sole recedunt vel sol ab eis: ꝛ minuti lumine vocantur:quando ad solem appropinquant. Et cum ad gradum decimumquintum aut duodecimum veniunt:sub radijs sunt:ꝛ combusti nominantur. Orientales sunt quando oriuntur ante solem. Occidentales vero cum occidunt post solem. Unde ꝛ venus solem precedens in aurora/lucifer: sequens autem solē post occasum/hesperus dicitur. De qua Boetius libro primo de consolatu philosophico metro quinto ait:ꝛ qui prime tempore noctis agit algentes hesperus ortus solitas:iterum mutet habenas Phebi pallens lucifer ortu. Dicuntur ꝛ orientes ortu matutino:cum de subradijs exeunt: ꝛ propter remotionem eorum a sole/mane ante ortum solis apparere incipiunt. Orientes vero ortu vespertino dicuntur/cum desubradijs exeunt:ꝛ propter remotionem eoꝝ a sole vespere post occasum solis apparent. Occidentes autem occasu matutino sunt/cum radios ingredientes mane occultari incipiunt. Et occidentes occasu vespertino/cum radios solis intrantes ꝛ post solis occasum occultari incipiunt. Tres tamen superiores occasu matutino non occidunt: nec ortu vespertino oriuntur. Meridionales etiam planete appellantur/cum in suo ecentrico ab ecliptica versus meridiem declinant. Septentrionales autem cū versus septentrionem tendunt. Respectus autem planetarum quos in diuersis signis ad diuersas corporis partes habere dicuntur/in sequenti patent descriptione.

Planete dicuntur tardi ꝛ veloces

Aucti nūero

Aucti lumine

Combusti

orientales.

Orientes matutinales

Orientes vespertini.

Occidentes matutinales

Occidentes vespertini

Meridionales

Septentrionales.


Quas corporis partes planete in diuersis signis respiciant. Capitulum V

	♄ ſaturnus	♃ Iupiter	♂ Mars	☉ Sol	♀ Venus	☿ Mercurius	☾ Luna.
aries ♈	pectus	ventrem	caput	femora	pedes	crura	genua
taurus ♉	ventrem	dorſum	collum	genua	caput	pedes	crura
gemini ♊	ventrem	verenda	pectus	crura talos	collum	caput	femora
cancer ♋	virilia	femora	pectus	pedes	brachia humeros	oculos	caput
Leo ♌	verenda	femora genua	ventrem	caput	cor.	gutturi	collum
virgo ♍	pedes	genua	ventrem	collum	ventrem	cor	humeros
libra ♎	genua	oculos	verenda	humeros	caput	ventrem	cor
ſcorpio ♏	talos	pedes	caput brachia	cor	verenda	dorſum	venrem
ſagit. ♐	pedes	crura	manus	ventrem	femora	verenda	dorſum
capricor. ♑	caput oculos	crura	dorſum	cor	verenda	femora	femora
aquarius ♒	collum	pectus	cor	verenda	genua	femora	verenda
piſces ♓	humeros	cor	ventrem	femora	dorſum	crura	femora


De diuisione celi in domos duodecim: et nominibus earundem. Ca. VI. Magi.

TOtum iudicandi negocium maxime ex Zodiaci in duodecim domicilia partitione dependere estimant: verūtamen nec in hac concordāt. Sed preternissis duobus partiendi modis/tertium exempli causa pandam: qui talis est: vt intelligantur sex circuli magni in sphera super polis mūdi vtrinq; sese intersecantes: atq; per puncta equinoctialis diuisim in duodecim equalia transeūtes: per hos enī sex circulos zodiacus in duodecim/sed nō equales partit domos: quarum vna medietas sub horizonte: altera supra horizonta apparet: et opposite equales reperiunt. Quatuor ex his anguli vocantur scilicet Prima: que est angulus orientis. Septima opposita: angulus occidentis. Decima: est angulus diei seu medij celi. Quarta: est angulus noctis sub horizonte. In his vt aiunt/ planete sunt fortiores. Post has quat-

Domus Anguli



Diuisio domorum celi



Succedētes tuor domos/succedentes nominant:in quibus
planete sunt debiliores ꝙ̄ in angulis: ⁊ sunt do
mus secunda octaua vndecima et quinta. Re
Cadentes liqua quatuor cadentes nominantur ceteris de
biliores. Ex his ⁊ constellationibus in illis re
pertis per ceteras astrologie partes varia ac
mira conantur.

Si demōstratiōe experientia aut alia quauis via astrologie principia cognita sint. Ca. VII. Disci.

Priusq̄ has partes aggrediamur edicito quoniam modo astrologi
tantā partiū eiusdē celi diuersitatē inuestigare potuerūt? aut quid
firmitatis habet ꝙ etiam in gradibus ꝙ̄tum ad qualitates/facies/
terminos/exaltationes ⁊ casus ponunt: ⁊ planetis attribuunt? Magister.
Astronomie principia de quibus in p̄cedenti tractatu actū est: ex geometria
numerorū cōcurrēte ratione indagari potuere. Disci. Non de illis (quū quā
titatē concernūt) questionē moueo:sed de diuersitate qualitatū ⁊ influentiarū
celi ⁊ partiū eius ⁊ planetarū dñio ⁊ fortitudinis incremento in illis. Magi.
Ab effectibus (vt aiunt) in multorꝫ cognitionē deuenere per crebras ⁊ diuti
Principia nas obseruationes. Unde ⁊ nōnulli ab exordio mundi primis hoībus in tantū
astrologie vitam ꝓlongatā a deo celi autumāt: vt astronomiā/astrologiā ⁊ ceteras ar
sunt nobis tes que longa experiētia acquirūtur inuestigare possent. Alij primo parenti
cognita. Adam ⁊ patriarchis nōnullā astrologie partē reuelatā aiunt. Unde ⁊ magi
ster in historijs Abraam egyptios astrologiam docuisse testatur. Ego haud
Geñ.j.b abnuo ꝙ̄tum ad temporū varietates: sicut scriptū est: Ut sint illis in signa et
tempora: non aūt quantū ad diuinationē quā deus semini abrae specialiter in
terdixit: vt patebit infra. Disci. Interim dictis assentio: sed cur longa ob
seruantia ⁊ experimētis plurimis astrologie principia haurire nequiuerunt/
nō apparet qđ possit cōuenienter opponi. Magi. Si experimētis que tra
dunt principia didicissent: vtiqꝫ nō semel/sed freqūēter easdem constellatio
nes integre obseruassent. Sed obstat qđ ⁊ ipsi vere affirmant: eandē constel
lationē totalē nunq̄/vel saltem post annorū multa milia rediturā: nec sufficit
particulares constellationes sepius obseruasse: quippe cum nulla stellarum
seorsum influat: sed simul cum omnibus etiā astrologis nunq̄ visis vel cogni
tis/certo dicere nequeūt: cur magis vni ꝙ̄ alteri experimētalis effectus ve
niat ascribēdus: nisi forte solis ⁊ lune sideribus etiā omni videnti notis: qui
bus tamen in efficiētia freqūēter preponūt sidera minora aut a nobis remo
tissima. Multū preterea operationē celestiū variat/impedit aut minuit in su
perioribus alia constellatio: ⁊ inferioribꝰ materie indispositio. Sed esto/hau
riri possit constellationū quas in iudicijs attendūt efficientia: sed nondum
est inuenta sufficienterqꝫ obseruata: patet legenti astronomorū de motu stel
larum firmamenti et etiam erraticarum dubia. Antiquiores quippe supra fir
mamentū nullum aliud celum cognouerūt: quo tamen iuniores astrologi etiā
in praxi vtuntur. Chaldei ⁊ egyptij nō infimi in astrologia/stellis fixis vnū

tm̄ motum attribuunt. s. diurnū. Ptolemeus addidit secundū qui est ab occidente in orientē. Thebit tertiū inuenisse dicit̄: qui est versus meridiē et aquilonem. In tp̄e vero multū discordant: vt partim dictū est in sup̄ioribus. nec mirū si de fixis trepidant: qui etiā in motu solis et lune inter se pugnant: vt ꝛ quātitas anni solaris adhuc apud astronomos quo ad p̄cisionē sit incerta: et in maxima solis declinatione quantū differant sup̄fluū est hic recensere. Cōstat aūt si astrologus in gradu vno tm̄ fefellerit in captanda hora: in diuisione domoꝝ duodecim similiter deficiet. mutabit em̄ gradus signū. et in directionibus etiā variat annū. mutabunt̄ etiā aspectus et situs stellarū. Disci. Fallax igit̄ sequat̄ astrologoꝝ experimentū necesse est. Sed et planete qua conuentione inter se regendi ac dn̄andi tp̄a/horas/atq; momenta in diuersis partibus celi/etiā vt ais climatū terre partiti sint/vehementer hesito: et te super hec audire cupio: interim alia que questionē augent silebo. Ma. Hec ꝛ pene innumera alia sunt que fidem astrologie minuunt his qui oīm causas (vt equū est) p̄fundius rimant̄: et in astrologie libris non nisi persuasiones quasdam legunt. Nos aūt q̄ ipsam defendendam non suscepimus: reliquas eius partes velocius percurrere debemus. Disci. At libet.

Ptolemeus
Thebit
Stellarū fixarum motus triplex

De secunda parte astrologie: Et qualem influentiā celestiū corporū in inferiora Theologi cum philosophis concedunt: voluntatem omnino excipiētes. Cap. VIII. Magi.

Secunda (vt premissum est) astrologie pars de reuolutionibus est. hec coniunctiones et eclipses considerat: et ex his alijs insuper cōstellationibus de dispositione annone/belloꝝ/egritudinū et mutatione temporum atq; innouatione legum futura prenunciat. Disci. Tu ne huiuscemodi futura contingentia celestiū consideratione preuidēda credis? Magi. Multiplicem virtutem ꝛ operationē celestibus a conditore omnium concreatam nemo sapiens dubitat: perpaucas vero ex his omnibus in hoīm noticiā deuenisse/et omnes deo soli notas esse regius propheta indicat/dicēs Qui numerat multitudinem stellarū/et omnibus eis nomina vocat. Nomina vero a proprietatibus rebus imponi constat: quas solus nouit perfecte q̄ eas condidit. vn̄ consequenter exclamat: Magnus dn̄s noster et magna virtus eius: et sapientie eius nō est numerus. Hec de particulari noticia intelligenda sunt: quoniā generalem influxum celestiū qui fit per motū lumē et calorem in terrena/etiā philosophi (dono dei) cognouerunt. Vn̄ Aristoteles dicebat hunc mundum elementarem lationibus superioꝝ contiguum esse: vt inde virtus eius gubernet̄. et alio loco: Latio inquit solis sub obliquo circulo (zodiacū denotans) generationes adducit. Nec diuus Augustinus philosophus acutissimus et theologorū precipuus/ab Aristotelis sentētia in hac re dissentit: lib. iij. de trini. ca. iiij. asserens corpora crassiora et inferiora per subtiliora et potentiora ordine quodam regi. Et lib. v. de ciuitate dei. ca. vj. inter disputandum cū mathematicis ait: Nō vsq;quaq; absurde dici pōt/ad solos corporū differentias afflatus quosdam valere sidereos: sicut in solaribus accessibus et decessibus videmus/etiam ipsius anni tempora variari: et lunaribus incrementis atq; decremētis augeri et minui quedam genera re-

Ps. xlvj.
1. metheo. ꝛ de genera.
Augustinus
Idem

rum sicut echinicos et conchas:et mirabiles estus oceani. non autē et animi voluntates positionibus siderū subdi. Dis. Aperte Augustinus inferiora superiorū influentijs subijcit. Cur ergo a nōnullis astrologis aduersari dicitur. Mag. Hic diuus pater (quēadmodum et ceteri viri philosophie et veritatis cultores) astrologie nō ademit quod ratio naturalis admittit: et sacrarū lrāꝝ tenor incōmutabilis nō reprobat. Nec tñ dicit corpoꝝ differētias necessario esse a celesti influxu:sed hoc posse concedi in q̄busdam. Nā vt eodē loco ait sexus diuersitas nō ab influxu celesti est:cū simul ꝯcipi possint gemini diuersi sex⁹. Quid aūt tā ad corpus ptinēs ꝙ corporis sex⁹? Sequunt hunc Bonauētura/ Alexāder de Ales/Scotus et theologorū numerosa turba:oēs generalem celestiū in inferiora influxū ꝯfirmantes:Inferiora inquā corpora/nō humanas mentes seu volūtates:quēadmodū in snia Augustini hec excipiunt. Nō eñ pñt (vt idē sanct⁹ pater ꝓtestat li. xij. sup Geñ.) corporalia in spiritū agere. lumitāt certi:de ꝑ se et imediate. Nam cū intellect⁹ (inqunt) mediantibus speciebus a sensibus receptis in opus suū ꝓdeat: et sensitiua potētia corporeis organis vtat:de ꝑ accidēs et a remoto ꝓcedi possit /immutatis corporibus intellectū in sua opatione impediri. vt videre est in lunaticis et phreneticis. Vñ et scriptura dicit: Corp⁹ qđ corrumpit aggrauat aīam:et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Voluntas aūt existēs dña oīm actuū suoꝝ/organo corpeo non alligat:sicut nec itellect⁹ magis tñ libera est:nulli⁹ iprobitatē patit:nec celestiū ifluxui subdit. Et iō act⁹ a voluntate ꝓcedētes ab astrologis ꝑpēderi aut dijudicari minime pñt

Theologi q̄d tribuāt astrologie

Sap.ix.d.

Ex quinqꝫ causis astrologi frequeuter errant in iudicijs suis. Et quomodo in vniuersali de fertilitate et sterilitate terre:de pestilentia bellis et mutatione regnorū aliquid pronosticare possunt. Capitulum.IX. Dis.

Uam iuxta p̄missam beati Augustini sententiā in elemēta et clementa afflatus siderū agat:vnde fit ꝙ astrologi nōnunꝙ de illis q̄qꝫ in iudicijs suis et fallunt et fallunt? Ma. Quāꝙ huius rei causa multiplex assignari possit:hec tñ inter p̄cipuas cōnumerāda est: ꝙ raro huius artis scioli iudicia sua inter p̄scriptos limites coartant:sed inanis glorie cupidi/phylateria sua dilatant nimiū:et ex stellis auguriari gestiunt:quod efficere non pñt. Frequenter etiā ad particulares localesqꝫ mutationes descēdunt: singularū frugum species denotant:terrarum et incolarū euentus ꝓsequuntur seiunctim:nō attendentes/non obstante generali influxu superiorū: et (vt Augustinus habet lib. v. de ciui. dei. c. vij.) electo ad seminandū agrū die/ tam multa grana in terrā simul veniunt:simul germinant:et exorta segete simul herbescunt:pubescūt:flauescunt. et tñ inde spicas ceteras coeuas/ atqꝫ vt ita dixerim. congerminales:alias rubigo interimit/alias aues depopulant alias homines euellunt. Pari iudicio de reliquis rebus iudicandū est. Sunt enim cause celestes fere innumere:ex quibus vt premissum est tractatu precedenti/ex stellis fixis pauciores cognite sunt:quorū tñ actio quantum possit astrologorum traditiones canunt. Adde: ꝙ de principijs et modo iu

Prima ratio

Augustinus

Secunda

dicendi precipui auctores artis huius diuersa senserunt. Accedit ꝙ plurimi nostro euo in praxi illa magistri nominari delectantur qui nondum loqui ceperunt: ne dixerim didicerũt. Uiri autem philosophie gnari facile non enũciant/ qđ ex certis causis ⁊ demonstrationibus veritatis euidentiã nõ habet. Uerũtamen si anni quatuor ptes a qualitatibus suis multum exorbitare contigerit: facillime sequet̃ aeris intẽperies: sicꝙ frugũ detrimentũ aut excessiuo frigore vel calore vrenti/ humore suffocãte/ aut siccitate consumẽte humidum radicale. Amplius turbatis elemẽtis immaturis frugibus ⁊ aere infecto aut putrefacto/ quo ad respirandũ sedulo vtimur/ egritudines euenturas temere nemo iudicabit. Deniꝙ ex aere infecto ⁊ alimẽtis incõueniẽtibus/ spiritũ animalẽ turbulentũ generari physica ratio suadet. Hinc egritudines acute ⁊ crebro multe obuiunt turbationes: q̃bus in vulgo dominãtibus ad vni⁹ beltal dolosam persuasionẽ/ insultus fieri haud erit difficile. Si em̃ princeps vi legis occurrere nititur: mox a superba ceruice onus seruitutis ⁊ sceptrum exactoris excutere moliunt̃. Hinc secte/ contentiones/ partialitates/ seditiones/ bella ⁊ cetera hmõi oriunt̃ multa. Et q̃uis (vt Ptholemeus ait) vir sapiens dominet̃ astris: sensualitati scꝫ ⁊ inclinationibus obuiãdo: stultorũ tamen (vt Salomon nõ minus docte scripsit) infinit⁹ est numerus. Unde mirũ nõ est si his ⁊ similibus solerter pensicularis/ nõ tam astrologi q̃ philosophi medici ⁊ longa experiẽtia edocti agricole ⁊ naute quotidie de futuris multa vera predicũt: etiã sine astrologicis regulis: de morbis/ de annona/ deꝙ tempestatibus. Sed de illis hactenus. Tertiam astrologie partẽ nunc aggrediamur: laboriosum quippe hoc erit: qm̃ fere innumeri codices sunt de hac parte ⁊ e regione viri eruditissimi ⁊ sanctitatis titulo prefulgidi parum illi tribuendum astruunt

Tertia

Quarta

Auicenna

Quinta

Ptolemeus

Eccl. j. d

De tertia parte astrologie. De natiuitatibus quid ex domibus quatuor primis astrologi pronosticent. Ca. X Discipulus.

Quid hec pars futuri presagit? Magi. Mortem ⁊ vitam ⁊ ferme omnes nascentiũ euentus quales futuri sint: vt patet legenti significationes. xij. domorum in quas celum hora natiuitatis diuidunt. Ut autem breuiter me de hac parte absoluam: ex multis pauca ꝯm domorum ordinem in libris astrologorum expressa annotabo. Discipulus. Probe.

Significationes domorũ celi.

Magister. Ex habititudine prime domus planetarũ et stellarum in ea existentium/ ⁊ partiũ natura ac varijs affectibus mira de anima nati predicunt: videlicet si liberalis: si legũ amator: si mitis aut bellicosus: si diuinarũ sciẽtiarum indagator alteriusue studij aut operationis amator: ⁊ quantus qualisue in corporis habitudine futur⁹ sit natus. Ex secũda domo de prosperitate/ ⁊ infortunio/ diuitiarum nati futura vident: si eas vel ex hereditat̃/ mercatura/ aut quouis alio ingenio aut labore habiturus sit: et amplius: si sua sponte acquisitas dilapidabit: aut violentia qualibet siue infortunio amittat. Ex tertia domo de fratribus nati: de peritia legum et obseruantia earumdem: ⁊ ibi per partem quam absconditam nominant astrologi/ de arcanis conscientie nascentis erga deum ⁊ erga homines iudicant.

Abraam Auenozra Eccleſi. ix. a:

Nã vt ait Abraã Auenozra ĩ expoſitiõe hu⁹ dom⁹: Si Jupiter fortis in natiuitate partem illam quocunq; modo reſpexerit / et deũ diliget (ſcʒ natus) et a deo diliget ꝛc. Diſ. Hoc ne verũ credis? Mag. Minime. Nam dicit ſcriptura: Neſcit homo an odio vel amore dign⁹ ſit. et ꝯſcientie arcana ſoli deo patent. Diſ. Inſania ergo iſta nõ tam ꝯfutanda ꝙ vt heretica execrãda eſt Mag. Duas fortunas inter planetas noĩant: venerẽ ſcʒ et iouem. Ven⁹ vt aiunt dat felicitatẽ vite preſentis: Jupiter aũt largitur felicitatẽ vite future. Diſ. Et quid de chriſto ſentiunt? qui ait in euangelio: Ego vitã eternam do eis. Sed perge in narratiõe. Magi. Maternus q̃dã nõ infime auctoritatis apud aſtrologos ſcribit: ꝙ ſaturnus in leone ꝯſtitutus / facit longeuos: quorum anima poſt mortẽ ad celos tranſibit. Diſ. Cur ergo chriſtus dicit: Si vis ingredi ad vitam eternã / ſerua mandata: et nõ potius: attende ſi habueris ſaturnũ in leone? Mag. Albumaſar impietatẽ impietati accumulans ait: Qui deo ſupplicauerit hora qua luna cũ capite draconis ioui ꝯiungitur / impetrat quicq̃d petierit. Diſ. Ha habe ſtulticiã ſacrilegã. Cur igiꝛ aſtrologi nõ obſeruant talem horã: vt ſemel impetrent de cetero in iudicijs ſuis neminem fallere: et vt tantas diuitias reciperent ne amplius pre inopia alijs ſua mendacia venalia facerent. Sed perge ad domoꝝ explanationẽ. Mag: Ex domo quarta de eſſe patris nati diſſeriꝛ: qualis aut quanta eius vita ſit et de alijs que breuitatis cauſa tranſeo tanꝙ fabuloſa.

Maternus aſtrologus Math. xix. c. Albumaſar

Que aſtrologi prenoſticent ex alijs domibus natiuitatum. Cap. XI. Diſci.

Ex quinta aũt domo quid? Magi. Si naſcens filios generabit: et qualiter ad eos afficieꝛ. Et hoc quidem Arabes: Ptolemeus autẽ decima filios dijudicat: Mallius ab aſcendente. Et ſexta de infirmitatibus nati in toto corpore et ſingulis partibus: et quando et quantum egrotabit futũra annunciat. Ex ſeptima ſi amator erit feminarum / et innominate libidinis ſectator. Si vxorem habebit vnam aut plures: vetulas aut iuuenculas: et quando eas ducet: ac ſi pacifice cum illis habitabit. Ex octaua autem domo ſcietur (aiunt) qua morte: in aqua / igne / gladio / ſuſpendio / aut quouis alio modo interiturus ſit natus. Ex nona ſi natus peregrinabiꝛ: et quantũ in terra vel aqua: et quam fortunam in his ſentiet. ſimiliter ſi firmiter aut negligenter fidem ſuam tenebit: Ex decima de ſtatu matris: quem admodum ex quarta de ſtatu patris nati iudicium fit. Plurimi tamen ſtatũ patris a decima inueſtigandum putant. Inſuper ſi natus honorem / poteſtatem aut famam bonam habiturus ſit venatur. Ex vndecima de amicitia nati: et ad quas perſonas erit: ſimiliter et de veſtimentis futura dicũt. Ex duodecima domo figure celi in natiuitatib⁹ alicuius calculate, inimicitie / captiuitates / ſi quas forte aut vnde habiturus ſit natus prenoſci habent. Seruos ſimiliter Egyptij ab iſta domo dijudicant. Arabes autem illud a ſexta faciundum exiſtimant: et alia ferme innumera: Minima etiam et vilia hominũ accidentia hec pars aſtrologie de naſcente futura iudicat ex domino natiuitatis hore: almutes / alcochoden / hylech et variũ partium proiectiõe / ex habitudine planetarum et ſtellarum fixarum: et earundem et ſimiliter domorum varijs aſpectibus et directione: que latius ꝓſequi nõ eſt noſtrũ / ſed alia celerius percurrere.

De laude quatuor doctorū ecclesie: ꝛ q̄d de hac pte astrologie senserint. Ca. XII. Disci.

N Ruus qui sint viri eruditissimi ꝛ sanctitate prefulgidi huic pti astro-
Doctores ecclesie. logie parū tribuētes/ vt pmiseras paulo ante edicito: simulq̧ eorū
dem sentētias de hac re pstringito paucis. Magi. Hi sunt docto-
Gregorius res precipui catholici: quatuor colūne ecclesie sanctus Gregorius papa: san-
Hieronymus ctus Hieronymus presbyter cardinalis: sanct⁹ Ambrosius archieps Medio-
Ambrosius lanēsis: sanct⁹ Augustinus ante cōuersionē suā rhetor maxim⁹ ꝛ philosopho-
Augustinus rum acutissimus: post susceptū xpo baptisma episcopus Hipponeñ. per totū
Bonifacius mundū celebris doctor ꝛ falsitatis inimicus. Hi sunt (vt testat̃ pontifex ro-
octauus manus in ca. vnico de reli. ꝛ vene. sanc. lib. vj.) quorū plucida ac salutaria do-
cumēta romanā illustrarūt ecclesiā: decorarūt virtutibus/ ꝛ moribus infor-
marūt. Per ipsos preterea quasi luminosas ardētes lucernas sup candela-
brū in domo dñi positas/ errorū tenebris ꝓfugatis toti⁹ corp⁹ ecclesie tanq̄
sidus irradiat matutinū. Disci. Eia ꝓpera: ꝛ quid de astrologia hac tenen-
dum scripserint hi sancti patres quos ecclesia tam studiose cōmendat in me-
Gregorius diū ferre graueris minime. Magi. Diuus papa Gregorius in homelia epi-
phanie accepta occasione ab apparitione stelle quā Magi viderūt in oriente
nato dño/ cōtra mathematicos oratione texens: opponit de duobus geminis
Genesis Jacob ꝛ Esau simul natis/ dicens: Certe cum Jacob de vtero egrediēs prio-
ris fratris plantam manu teneret/ prior pfecte nequaq̄ egredi potuit: nisi et
subsequens inchoasset: ꝛ tñ cum vno tempore eodēq̧ momento vtrūq̧ mater
fuderit/ nō vna vtriusq̧ vite equalitas fuit. Sed ad hec solent mathematici
respondere (inquit) quia virtus constellationis in ictu pungētis est. Quibus
ediuerso nos dicimus: quia magna est mora natiuitatis: si igit̃ in ictu puncti
constellatio pmutat̃: necesse iam erit vt tot dicāt fata quot sunt mēbra nascē
tiū. hec Gregorius. Qui ꝛ post multa alia que astrologis abijcit (ad que pfe
cto rationabiliter respondere nequeūt) concludit dicēs: Hec de stella breuiter
diximus: ne mathematicoꝝ stulticiā indiscussam preterisse videamur. Q̄ si
nec ista pmouent: attende q̄ eodē loco Priscillianistarū heresim dicit esse de
genituris opinionē astrologorum. Disci. Summū pontificē audiuimus: au-
diamus ꝛ cardinalē. Magi. Diuus Hieronimus presbyter cardinalis sa-
Hieronymus cre scripture interpres pcipuus/ in cōmentarijs sup ꝓphetā Sophoniā ca. j.
de astrologis dū exortus esset sermo/ ait: Hi sūt q̄ eleuant̃ aduersus sciētiā dei
ꝛ omne qd gerit̃ in seculo (fictā sibi scientiā pollicētes) referūt ad ortus stel-
larū ꝛ occubitus: ꝛ mathematicoꝝ sequūtur errores. Idem sup Esaiam. ca.
xlvij. de astrologis loquēs/ dicit: Hi sunt qui vulgo appellant̃ mathematici:
ex astrorum cursu lapsuq̧ siderum res humanas regi arbitrant̃: ꝛ cum salutē
alijs promittebant/ sua ignorabant supplicia. Idem in ca. Sed et illud. 26.
q. 2. requirere stellarum cursus/ ꝛ euentus ex his futuroꝝ rimari obprobriū
egypti vocat ꝛ idololatrie comparat. Discipulus. Sufficiunt ad presens di
ui cardinalis dicta: archiepiscopū accedamus Mediolanensem. Magister
Ambrosius Hic est sanctus pater Ambrosius grandiloquus: qui in quarto libro hexame
ron ca. quarto de astrologis longum sermonem contexens inter alia. Nōnul-
li (inquit) natiuitatū tēptarunt exprimere qualitates/ qualis sit vnusquisq̧
qui natus sit: cum hoc non solum vanum/ sed etiam inutile sit querentibus:

impossibile pollicentibus. Et post probationē sue sententie ait: Redempti sunt apostoli et congregati ex peccatoribus: non vtiqꝫ natiuitatis sue hora/ sed christi eos sanctificauit aduentus: et hora dominice passionis redemit a morte. Latro damnatus capite ille cum domino crucifixus: non beneficio na
Luce.23. tiuitatis sue/sed fidei confessione ad paradisi eterna transiuit. Jonam in ma
Jone.1.et.2. re non vis natiuitatis/sed dissimulatio diuine preceptiōis precipitauit et of
Actuum.12.9 et.18. fensa. Petrū de carcere imminente morte perimendum angelus christi/non stellarum series liberauit. Paulum cecitas conuertit ad gratiam: et percussum a vipera/turbatumqꝫ naufragio: nō remedio natiuitatis/sed deuotionis merita seruauerunt. Quid de illis dicimus qui eorum precibus cum fuissent mortui resurrexerunt: vtrum illos sua natiuitas/an apostolica gratia suscitauit? Et idem totum negocium hoc (scilicet iudicandi) plenum ait esse veritate: et tele aranee comparat. Discipulus. Durus est hic. diuum Augustinū quem philosophum fuisse acutissimum dicis/auscultemus.

De opinionibus philosophorum: de fato et constellatione natiuitatum: quas Augustinus libro quinto de ciuitate dei recitat et improbat. Capitulum.xiij. Magister

Augustinus Sanctus Augustinus disputator copiosus/omnem questionē quam tractat radicitus medullitusqꝫ perquirit: vt latentē vel veritatē vel falsitatē fideliter detegat. Vñ cum libro quinto de ciuitate dei contra astrologos disputationis rete tendere instituisset: prius fatidicorum et astrologorū varias opiniones distinxit: et breuius prioribus explosis/cū genethliacis varijs medijs ꝯgredit̄ per capitula ferme decē prima. longum esset omnia hec epitomati nostro integra inserere. Dis. Longum etiā et minꝰ necessariū: cum paucis planisqꝫ verbis intentionē tanti doctoris edicere possis. Magister. Si possum/incertū habeo: obsequi tamen tibi in hoc quoqꝫ non abnuo. Distinguens itaqꝫ Augustinus fatidicorum et astrologorum sectas in ca. primo libri prefati: primos ponit qui dicunt omnia euenire fato. i. voluntate et potestate dei. Discipulus. Illos ne male sentire arguit? Magister. Minime: sed vt sententiā teneant/et linguam corrigant admonet. Discipulus. Quapropter? Quia fatū homines quando audiunt/ vsitata loquendi consuetudine non intelligunt: nisi vim positionis siderum qualis est quando quis nascitur siue concipitur. Discipulus. Secunda igitur opinio est illorum qui omnia fato/id est vi siderum initialium euenire arbitrantur? Magister. Scite intulisti: sed inter hos rursum Augustinus discernit. Quidam enim sine voluntate dei decernere opinantur sidera quid agamus/ vel quid bonorum habeamus: malorumue patiamur. Disci. Tales haud dubium explodit. Mag. Quinimo et ab auribus omnium repellendos ait: non solum eorum qui veram religionē tenent: sed qui deorū qualiumcūqꝫ licet falsorum volunt esse cultores. Disci. Qua de re? Mag. Quia (inquit) hec opinio aliud non agit nisi vt nullus omnino colatur deus. Disci. De hac secta nonnullos nostre fidei homines esse arbitror: qui rogationes/letanias/

et pcessiones cõmunes pro pace/aut a salubri aura a populo factas subsannantes frustra fieri calumniant. Sed q̃d mihi de his? aliud dicte diuisionis membrũ psequere. Mag. Eorum qui omnia vi siderũ euenire credunt/nõ nulli sidera q̃dem/que nobis futura sunt pro arbitrio decernere opinant: sed accepta potestate a deo. Dis. Quid isti? Mag. Magnã inquit celo faciunt iniuriã. Dis. Quã? Mag. Quia in eius velut clarissimo senatu/ac splẽdidissima curia opinant scelera facienda decerni. qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset genere humano decernente/fuerat euertenda. Dis. Quid si dicerent sidera nõ pro arbitrio illa decernere: sed in talibus ingrẽdis dei omnino iussa complere? Mag. Quarta hec positio est precedenti crudelior.

Dis. Quapropter? Mag. Quia de deo sententiendum tradit qđ indignissimũ visum est de stellar voluntate sentire. Oẽs iam dicti philosophi quia ex stellarũ influxu necessario euenire existimant que fiũt/hodie quoq̃ a sapientioribus astrologis tanq̃ falsarij reprobant. Dis. Hac forte Ptolemei sententia potissimũ pauloante posita: qua ait. Vir sapiens dñabit astris. Ma. Eaipsa: et alijs multis. Quinta igit positio est generalis: q̃ stelle nec pro libitu futura decernunt (q: vt dictũ est supra/ animate nõ sunt) nec decreta dei nec necessario ventura in nobis explent: qm̃ deus hominẽ in manu ɔsilij reliquit. ait Sapiens. Sed ex natura sua et influentia a ɔditore accepta/hoĩes/ resq̃ terrenas alterant: et ad ea de quibus supra pauca cõmemorauimus inclinant: cui inclinationi homo si vult contraire poterit. Dis. De hac opinione Aug. quid sentit? Mag. Non mediocriter doctorũ hominũ fuisse ait istã sententiã: vt dicant stelle significare poti⁹ ista q̃ facere: vt quasi locutio quedam sit illa positio siderũ: predicens futura/nõ agens. Dis. Aliorum istam fuisse sententiã nec ego dubitaueram: sed eã Augustinus approbaret nec ne audire volui. Mag. Quantum ad ea que ex libero arbitrio dependẽt/positionem istam nequaq̃ approbat: sed in sequentibus fortiter expugnat: et ppria astrologorum principia in tela cõmutans eos confodit vndiq̃: et q̃tum ad cetera ab astrologis ex natiuitatibus vaticinata/similiter incertam hanc positionẽ ostendit. Tu si qñ vacabit ibidem lege et relege. non eñ prima frõte omni legenti doctoris mens et argumentorum vis patet.

Ptolemeus
Opinio de fato

Eccl. 5.

In quibus libris Augustinus astrologiam de natiuitatibus improbet: et similiter ceteri Theologi, Canoniste: et sancti Prophete. Capitulum XIIII Discipulus.

Apparet ex premissa opinionum dilucidatione insipienter nimis a nonnullis responsum esse: Augustinũ ceterosq̃ sanctos doctores nõ nisi hos astrologos reprehendisse qui necessitare astra nos docent. Magi. Ceteri in cõi oẽs indistincte simul reprehendunt: et haud dubiũ positionem imponentem necessitatẽ tanq̃ blasphemã in primis reijciendam volunt. Augustinus vero pticularius predictas positiones segregans/vltimã que veritati minus videt contraria: et ideo forte tanto periculosior quanto apparet pbabilior/diligentius eliminat. Et in capitulo. 5. astrologiam non

Astrologia non ars/sed vanitas est

artem/sed vanitatē vocat:et in fi.cap septimi nullam hanc artē esse astruit. Omitto que lib.2.super Genesim ad litterā:et libro octogintatriū questionū questione.45.de astrologis ponit. Idem lib.2.questionū ve.et no.testa.q.16 in fine ait:Astrologi enim inimici sunt veritatis. Et lib.iij. de questionibus no.et vet.testa.ca.18.diffusissime contra fatū et mathematicos multis ac varijs argumentis disserens:In principio ait nihil tam contra christianos ꝙ si arti matheseos adhibeant curā:hec enim inimica dinoscit᷑ legi dei. Et paulo infra dicit.Hanc enim astutia et subtilitas inuenit diaboli. Et circa finē:Fugiendū omnibus modis ab hac arte monemus:curiosi enim eius inimici dei sunt:et sine sollicitudine nunꝙ sunt.semper enim suspensi expectāt quod minime certū sciunt. Ipse etiā sermone.6.de epiphania vocat hanc artem stulticiam sacrilegam et indoctā doctrinam. Et ibidem ait:De genitnris hominum vani homines loquunt᷑ quod insipienter opinant᷑. In sermone quoqȝ de verbis domini:quibus dicitur:Ego sum vitis vera ⁊c.ait: Conuerso tibi indulgentiam deus promisit:sed crastinū diem tibi nemo promisit: aut si forte promisit mathematicus/longe aliud est.O deus(exclamat) ꝙ multos mathematici fefellerunt:quia sibi plerūqȝ lucra promiserunt.et damna inuenerunt. Et homelia.xiij.ait:Promisit diem crastinū mathematicus vt damnet te et illum.Et ad Ianuariū scribens dicit:Mathematicorū delyramenta cū detestatione irridenda sunt. In secūdo libro de doctrina christiana/dicit eos nimis errare:et gen⁹ fornicatiōis aīe astrologiā vocat.26.q.2.c.illō. Reliꝗ tantorum virorum testimonia/similiter et theologorū posteriorum:videlicet Alexandri de Ales/Bonauenture/Scoti et alioꝝ breuitatis causa libet pertransire.Nec enim isti a prioribus dissentiunt:sed et ipsi influxum celestiū in elementa et elementata agere concedunt.Rationē quia a sensibilibus et potētijs organicis species haurit per accidens et multū a remotis et in generali a celestibus moueri non omnino adimunt:sed non ad ea que astrologorū traditiones continent:voluntatē vero omnino esse liberā et isti et catholici omnes dicunt. Dis. Sancti patres et theologi nominati fortasse astrologiam disuaserunt:de ipsius principijs et experimentis minus edocti. Magi. Si diuos patres astrologie ignaros fuisse credis:lege Ambrosiū loco preallegato:et Augustinū lib.4.ꝯfessionū:et inuenies quo suspicionem hanc a mente tua repellas facillime.multū enim temporis in hac attriuisse: ⁊ vix tandem falsitate cōperta desinisse ab hac vanitate deo ꝯfitet᷑.s.Aug⁹. Sic quoqȝ et in aliorū codicibus hesitationis tue medelam poteris inuenire:omnes enim non alienis armis cū astrologis ꝯfligunt/sed(quod doctoꝝ est)ꝓprijs principijs vaniloquos redarguunt. Sacri insuper canones illoꝝ dicta approbantes/astrologiā ꝓhibēt.26.q.2.c.Illos planetarios.sunt verba sancti Augustini lib.4.ꝯfessionū.et.c.sed et illud.que sunt verba beati Hieronymi.Et i. de sortilegijs.c.ex tuarū. Papa Alexander tertius clericum qui bono zelo ⁊ ex simplicitate per astrolabij inspectionē furtum cuiusdam ecclesie inquisiuit/ꝑ annum a celebratione suspendit:dicens id grauissimum esse: et non modicam inde maculam peccati contraxisse. Dis. Talis papa si hodie viueret/sacerdotes nostros quos nominare possem/forte in perpetuum inhabilitaret. Magister. Quid faceret nescio:verūtamen ipsis intime cōpatior. Sed si forte illos non mouēt que prelibata sunt:non perosum erit dn̄i sententiā de hac re in mediū proferre. Dis. Proferas queso. Ma. Non ego/sed Esaias p-

Esaias.

pheta nobis hanc edicat. Disci. Magis gratum accipio: quid ait? Magi. c.47. ex ꝑsona domini dicit babylonis: Stent ⁊ saluent te augures celi qui contemplabant sidera: supputabant mēses vt ex eis nūciarēt ventura tibi: ecce facti sunt quasi stipula: ignis cōbussit eos: nō liberabāt animā suā de manu flāme. Et qđ in nostris libris dicit/augures celi: septuaginta interpres trāstulerūt/astrologi: dicit sanctus Hieronymus ibidem: vbi etiā ponit testimonium ꝑin pauloante expressum. Discipulus. Quāuis prophetarū testimonia sine aliqua hesitatione recipi debeant: per ipsos eñ locutus est spūssanct⁹ sicut in symbolo canit ecclesia: tñ aliud si habes ꝓpheticū testimoniū proferas: vt quasi in ore duorū firmius appareat testimoniū. Magi. Per Hieremiā: dñs populo suo astrologiā interdixit capitulo decimo sic dicens: Iuxta vias gentiū nolite discere: ⁊ a signis celi nolite metuere que timent gentes: qr leges populorū vane sunt: sup q̄ loco diuus Hieronymus ait: De his loquit qui a celestibus extimant regi humanum genus: ⁊ ex causis celestium terrena moderari.

Hieronymus

Hieremias

Hieronymus

Cur multi adhuc Astrologie fidē habent propter paucas experiētias: ⁊ nō potius respuūt eā ꝓpter īnumeras fallacias: etiā iuxta sancti Augustini sententiā instinctu demonū inductas. Et qualiter sctūs Sebastian⁹ astrologiā confutandā docuit. Ca. XV. Magi.

VErūtamen qui astrologie calicem epotauere vsq ad feces etiā ad hec respondent. nō esse intelligendū nisi de his que astra colebant ⁊ ex his omnia necessitate quadā fieri credebāt. Disci. Non mouebit me hec callida glosula: cū apertissima sint doctorū ⁊ etiam dñi verba. Quinimo si aliquid probabilitatis habere videret astrologia hec de qua loquimur: abijciēda tñ esset: cum sanctis patribus/sacris canonibus ⁊ diuinis scripturis visa est ad minus vehemēter suspecta. Non mediocriter etiam (vt ego quoq aliud addam) suspectā reddiderūt astrologiā: que contra mathematicos sanctus Sebastianus miles christi integerrima fide coram Cromatio romane vrbis prefecto disserit/in integra ipsius legenda continetur. Cū enim (q̄uis omnibus simulacris in domo dicti prefecti ꝑ sanctū Sebastianū ⁊ sanctū policarpū destructis) Cromatius iuxta condictum sanctorum sanari a podagra nō potuisset: donec ⁊ opus astronomicum (in quo omnis disciplina stellarum arte mechanica constructa erat) frangeret: patenter ostensum est artem istam deo esse odibilem. Unde ⁊ sanctus Policarpus presbyter Cromatio querēti: quid mali inesset/cum nullo ritu sacrificiorū hoc opus coleretur? Respondit. Artem hanc esse deo inimicā: ⁊ que in opere erant fabricata omnia ministeria esse false deceptiōis. Sebastianus quoq intulit omnia ista vanissima esse/⁊ falsa christo reuelante cognouimus: que tibi nūc manifestius aperiemus. Precipe (inquit) hodie ad te mathesis doctorē venire: cui dicas illo tempore asperis te casibus laborasse: ⁊ inquire per quas stellas hoc tibi ꝯuenerit malum: responsa eius erunt proculdubio: q tempus tuum a malicio

Sancti Sebastiani confutatio ꝯtra astrologos.

so marte susceptum est: aut saturnus apostaticus siue retrogradus fuerit: et cetera que ibi leguntur. Age nunc (inquit rursum Sebastianus prefecto) interroga alterum mathematicū cui ipsas horas in bonis tibi exuberasse casibus dicas: ilico videbis tibi eum rationabilia scemata infinita offerre: quib⁹ approbat: quia in ipsis temporibus tibi euenire debuerint bona: que ante ille dixerat mala: circulum etenim tenet ex omni parte collectum: in quo diuersas et varias causas accipit: ex quibus occasionem accipiet dicendi quod velit. Hec sanctus Sebastianus. Pretermitto qđ opponit ibidē: qualiter vno naufragio duo diuersis temporibus nati perire possunt. Similiter ⁊ in vno prelio innumerabilis multitudo prosterni: qui vtiq; eandem constellationem nō habuerunt. Et quidem homini christiano sola istec sufficere possunt ad confutandam vanorum astrologorum insaniam. Magister: Nimirū sed nequeūt

Quintilian⁹ febre correpti de potus differētia sane iudicare. nec (vt Quintilianus ait) fa-

Augustinus cile quid persuadetur inuitis: ⁊ vt sanctus Augustinus habet libro sexto de ciuitate dei capitulo primo. Nimie stulticie vel ptinacie / nulli quanticūq; numeri libri satis esse possunt. Et vt preuidit regius propheta: Turbati sunt ⁊ mo-

Ps.cvj. ti sunt sicut ebrius: omnis sapiētia eorum deuorata est: ⁊ Apostolus: Euanue-

Roma.j. runt in cogitationibus suis: ⁊ obscuratum est insipiens cor eorum: dicētes enī se esse sapientes stulti facti sunt. Discipulus. Quomodo autem non facile multam fidem astrologie habet qui iam dictas scripturas ignorat: ⁊ crebras experientias per hanc videt? Cum experientia sit efficax rerum magistra.

De elect.c.q̃ Magister. Experientias multas apparuisse in astrologorum iudicijs infi-

si.li,vj. ciari arbitror neminem: sed iste comparate erroribus quibus decipiuntur et alios fallunt quasi nulle videntur. Tanta autem (vt ita dicam) hereditaria quadam successione ab Eua omnium matre: que prima per curiositatis vitiū decepta est / ad nos descendit leuitas / mira credendi facilitas / aut verius dixerim fatuitas: ⁊ prenoscendi futura cupiditas: vt multo magis mathematicis imperitis credamus q̃ scripturis ⁊ doctoribus sanctis oppositum persuadentibus: si vel inter cētum errores vnum verum ab his coniecturatū magis

Franciscus q̃ ex constellatione preuisum euenire contingat. Unde accidit qđ ait Petrar-

Petrarcha cha: vt sine vlla suspitione libere mentiri possit: pro eo quia semel potuere nō mentiri. De istis autem loquor qui quotānis vaticinantur de illis euentibus qui ex causalitate celestium expectari (contradicente naturali ratione) minime possunt. Similiter ⁊ de his qui ex natiuitatum consyderatione ea que in domorum explanatione numerata sunt: ⁊ alia fere infinita de nascentibus augu-

Augustinus rari frustra conantur: de quibus ⁊ diuus Augustinus: vt supra tactum est in fine capituli septimi libro quinto de ciuitate contra astrologos disputationē suam concludendo ait: His omnibus cōsyderatis nō immerito creditur: cum astrologi mirabiliter multa vera respondeant / occulto instinctu fieri spirituū non bonorum: quorum cura est has falsas ⁊ noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mētibus atq; firmare: ⁊ non horoscopi notati ⁊ inspecti aliqua arte / que nulla est. Idem dicit libro secūdo super Genesim. ad literam: vi. concludendo subiunxit. Quapropter bono christiano siue mathematici siue quilibet impie diuinantium / maxime dicentes vera cauendi sunt: ne consortio demoniorum animam deceptam pacto quodam societatis irretiant. Hec ibi.

Excusatio auctoris q̄ nō magis particulariter principia astronomie discussit. Et quāta inter Astrologos diuersitas et contradictio sit. Capitulum XVI Discipulus.

NIsi epitomatis angustia vrgeret/sermonē ab his ad alia que supsunt cōuertere precibus repetitis pulsarē: donec principalia astrologie rationibus et argumētis philosophicis cribares: vt sub paleis si que solida latitāt grana appareant. Magister. Non deessem tibi nec quidē in hoc: nisi veridica relatione ante hos dies didicissem quendā comitē Mirandulanū in philosophia eruditissimū duodecim (vt aiunt) libris disertissimo stilo et efficacissimis medijs id perfecisse. Venient haud dubium successu tēporis lucubrationes tam studiose conscripte ad manus tuas: quibus animū tuum oblectare simul et veritatis agnitione firmare poteris: mihi satis erit de hac re queadmodum et de alijs maiorum nostrorū et patrum recte philosophantium sententias cōmemorasse: quibus tamen astrologi irasci nulla recta ratione possunt. Ipsi em̄ priores astrologiā suspectam reddiderunt: dū alter alterius dicta reprehendit et experientia aliud inuenisse testatur. Nam in diuisione zodiaci in signa Chaldei nominatissimi astrologi ab alijs dissentiunt: non signa duodecim: sed imagines vndecim ponentes: nec eiusdē latitudinis/nec longitudinis. Sed nec planetis domos assignant. altitudines seu exaltationes tm̄ considerantes. Alij autem et si in signis graduūue diuisione cōueniāt: in partitione tm̄ domorū duodecim tantū pugnāt vt cui opinioni cōsentias nulla argumēti vis ostendat: nam plures gradus alij in illa/in altera pauciores collocandas statuūt. Ita fit vt planeta qui ab alijs in prima domo collocatur: ab alio in secunda vel duodecima positus inueniat. Inde et aspectus domorū/dominationes ac cetere vires multipliciter variantur. Planetam quippe quem in prima angulari domo fortem credunt: in duodecima viribus destitui volunt. Et reuera mirum et philosophie contrarium: stellam in quarta sub terra plus efficacie et influxus habere in nascentem q̄ supra finitorem collocata in vndecima aut duodecima domo celi: quod nōnulli attendentes cōmuni traditioni contradicunt: et stellas in domibus supra horizonta fortiores credunt q̄ infra ipsum. Dicant si possunt/et rationabiliter dicant: cur planeta circa finem noni domicilij nō tantum aut plus possit q̄ circa terminum decimi vel in medio quarti. Eapropter et ipsi fluctuant: nunc illam/nunc aliam fortiorem predicant. Unde Ptolemeus aliquando vndecimam domum orienti in fortitudine preponit: aliquando contrarium sentit. Medium celi omnibus prefert. Messahala: et Aboasar orientem prelocant. sed de his satis: quantum in significationibus domorum dissentiant partim tactum est cum easdem recitaremus. In distributione autem facierum et terminorum miro modo discordant: nec mirum: quando et in naturis planetarum diuersa enunciant. Nonne venerem Abenragel et Alchibicius frigidam estimant: e regione Aboasar et Ptolemeus calidam ipsam affirmant? In Mercurio non minus dissentiunt: et nec in luna quidem nobis proxima conueniunt. Et si in qualitatibus huiuscemodi aberrent/danda est venia: cum de bonitate aut malicia planetarum non

Extant istiusmodi opera Pici vndecim q̄ splendidissima.

Ptolemeus

Messahala

Aboasar

Abenragel

Alchibicius

per omnia concordant. Super omnes autem ridendi sunt qui capiti et caude draconis punctis pure imaginarijs efficaciam aliquam inesse credūt: ita vt etiam annis nati aliquid addant. Quis preterea vnq̄ concordabit litem que adhuc sub iudice est: de radiationibus/directionibus et equationibus dictū? De annis autem fridarijs ob nimiam dissonantiam piget vel modicum quid dicere: attende queso in duobus pluribusue pronosticis annuis quot errata/quot contraria et pene nulla sine formidine de opposito enunciata: nōne frequenter circa idem vacillant/cum dicunt mortalitatem vel bella ex malicia saturni vel martis in aliquo domicilio significari: benignus iupiter forte maliciam eorum mitigabit: vt quodcū\~q\~ euenerit id astrologū predixisse inuenias Ita pariformiter cum pluuiam venturam aliquo tempore prenunciant: frequenter addūt aliorum planetarum radiationes: propter quas serenitas saltem in aliquibus locis eueniet. Raro preterea de dn̄o anni concordant. Discipulus. Omne autem regnum in se diuisum desolabitur: et domus supra domum cadet: Dominus in euangelio testatur: sed forte contrarietatem in eorū libris esse negabūt? Magister. Qua fronte? Cum nulla tergiuersatione id celare possint: q̄n omni legēti appareat: adducere aūt latius has aptissimas vetat breuitas: sed lege dū vacat librū Hali Abenragel de iudicijs: q̄ multe et sentētias in vnū colligit: et Abraā de natiuitatib⁹ et ceteros q̄ in maximis p̄ncipijs huius artis precipuos auctores sepius falsa dixisse libera voce p̄dicant: Ptolemeū scȝ Messahalam Albumasarā et plures alios. Figuras etiā quas Albumasar in isagogis maioribus in singulis faciebus signorum ascendere astruit: magis ridiculo q̄ veritati accedere idem Abraam dicit. Sed quid dixi) lege: et non potius luridam hanc pestem omni tempore fuge: iuxta ea que supra patrum auctoritate probata sunt. Discipulus. Miror ego vehemēter si ipsi inter se diuersi sunt: et sanctis doctoribus canonibus et diuinis litteris contrarij (vt dictum est) quomodo Cameracensis eos cum theologia et historijs concordare potuit in libello quem de tali concordantia pretitulauit.

Mat. xij. b

Hali
Abraam

Magister. Titulus quidem libelli cōcordantiā sonat: ea vero que ab auctore et in illo ac superaddito elucidario adducuntur/summā discordiam astrologorum inter se et a veritate historie ostendunt. Discipulus. Missa igit̄ hec facientes/reliquas astrologie partes videamus.

Quarta Astrologie pars de interrogationibus. Capitulum XVII Magister.

Astrologorum opinio est: cum animus hominis ad desiderium sciēde alicuius rei impedit: subito/nō electione et consultatione id fieri: sed influxu constellationis ea hora in celo consistentis. Unde si astrologum consulat: ex figura celi hora interrogationis reperta eundem astrologum de re quesita posse vera rndere: videlicet si mortuus viuus/ne sit amicus absens: si missus legatus saluus rediturus sit: et inuenturus aut expediturus prosper rem pro qua missus est: et innumera alia de quibus dubitare poterit humana curiositas. Discipulus. Aliquādo ne vera interrogātibus respondent? Magister. Etiam/q̄uis sepius mentiantur: et quidem inculpabiliter nam hic inuenerunt quo errores suos apud imperitos excusent. Discipulus. Quo medio? Magister. Quia dicunt: si motu quodā naturali firmaq̄ et radicali intentione astrologum dubius quis interrogat; ex natalicis con

stellatione iam peruenisse ad id quod ipsa significabat. Unde constellationẽ interrogationis proportionabilem fieri natalicie constellationi affirmant; et nisi hoc eueniat/intentionem interrogantis non radicalem neqꝫ firmam fuisse clamitãt: ea propter si in responsis fallant atqꝫ fallantur: non ex defectu artis/sed interrogantis leuitate prouenire excusant. Discipulus. Callida nimis/sed inefficax mendaciorum excusatio. Nam quid chaldeos astrologos morabatur qui regis Nabuchodonosor somnium quesitum nedum non dicere potuere: verum nec cuipiam mortalium possibile esse dixerunt? Et quis diceret ꝙ ex tam numerosa turba astrologorum prenosticationibus assidue vacantium regis natiuitatem nullus sciret: aut questionẽ tam studiose prepositam/animum regis tam conturbantem/non fuisse firmam et radicatã? Idem opponere possem de egyptiacis diuinatoribꝰ: qui de somno Pharaonis similiter respondere non potuerunt. Daniel autem regi babylonie/et Joseph regi egypti non tam ad somnium/sed et interpretationẽ liquido responderunt: nõ ex constellationũ aliqua inspectione: sed dei omnipotentis reuelatione vt textus sacre historie habet: quem nuper te iubente legi atqꝫ relegi. Preterea si animũ ad desyderium sciendi per stellares influxus per motum credunt: cur non magis obseruant constellationem et tempus quo quesitor desyderium tale concepit/ꝙ et constellationem et horam qua preposita est questio? Nam si forte astrologum quesiturus tardius inueniat: constellationem et horoscopum vtiqꝫ variari necesse est. Unde hanc astrologie partem cum ea que de natiuitatibus diuinat confutandã execrandãqꝫ existimo: a cetu autem fidelium exufflandos qui sibijpsis vsurpant quod solius dei esse diuine littere sonãt: vt est illud: Tu solus nosti corda filiorum hominũ. Magister. Nec preter illum nouit quisꝙ quid in homine: nõ angelus bonus vel malus: nisi solus spiritus hominis qui est in ipso. Discipulus. Relegata igitur hac ipsa stulticia ad reliqua pergamus.

Danielis. ij.

Genesis. xlj.

j. Corinth. ij.

Electio temporũ ad initianda diuersa opera sub certis cõstellationibus: in parte conceditur ab Augustino et medicine diuersis auctoribus. Capitulũ XVIII Magister

Que sequitur astrologie pars/eligere docet diem et horam omni operi quod facere libet conuenientem: quando scꝫ sit bonum seminare/plantare: ligna pro fabrica excidere ne teredine perforẽtur et carie labescãt: sanguinẽ minuere: membra sanandi gratia incidere: medicinam ab intra recipere: castra/ciuitates et domos fundare: exercitum educere: hostibꝰ occurrere: vxorem ducere: emere/vendere: nouas vestes induere: vindemiare vt vinum in pace bibatur: opus alchimie inchoare: ad studium pueros applicare: locum mutare: iter arripere per terram et aquam: societatem inire: cum cuiusuis status et dignitatis hominibus loqui et negocia tractare: balneum intrare: nuncios mittere: seruos conducere: ad venandum in silua aut fluminibus exire: et his similia que nunc memorie minime occurrunt: sed in libro Hali de iudicijs videri possunt: vbi singulis constellationes suas assignat. Discipulus. Pretermissum est vnum iudicio meo plus ceteris necessarium: si nõ

datur regula eligendi horam ꝛ constellationem fortunatam/sub qua bene et feliciter contingat mori:penas infernales euadere: ꝛ celos sidereos omnes transcendere. Magister. Tu eos irrides qui tanto studio que cōmemorata sunt inuestigant? Discipulus. Et Augustinum Januario scripsisse paulo ante dicebas esse mathematicorum delyramenta cum detestatione irridēda. Magister. Non inficior:sed si recordaris/etiam dictū est ab eodem sancto presule:nō vsquequaq absurde dici potest/ad solas corporū differentias afflatus quosdā valere sidereos. Quid autem magis corporale in actionibus ꝙ agriculturā exercere:ligna dum nōdum supfluo humore abundant in edificia prescindere:sanādis corporibus corpralibus rebus mederi? Alludit istis qđ idem ad Januariū scribens: Non autem dicit/quisꝙ sapiens arbitretur obseruatores temporū reprehendendos: qui dicunt:nō proficiscar hodie/ quia tempestas exorta est ꝛc. vel si qui forte alij naturales effectus circa motū aeris ꝛ humoris/ad variandas temporū qualitates ex siderum ordinatissima conuersione notati sunt:de quibus dictū est cum conderent/ vt sint in signa et tempora/dies ꝛ annos. Discipulus. Plane ita litera sacra habet. Unde autem demōstrabis ꝙ signa alia/alias corporis partes sibi vendicant: planete quoqꝫ (vt paulo ante dictum est) in diuersis signis non eadē mēbra respectāt? Magister. Demonstrēt si possunt quorū hec dogmata sunt: ego vero nihil naturale/nihil philosophicū/nihil deniqꝫ rationi consentaneum ꝛ in his distributionibus ꝛ astrologoꝝ argumētis comperi. Quinimo ꝛ ipsos auctores precipuos in assignatione huiuscemodi/quēadmodū ꝛ ferme in omnibus nō mediocriter digladiari inueni. Nam vt exempli causa vnum cōmemorē:quid pugnatius dici posset/ꝙ testes seu pudēda virgini assignari: vt Alchibicius: aut sagittario: vt Auenozra: aut scorpioni: vt Aboasar? Piget plura alia enumerare. Discipulus. Pigebit ꝛ me in prescriptis operationibus agriculture/medicine ꝛ similibus signa aliqua etiam ascendentia seu orientia/aut planetarū dominia:preter solis ꝛ lune lumina ꝛ afflatus obseruare. Cum aūt luminaribus incrementis humores augeantur/minutiones seu flebothomiā luna plena fieri/videtur forte ratione naturali magis accedere: nisi obstet ꝙ vulnerato membro/abundantia humoris crudi solet dolorem vel tumorē vel causare vel augmētare. Sed hactenus de illis: videamus ꝛ reliqua.

Lib.5.de ciui. dei ca.6.

Augustinus

Genesis.j.b

Alchibicius Auenozra Aboazar

Incisio vene luna plena

Eligere diem ad initiāda coniugia comertia ꝛ his similia impium est ꝛ a fide apostatare probatꝛ auctoritate sancti Augustini ꝛ iuris canonici. Et irridentur curiosi astrologi. Capitulum XIX Magister.

In alijs que in sortem electionum recipiunt astrologi: videlicet ducere vxorem/emere/vendere:cuiuscūqꝫ generis cōmertia facere ꝛc. constellationes aliquas obseruare ratio naturalis non admittit. Et diuus Augustinus libro quinto de ciuitate dei capitulo septimo irridet dicens: O stulticiam singularē:eligitur dies vt ducatur vxor ꝛc. Et sermone lxiij. Omniū inquit corda fidelium non dubitant:nullis mundi partibus/nullisqꝫ temporis

Augustinus

bus prouidentiam abesse diuinam: nec de stellarum potestate que nulla est secularium negociorum pendere profectus: sed equissimo et clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi. Concordat quod idem dicit libro tertio de trinitate capitulo quarto. Et ad Januarium ait: Non itaque dies obseruemus et annos et menses et tempora: ne audiamus ab apostolo: Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Eos enim inculpat qui dicunt: Non proficiscar/ quia posterus dies: aut quia luna sic fertur: vel proficiscar vt prospera cedat: quia ita se habet positio siderum: non agam hoc mense commertium: quia illa stella mihi agit mensem: vel agam: quia suscepit mensem etc. Sacri insuper canones temporum obseruantias pro his effectibus inhibent. vicesimasexta questione. 7. ca. licet. ca. Non obseruetis (inquit Augustinus) dies qui dicunt egyptiaci: aut Kalendas Januarij: aut aliquot menses aut tempora/ aut dies/ aut annos/ aut lune solisque cursum pro domo facienda aut propter coniugia copulanda: qui autem talibus credunt/ ad eorum domum euntes/ aut suis domibus introducunt et interrogant: sciant se fidem christianam et baptismum preuaricasse: et paganum et apostatam hoc est retro abeuntem et dei inimicum/ iram dei grauiter in eternum incurrisse: nisi ecclesiastica penitentia emendatus deo reconcilietur. Hec ibi. Pretermissis illis que ad sequentia deseruiunt: et capitulo sequenti quod sumptum est ex Enchiridion sancti Augustini capitulo. 78. et ex commentarijs eiusdem super epistola ad Galathas/ graue peccatum ostendit obseruare tempora in fine n supra expositum. Quod autem ca. non liceat 26. questione quinta. prohibet obseruare cursum lune et stellarum/ etiam propter segetes vel arbores plantandas: intelligendum existimant de illis qui hec colunt: credentes aliquid diuini numinis inesse talibus. Preter hos diuus Augustinus libro quinto de ciuitate dei capitulo septimo: etiam illos irridet/ qui eligunt dies accomodatos ponendis vitibus vel arboribus vel segetibus: credentes particulatim positiones siderum illis influere: iuxta omnia que de natiuitatibus hominum obseruant. Hoc enim inquit quam falsum sit ex eo patet: quod tam multa grana in terram simul veniunt/ simul germinant et exorta segete/ simul herbescunt/ pubescunt/ flauescunt: et tamen inde spicas ceteris coeuas: atque vt ita dixerim congerminales alias rubigo interimit: alias aues depopulantur: alias homines euellunt. Hoc autem nequaquam fieret/ si eadem constellatio sub qua seminantur/ etiam quantum ad euentus saluationis aut consumptionis influeret: quemadmodum de hominibus iudicant eorum inspectis natiuitatibus. Nec enim initiales constellationes nascentibus hominibus tantum esse signa et causas futurorum credunt: sed etiam plantis brutis et rebus inanimatis: vtputa fundandis castris/ ciuitatibus et domibus et cetera. Discipulus. Si ita sentiunt: dicant quid cause est quod de eodem boue homines/ canes/ aues/ reges et pauperes/ nobiles et populares comedunt. De eodem quoque vino similiter diuersi homines bibunt et de eodem frumento pascuntur etc. Si hec ex initiali sidere habent quod aut a bestijs deuorentur/ aut igne vel aqua intereant aut in regios tamen cibos veniunt: iuxta ea que de natiuitatibus hominum ventura autumant. Magister. Respondebunt proculdubio aliquid: ne victi videantur ab adolescente si hec et similia ipsis obieceris: nos interim que restant percurramus. Discipulus. Probe.

Galatas. 4. b

Augustinus

Canonica inhibitio.

Confutatio vulgaris

De fabrica imaginũ astronomicarũ: et necromãticarũ q̃liter aut ad q̃d valeãt: et q nullã vim a cõstellatiõe habẽt: sz circa eos demon opatur. fiunt aũt sub constellatione: vt impietas idololatrie magis occultetur. Deflentur et astrologi miseri qui nesciunt sui misereri. Capitulum XX Magister.

Astrologorũ vanitates circa imagines

Astrologie vltima pars (iuxta p̃libatã diuisionẽ) de imaginũ astronomicarũ fabrica est: inquantũ sub certis constellationibus sculpũtur aut funduntur/vel ad fugandum nociua/vel alliciendum et promouendum vtilia et concupita: nam in varios vsos ordinant. Alique in quarundam rerum destructionẽ: vt si scorpiones a loco amouere cupiant/figurant scorpionis certe materie sculptura aut fusione imprimunt sub constellatione cõuenienti: et nomen effectũ significãs nomen rei fugande/et nomen signi ascẽdentis et eiusdẽ diuersis partibus imaginis inscribunt: cum quibusdam alijs obseruantijs: quas cũ modo totius operationis silentio libet transire. Pro effectu cõtrario contrariã constellationẽ et operationẽ obseruãdã tradũt. Silr in imaginib9 q̃ ad amorẽ et inimicitiã/et ad sanitatẽ aut infirmitatẽ ĩducẽdas fiunt/aut ad alios effectus consequendos ordinantur. Discí. Aliquãdo ne per huiuscemodi imagines concupiti effectus causant: Magister. Effectus intentos multotiẽs ad taliũ imaginũ multiplicationẽ secutos fuisse/experiẽtia multos edocuit: et heu miserabiliter decepit. Non eñ hi fiunt virtute imaginis a constellationibus recepta: sed operatione demonũ: vt manifeste testatur sanctus Thomas secũda secũde. q 97. arti. 2. in solutione secũdi argumẽti: et in libro de occultis operibus nature. Et contra gentiles lib. 3. ca. 103. et venerabilis antistes Guilhelmus libro de fide et legib9. Auerrois quoq̃ aduersus Algazelem scribens huiuscemodi imagines prorsus inefficaces asserit. Nam artificialia inquantũ huiuscemodi nec celestẽ influxũ recipiunt: nec alicuius opationis naturalis per se causa sunt: sicut patet ex naturalibus et quãtitas de genere actiuorũ nõ est: imago igit ex quacũq̃ materia fabricata/sub quibusuis constellationibus nihil amplius de virtute celesti accipit q̃ massa nõ effigiata ex qua imago fit: nec nomina que inscribuntur virtutem aliquam habẽt: vt in sequẽtibus patebit. Similiter q imagines sepeliunt in medio loci in quo operatio eorum expectat/actioni naturali contrariat: quia actiue et passiua applicata fortius agunt et patiunt. Vanitatem maiorẽ indicant obseruantie cetere que in illis obseruant: vt cum sinistra manu quedam nomina inscribunt: imaginũ quedã supine sepeliunt: alie sursum erectis pedibus capite deflectuntur: que omnia (vti ex doctoribus ante cõmemoratis patet) signa magis sunt occulti pacti initi cum demonibus ab his qui talibus vtuntur/q̃ cause ad effectum naturaliter concurrẽtes. Sicut in imaginibus necromanticis angelorum/aut potius demoniorum inscriptio: et aliorum nominum et characterum ignotorũ. Insuper diuersarũ suffumigationũ/inuocantiũ quoq̃ vsus signa sunt manifesti pacti cum demonibus. In hoc enim differre dicit sctũs

Sctũs Thomas
Guilhelmus
Auerrois
Pacta demonum

Thomas secunda secūde.q.96.arti.2. imagines astronomicas a Necromā ticis. In vtrisqꝫ aūt tempora obseruant et ꝯstellationes certe. Disci. Sed frustra: si imaginibus expectatā virtutem non influunt. Magi. Sed vt ta li fuco demonis consortiū et idolatrie impietas magis occultet: vnde ꝓpter manifestas impietates que in execratione imaginū Necromanticarū fiunt/ propemodum omnes: non solum christiani/sed aliarum factionum prudenti ores abhominant easdem: astrologicas vero cum nec incognita nomina ha beant, suffumigationes nō requirant: sed a solo celestiū influxu efficaciā sor tiri videant: plerisqꝫ etiam christiani amplectunt: et eo infelicius errāt/quan to minus diabolicas versutias nephando operi adesse suspicantur. Dimisit enim eos deus (vt Dauid cecinit) ſm desideria cordis eorū: ibunt in adnenti onibus suis. Dis. Heu quanta impietas sub vmbra astrologie latitat. mise reor secte huic miserrime: que sui nescit misereri. et dum alijs ad salutē et bo na euentura predicere frustra laborat: ipsa elephātino morbo tabescens/can crum quoqꝫ vsqꝫ ad interiora anime sue serpere sinit. Mag. Nō modo ima ginum impietas astrologie vim faciens/sub vmbra eius se occultat: sed om nis pene superstitionis infelix soboles sub alas ipsius cōfugit: dum superua cua tpa impie obseruat. Disci. Obsecro/graueris minime infelicē super stitionis genealogiam nominatim texere: vt completius videam mala qui bus curiosi astrologi participāt. Curiosos illos aio qui ex astroꝝ influxu ef fectus expectant: quos ratio naturalis ex illis prouenire non posse conuincit et scriptura sacra detestatur.

Ps. lxxx.

Miseria astrologie

De triplici superstitionis filia. et qualiter diabolus inuentor illius diuersis temporibꝰ genus humanum per illas decepit. Capitulum XXI Magister

Superstitio

Augustinus

Superstitio

Superstitio triplex

Supstitio vitiū est religioni oppositū per excessum. cuius vt ex di no Aug. li. 2. de doctrīa christiana patet triplex est filia. Idolatria scꝫ/diuinatio/et superuacua obseruātia. ait enim: Superstitiosum est q̄cquid institutū est ab hoībꝰ ad facienda vel colenda idola) ecce idola tria) vel ad ꝯsolationes et pacta quedā significationū cū demonibꝰ placita atqꝫ federata: qualia sunt molimina magicaꝝ artiū (ecce diuinatio) et infra. Ad hoc genus ptinent oēs ligature atqꝫ remedia que medicoꝝ q̄qꝫ disciplina condemnat: siue in p̄cantatiōibꝰ/siue in q̄busdā notis quas characteres vo cant: siue in q̄busdam rebus suspendendis atqꝫ ligandis vel etiā saltandis. ꝯc. 26. q. 2. c. Illud. (ecce vana obseruātia) Diabolus q̄ppe/cuius supbiā ce lum ferre nō potuit: diuini honoris percupidus / et homini qui in locū vnde ipse cū angelis suis apostaticis ceciderat sublimandus erat/inuidens: multi plex supstitionis genus mortales docuit. sicut scriptum est: Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terraꝝ. Primos eq̄dē parentes p diuinationē aggres sus est: dū ipsis scientiā boni et mali esu pomi vetiti ꝓmisit. Pos. lapsum ge neris humani ferme totū orbē idolatria deprauauit. demptis paucis ad ciui tatē dei ptinētibus ciuibus. in statu quippe innocentie ꝓtoplasti iusti/idola trie facile nō ꝯsensissent: sed dolum statim notassent. Post lapsum vero eorū filij peccatis obcecati/hanc mira fallacitate amplexi sunt: et firmissime te

Sap. 2.

Genesis. 3. a.

nuerunt. Sed cū hanc multiplex ꝓphetarū scriptura et euāgelica doctrina tandem a cordibus credentiū hoim eradicauerūt/docuit eos vanas ꝛ supsti ciosas obseruantias: tanꝗ de falsitate minus suspectas. Et istis heu delecta biliter assensi sunt: et ita firmiter tenent: vt quotidianis sacerdotum clamori bus et admonitionibus radicitus extingui in christianis non possint. Ut au tem tibi morem geram: viperinā earundem sobolem breui ac plano sermone explicabo. Primū vero nō de diuinatione que origene videt prior sꝫ de idola tria/que est in vitiositate crudelior exordiar. Dis. Perpulchre.

De Idolatria et triplici secta gentilium. de adoratione creaturaꝝ. et q̄liter christiani ima gines adorāt christi ꝛ sctoꝝ: cū distinctiōe tri plicis adorationis. Capitulū. XXII. Ma.

Idolatria
Idola

Idolatria dicta est quasi latria. i. diuinus cultus idolis exhibitus. Ido la aūt sunt statue et imagines quas tali honore gentilitas venerabat: credens aliq̄d diuinitatis inesse illis: ꝓpter responsa et mirabiles ac vitales operationes quas demon inhabitās siue assistens opabat. sicut fuere statue Hermetis trimegisti. q̄ mercurius dictus est: in quibus credebant arte quadam sub certis ꝯstellationibus aīas demonū vel angeloꝝ includi. De q̄ bus diuus Augustinus li. 8. de ciui. ca. 23. et seq. mentionē facit: easq̄ repro bat. Nec em̄ naturalis philosophus ꝯcederet q̄scūq̄ spiritus artificialia cor pora posse vegetare et substātialiter informare. Anima em̄ vt Aristo. tradi dit/actus est corporis physici. i. naturalis/nō artificialis. q̄ si nō de informa tione/sed inhabitatiōe senserūt quasi spiritus rebus q̄busdam et arte alliga ti statuis assisterent/eque errauerūt. Non em̄ possunt hoies ꝑ quascunq̄ res lapides/herbas/verba aut ꝯstellationes spiritū compellere bonū vel malū. vt vocatus veniat et idolum inhabitet. vt patebit in sequentibus. quoniā cor poralia in incorporea agere naturali ordine non possunt. Fuere preter hos ex gentibus: qui nō statuis et imaginibus latriā exhibebāt quasi dijs/ sed re bus creatis: quas deificatas credebant propter aliquā virtutem aut facinoꝝ magnitudinē: quas statue representabāt. vtputa Ioui/Herculi/ Veneri et re liquis huius generis portentis. Multiplicitatē ac vanitatē oim talium deoꝝ sanctus Augustinus fere per decē primos libros de ciuitate dei eliminat. De q̄bus et psalmista dicit: Omnes dij gentium demonia. et iterū. Simulacra gentiū argentum et aurū/opera manuū hoim: os habent et nō loquunt: ocu los habent et nō videbunt: aures habent et nō audient: manus habent et nō palpabunt: pedes habent et nō ambulabunt: nares habent et non odorabūt: non clamabunt in gutture suo. Responsa aūt et cetera que circa illa fiebant/ demones operabant. Non deerant preterea qui omnes mūdi partes diuino honore dignos existimabant: propter animā mundi per omnes partes eius diffusam: quam deū credebant. Sic a diuersis mundi partibus et proprietati bus deorū nomina multiplicabāt. de quibus diffuse Augustinus tractat in de ciuitate dei lib. 7. Ceteri vt Platonici vnum summū deum confitentes ac ho norātes/intelligentias tamen siue angelos celestium corporū animas ac de mones/quos aerea dicebant esse animalia: et animas hominū ad ordinē de ctorum relatas/a diuino cultu non segregabant. Illorum errores sanct⁹ Au

Augustinus
Aristoteles.
Augustinus
Ps. xlvj.
Psal. 134.
Psal. 113.
Augustinus
Platonici.

gustinus libro octauo de ciuitate dei abunde extirpauit. Nam ꝙ immane sit hoc vitiū/ex hoc maxime perpendi potest/ꝙ deus verus qui per pphetam dicit: Gloriā meam alteri nō dabo: multipliciter id inhibuit. ait eīn: Dominū deum tuū adorabis: et illi soli seruies. et in Exodo sculptilia et alienos deos populo fideli inhibens/ait: Non adorabis ea: neqꝫ coles. Reliquas scripturas in quibus idolatriā deus inhibuit: idolatrasqꝫ ꝙ multipliciter punierit angustia temporis cogit preterire. Disci. Cur igitur christiani imagines Christi et sanctorum non modo faciunt/sed adorant et colunt? Magi. Uenerabiles imagines christiani nō deos appelāt: neqꝫ seruiūt eis vt dijs: neqꝫ spem salutis ponunt in eis: neqꝫ ab eis expectant futurū iudicium: sed ad memoriam et recordatione venerantur eas et adorant. non aūt seruiunt eis cultu diuino/nec alicui creature. vt dicit canon. Uenerabiles. de conse. distin. 3. Fiunt etiam/vt in ipsis ignorantes videant quid sequi debeant: et in ipsis legant qui litteras nesciunt. Nam quod legētibus scriptura/hoc et idiotis prestat pictura cernentibus. dicit canon. Perlatum. de conse: dis. 3. Dis. Quo modo eas adorant si eis cultu diuino vt dictū est non seruiunt? Magi. Adorationum alia simplex est: et Dulia dicit: qua sanctis dei et eorundē reliquijs ac imaginibus honorē impendimus. Alia excellentior est et hiperdulia nominatur. qua virginem Mariā matrem Christi/reliquias et imagines eiusdem veneramur. Tertia est excellentissima que latria appellat: qua solum deum colimus et adoramus. et Christum Jesum cum sit verus deus/eodem cultu colimus. Humanitati vero Christi per se sumpte/solum deberet hiperdulia. Imagines vero Christi et crucem in qualicūqꝫ materia fuerit effigiata eadem adoratione cum Christo veneramur per accidens: quia motus adorationis imaginis (vt dicit Damascenus lib. 3.) ad prototypum/id est imaginatum vsqꝫ refertur. non enim illas ratione materie colimus: sed qꝛ christum representant/eas rememoratiue veneramur. Crucem vero in qua pependit/et cetera gloriose redemptionis nostre arma/que tactu sui corporis et sanguinis sacrauit: ꝑm communiter doctores hiperdulia honoramus. Uideri possunt hic latius libro tertio sententiarum distinctione nona. in textu et doctoribus. Ceteras superstitionis partes simili compendio nunc percurrere frugi erit.

Esaie 43. Mathei. 4. Exodi. 22. Quō christiani imagines sanctorū venerentur. Adoratio triplex. Damascenus ca. 8. Magister sententiarum.

De diuinatione et eius speciebus. Insuper ex quibus causis futura predici possint. Capitulum XXIII Discipulus.

Altera superstitionis filia iuxta prefatā partitionē Diuinatio dicta est. Mag. Hec ipsa est qua futura prenoscere miseri laborāt per ea ꝙ prenosci non pnt. vt fortuita et casualia: ꝙ per se causas nō habent: silr ea ꝙ dependent a potētijs rationalibꝰ: ꝙ se habent ad opposita ꝑm philosophos. vt cenare aut ieiunare et silia. Talia eīn solus Deus nouit antequam fiant: ꝙ vocat ea ꝙ nō sunt tanꝙ ea ꝙ sunt. apud quē nō est transmutatio/ neqꝫ vicissitudinis obūbratio. Qui igit talia sibijpsis quocūqꝫ ingenio vsurpant/diuini dicuntur: quasi deo pleni. vt ait Isidorus libro octauo etymologiarū. diuinitate eīn se plenos simulant: et astutia quadam fraudulenta ho-

Diuinatio. Roma. 4. c. Jaco. 1. c. Isidorus.

minibus futura ꝯiectant. Effectus aũt q̃ ex suis causis ex necessitate ꝓueniunt (nisi specialiter a deo suspendant) certitudinaliter iuxta naturalẽ cursum predici pñt. sicut eclipses solis et lune. et effectus qui ex suis causis vt in pluribus ꝓueniũt/ p̃dici pñt. quadã ꝓbabili ꝯiectura. sicut pluuie et tẽpestates per astrologos et nautas: sanitas aut mors p medicos. nec hoc ad diuinationis impietatẽ ptinet. vt declarat. s. Thomas. secũda secũde. q. 95. art. 1. Similiter ꝓphete p̃dicentes futura ꝯtingẽtia deo reuelãte: nõ diuinant/ sed ꝓphetant: qđ malum nõ est. Diuinatio aũt vt Hieronym⁹ testat sup Micheã. 2. c. Judices. 1. q. 1. semper in malam partẽ sumit: qꝛ in ea semper interuenit operatio demonũ. Querere aũt ꝯsilium vel auxiliũ a diabolo malum magnũ esse declarat. s. Bonauentura lib. 2. dis. 7. q. vltima. Disci. Sobolem itaq̃ quam hec superstitionis filia ex diabolo cõcipit et generat/ enumera queso. Magister. Diuinatio superstitionis filia demoni copulatur aut per inuocationem ipsius expressam/ aut occultã. Dis. Quomodo per expressam? Magister. Nouerunt hoc Necromantici qui execrabilibus suis exorcismis et cõiuratiõibus/ characteribus et figuris/ et diuersis ceremonijs aut verius sacrificijs/ demones certis temporibus ad danda responsa aduocãt: qui et varijs modis cõparent/ aut diuersis formis prestigiosis/ occultorũ sensus prestringentes (et dicitur prestigiũ) aut in somnijs apparentes. et diuinatio dicitur per somnia. Respondẽt etiam per arrepticios et phytonas. et dicitur phytonia. Nonnunq̃ ad quod vocant prenunciant diuersis figuris: quas miseri hoĩes videre solent. vel in polito lapide/ ferro/ chalybe/ speculo aut vngue hominis. et frequenter ad videndum talia eligunt virgines et pueros. ⁊ dicitur generali nomine Geomãcia/ quod est diuinatio: quasi diuinatio in terreno corpore. Si aũt apparitiones he sunt in aqua: dicitur Hydromancia. hydor enim grece/ latine aquã significat. Si apparitiones huiusmodi fiunt in aere: dicit Aeromancia. Si in igne: nominat Pyromãcia: a pyr/ quod ignẽ latine sonat. Si in visceribus animaliũ in aris demonum immolatorũ apparent predicta: dicitur Aruspiciũ. Si autem incantationibus vident mortui suscitari et respondere ad interrogata/ dicitur Necromancia. necros enim mortuus sonat latine. Jn hac pessima superstitione etiam sanguis adhibet: inquit Jsidorus. nam demones amare et diligere sanguinẽ aiunt: nimirũ qꝛ diuinum appetunt honorẽ. Jn lege autem sanguis deo frequenter offerebat. Ab hac specie totũ illud diuinationis genus/ quod expressa inuocatione demonum fit: generali nomine Necromancia dicitur. Jn omnibus his solẽnis processus constellationum obseruantias nõ negligit: q̃uis interdum sine tali fiant.

Thomas. Hieronymus. Bonauẽtura. Prestigium. Somnium. Phythonia. Geomancia. Hydromãcia. Aeromancia. Pyromancia. Aruspicium. Necromãcia. Jsidorus.

De Augurio et sacrilegio et speciebus eorũdem. Capitulum. XXIIII. Magi.

Thomas

Diuinatio aũt que fit absq̃ expressa inuocatione demonũ s̃m sctm̃ Thomam secunda secunde questione nonagesima quinta articulo tertio in duo genera diuiditur. Primũ est: cum ad pronoscendum futura aliquid consideratur in dispositionibus aliquaꝝ aliarũ rerum. Alteꝝ est: quod ꝓcedit ex ꝯsideratione eoꝝ que eueniunt ex q̃busdã que serio fiũt/ ad aliquod occultũ inquirendum. Primũ generali nomine augurĩũ dicitur. Secundum Sortilegium appellatur. vtriusque sunt species seu filie multe.

Dis. Augurij filie que sunt? Mag. Prima est astrologia: que ex dispositione siderũ in hora natiuitatis futuros nati euentus diiudicat. Secunda est augurium specialiter acceptũ: quod ex garritu auiũ et vocibus quorũcunqȝ animaliũ siue per sternutationes hominũ futura pronosticat. Tertia est Auspicium ex motu aut volatu auiũ aut quorũlibet animaliũ / vel saltu membrorũ conijectans per visum hoc quod auguriũ per auditũ. Quarta. Omen dicitur: quod fit dum verba hominũ absqȝ intentione dicta / quis retorquet ad futurũ quod vult pronoscere. Quinta est Chiromancia: ex lineis manuum futura predicens. Chir enim grece latine manus dicitur. Sexta est Spatulmancia ex signis et figuris in spatulis animaliũ consideratis / contingentia augurians. Operosum esset singularũ exempla ⁊ modos describere. Di. Pretermissis talibus / sortilegij filias edissere. Mag. Sors fit aut protrahendo incerti numeri puncta versa facie ad lunam / cũ ceteris obseruantijs: ex quorum punctorum collectione statuuntur quatuor figure: quas matres vocãt: e quibus alias non paucas eliciunt: et nominibus planetarũ / signorũ et domorũ ⁊c. nominant aspectus earundem: et ceteras habitudines quemadmodum in figura celi considerãt. Aiũt enim / dum homo ex desiderio inquirendi futura / puncta signat: iam ex constellatione natiuitatis sue ad hoc peruenit / vt vis celi manũ suam dirigat / quo nec plura nec pauciora puncta faciat quam ad iudiciũ intentum sufficiant. diuinatio hec Geomancia dicitur: differens ab ea quã paulo ante inter Necromancie species cõmemorauimus. Illa enim apparitiões factas in corporibus politis et terreis considerat: hec puncta signata in terra et lapide vel tabula pensat: et propter nimiã propinquitatem ad astrologiam multos decipit: immo nonnullos sacerdotali corona insignitos obcecauit. Fit et sors ex consideratione figurarum que proueniunt / si liquefactum plumbum in aquam funditur: si festuce inequales a sortilegis tolluntur. si charte scripte et vacue fortuitu ex olla leuantur. si in proiectis taxillis puncta cõsiderantur. si in apertione libelli alicuius quod primũ occurrerit pro re dubia attenditur. si attactu ferri candentis / aut duello innocentia alicuius probatur. Ampliorẽ deductionẽ illarum diuinationũ in aliud tempus reseruo. De obseruantiis nunc loquamur.

Astrologia
Augurium
Auspicium
Omen
Chiromãcia.
Spatulmãcia
Sortilegium.
Geomancia
Alie sortilegij species

Q demones rebus aut verbis a necromanticis cogi nequeunt: sed a solo deo: angelis: sanctis et hominibus iustis virtute diuina: sed vocati a Necromanticis veniunt propter tacitum pactum. Cap. XXV. Disci.

Contine paulisper calamum ab exaratione obseruantiarum: donec que dubia videntur circa diuinationẽ et eius prolem paulo latius resoluas. Magister. Triduum totum non sufficiet si omnibus que circa dicta queri possunt respondere tentauero. Discipulus. Non omnia: sed pauciora de his mouebo: tu fac ne copiosior sis in respondendo. Primũ quod animum meum innodauit: si demones necromanticis exorcismis aut ceteris rebus quibus vtuntur coartari possint: vt etiam inuiti compareant? Magister. Huius dubij obscuritas quamquam explanatione multa egeat. sufficere

Necromātici exorcismis demones nō cōartantur.

tñ poterit ad presens responsio negatiua/quā s. Thomas dat in. q. disputatis de po. dei. q. 6: art. 10. Cū enim incorporee substātie sint/corporeis rebus subdunt minime. vt deduci posset ex naturali philosophia. nec (vt diuus Augu. dicit lib. 12. super Geñ. ad literam) corpora in spiritus agūt. Et de demone ad Job dñs dixit: Non est potestas super terrā que ei compareť: qui factus est vt nullum timeat. Disci. Vocati igiť sponte sua veniunt? Magi. Nō oportet: nam etsi terrena potestas aẞari illis nequeat/ virtute tñ diuina coguntˀ. vt ait sanctus Thomas vbi supra: qñq3 quidem ab ipso deo/ qñq3 vero a sanctis et angelis et hoībus virtute diuina. Et Aug. lib. 5. de trini. c. 4. ait: Spiritus vite rationalis desertor atq3 peccator/ per spiritū vite rationalem piū et iustum regitur. Pij aūt et iusti sunt sancti et angeli et homines. Scriptū est aūt: q2 voluntatē timentiū se faciet deus. Coguntˀ deniq3 demones inferiores per superiores. ait sanctus Thomas. et hoc arte magica. Di. Quō autē superiores inducunťˀ aut coguntˀ vt inferioribus precipiant/ aut ipsi compareant: cū res necromantice in ipsos actionē et virtutem non habeant? Mag. Meminisse oportet: q2 in diuinatione pactū interuenit inter diuinos et ipsos demones: manifestum/ aut occultum. vt premissum est. Vñ et necromātici libros sue sacrilege artis demonibus ꝯsecrandos tradunt: maxime aūt principibus: quorum noīa etiam frequenter ponūt. Hoc aūt quid aliud est q̄ manifestum inire pactū cum demonibus: vt approbatis exorcismis/ characteribus et alijs/ quoties inuocanť per huiusmodi initi pacti signa recognoscant et mittant aut veniant. Vnde vt vim illis inesse maiorē ostendāt fingunt se nonnunq̄ inuitissime aduentare. Disci. Cur itaq3 nō semper vocati veniunt? Mag. Aut quia a deo non permittunť. Illi enim (vt Aug. dicit lib. 2. de ciui. dei. c. 22) non oīa que volunt facere pñt: nisi quantū illius ordinatione sinunť/ cuius plene iudicia nemo cōprehendit: nemo reprehēdit iuste. Ad idem loquiť de trini. li. 3. c. 7. et. 9. et libro octogintatriū questionum questione septuagesimanona. Vel magis attentū in ceremonijs reddant incantantē: quasi in aliquo defecerit. Vel etiā vt miseris turpiter illudant. Est enim diabolus mendax et pater eius. Nec minus periculum est si occultū demonis pactum interueniat. sicut in illis qui talibus vtunť: transcribunt/ aut quopiam alio tradente discunt. Immiscet se nihilominus demō astutus alijs rebus et curiosis obseruantijs: super quibus nulli vnq̄ pepigit. de quibus mox tractabimus.

Thomas — Job. xlj. — Thomas — Augustinus — Ps. cxliiij. — In diuinando pactū interuenit manifestū. — Augustinus — Job. viij. f.

Res corporales quibˀ necromātici vtuntur q̄uis demones nō cogant: alliciunt tñ vt signa federate societatis. Redditur etiā causa cur sub certis constellatiōibus. nocturnis horis. locis horribilibus. pueris. virginibˀ magis ille apparitiones fiūt. Ca. XXVI. Di.

Quō demōes alliciant rebˀ corporalibus. Augustinus

Res itaq3 quibus necromantici vtunť/ nulla vi cogunt demones: sed magis vt signa federis aliciunt. Magi. Ita diuus pater Aug. li. 21. de ciui. c. 6. sensit dicens: Alliciuntur aūt demones ad inhabitandum per creaturas/ quas nō ipsi sed deus condidit: delectabilius pro sua di

uerstate diuersis: nō vt animalia cibis / sed vt spiritus signis: que cuiuscunq̃ delectationi congruunt: p varia genera lapidum / herbarū / lignoꝝ / animaliū carminū et rituū. Dis. Sed quis nouit quibus delectent̃? Magi. Audi Augustinū in eodem loco. Ut aūt alliciantur (ait) ab hominib⁹ / prius eos ipsi astutissima calliditate seducūt: vel ĩspirādo eoꝝ cordib⁹ virus occultū vel etiā fallacibus amicitijs apparendo: eorūq̃ paucos discipulos suos faciunt / plurimorūq̃ doctores. Neq̃ enim potuit nisi primū ipsis docētib⁹ disci quid quisq̃ illorū appetat: quid exhorreat: quo inuitet̃ numine vel cogatur. vñ magice artes earūq̃ artifices extiterunt. Addere potes quā sanct⁹ Thomas ponit rationē: q2 per hmōi res corporales sciūt facilius posse complere effectū ad quem inuocant̃: et hoc ipsi appetunt: vt scʒ eorū virtus admirabilis habeat̃: et ꝑpter hoc sub certa constellatione aduocati magis aduenīūt. Dis. Uirgines aūt et innocentes pueros / cur magis ad visiones eligunt? Mag. Ut ex hoc in sue diuinitatis opinionē homines adducant / quasi mundiciam ament: ait. s. Thomas. Accedit q̃ prestigia et fascinationes illusionesq̃ propter organoꝝ ac spirituum teneritudinē facili⁹ fieri possunt: timēt magis: et a iudicio rectitudinis citius abstrahunt̃. Unde ad alienationes huiusmodi inducendas nocturno tpe / in biuijs / specubus subterraneis: et similibus / et tpibus et locis magis cōparent: in quibus horror et aura corrūpēs ac spiritus pestilens sensus immutant crebrius. Quibus autem modis sensus ludificari possint / Auicenna sexto naturaliū abunde prosequitur. Generales autem modi duo sunt. Aut enim operantur spiritus nequam aliquid extra nos. aut in nobis. quod diuus Augustin⁹ libro. 4. de trini. c. 11. clare insinuat dicens. Facile est spiritib⁹ nequissimis per aera corpora facere multa / que mirentur anime terrenis corporibus aggrauate: etiam melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nōnullis artibus et exercitationib⁹ modificata in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent: vt hi qui nunq̃ viderunt talia / narrata vix credant: quid magnū est diabolo et angelis eius de corporeis elementis per aera corpora facere que caro miretur? Aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus phantasmata imaginum machinari: quibus dormientes vigilantesq̃ decipiat / vel furentes exagitet. In libro quoq̃ de ciuitate. libro. 18. c. 18: quod narratur de conuersione sociorum Diomedis in aues: qui videntur in insula Diomedea non longe a monte Sargano qui est in Apulia. Item de socijs Ulixis quos Circes maga famosissima in bestias mutasse Uarro commemorat. Et de Arcadibus: qui tranato stagno quodam in lupos verti perhibentur: et in decennio si interim humana carne non vescuntur / in homines redire. Has similesq̃ transformationes / quas ibidem recitat Augustinus: super ficietenus factas ait: vt videantur esse res quod non sunt phantasia hominis immutata: sicut et in somnijs fieri solet. Assumit hoc dictum canon vicesima sexta questione quinta nec mirum. Et simile fieri sceleratis mulieribus retro post sathanam conuersis: qui se nocturnis horis super bestias cū alijs equitare et conuenire credunt. dicit. c. episcopi. eadem questione Qualiter autem permissione diuina: non propria virtute / sed ex elementis in quib⁹ rationes seminales sunt / demones veras res efficere possint: nec tamen inde creatores dicunt̃: forte in sequentibus dum de causis naturaliū entiū tractandum erit aperiemus. interim que restant breuius percurramus.

Idem

1. pte. q. xv. arti. v. scrip. ij. dist. vij. q. iij. arti. 1. de po. dei. q. vj. arti. vj.

Deligunt̃ pueri ad visiones nocturno tpe locis rectis

Auicenna

Augustinus

Illusiones phantastice demonum

Uarro

Phytonissarum phantastica illusio.

Soluuntur que obijci possunt contra dicta. Et specialiter verbis virtutem nullam inesse probatur. Capitulum XXVII

Discipulus.

Non possum que adhuc restant dubia et dictis videntur ꝯtraria non mouere. Lege nuperrime Angelū Raphaelem Tobiā iuniorem instruxisse/ qualiter fumus cordis cuiusdā piscis supra carbones positi extricaret omne genus demonioꝝ siue a viro/ siue a muliere: ita vt vltra nō accedat ad eos. qđ Tobias experimēto veꝝ didicit. Ma. Non sumus ille: sed per Tobie meritū/ qđ significabat fum⁹ cordis/ demoniū extricauit angelus. vñ ibidē scribitur: Tunc Raphael angelus apphendit demoniū et religauit illud in deserto supioris egypti. Ad idē facit qđ dñs in euāgelio dixit: Hoc genus demonij nō eijcitur nisi in ieiunio et oratione. Dis. Ieiuniū et orationis verba in demones coactionis opationē habent? Mag. Minime. Sed illis actibus merentur viri sancti exaudiri/ vt deus ipse demones eijciat. Di. Quid de exorcismis q̄s Salomon ad demones includendos vel expellēdos ꝯfecisse legitur? Mag. Respondet sanctus Thomas vbi supra: Si Salomon exorcismos fecit qñ erat in statu salutis: potuit esse in illis vis cogendi demones ex virtute diuina. Si aūt tpe illo q̄ idola adorauit: vt intelligatur illos p artē magicā fecisse: nō fuit in illis vis/ nisi modo dicto: scꝫ per modum signorum allicientiū ꝛc. Dis. Ita pari ratione nulla inest virtus exorcismis quibus sacerdotes ramos palmarū/ cineres cereos/ aquā/ sal/ vinū ꝛc. et infantes baptisandos exorcisant? Mag. Nulla. Sed ad ꝓlationē talium exorcismorum nō dubitamus diuinā virtutem que poscuntur efficere. Disci. Fortasse ex inito cū ecclesia pacto? Mag. Quidni? sed illud per scripturas deducere theologie reseruemus. Dis. Saltim verbis ꝯsecrationis in canone misse virtutē transsubstantiandi panē in corpus Christi: et vinū in sanguinē dicere haud effugies. Mag. Non vim verboꝝ/ sed diuinā virtutem ad prolationē efficere quod intendit minister ecclesie/ circa debitā materiam in sacramentis concedit Scotus super Magistrū lib. 4. vbi ad ea que contraria videntur/ respondetur. Sed ne verba exorcismorū hesitationis venenū in corde tuo nutriant: attende si vel vnde virtus ipsis possit inesse. Non ratione materie/ que aer est vel attramentū: aut queuis alia substātia. sic enim omnis materia eius generis virtutē haberet similem. Nec ratione forme accidentalis/ que est diuersa characterū ꝯfiguratio in scribendo et ꝓferendo. Formis enī accidentalibus nullam inesse actionē de per se/ philosophia docet: et conuincit ratio naturalis. Nec ratione significati: quod est forma magis principalis verbi. alias concedere habes contra sensum. hoc nomen ignis hanc chartam incendere: hoc nomen mors contra te ꝓlatū mox te interficere. hoc nomen deus omne cadauer suscitare/ vel aliud secretius: quod tetregrāmaton dicunt: ab elemētis quatuor quibus apud hebreos nō dico scribitur/ sed notatur: nam ipsum innominabile perhibent. Dis. Sed fortasse ex impositione habent vim aliquā. Mag. Ab hoīe ne/ an a deo? Dis. Ab homine ne dixerim: qui nec ipse pōt quod per exorcismos fit. Magister. A deo igitur necesse est vt virtus sit: si que adesse putatur. Doceant igitur vbi dominus per se

Tobie. 8. a.

Mar. 9. d.

De exorcismo Salomonis

Exorcismus sacerdotalis

Scotus

vel discipulos suos tam execrabiles exorcismos/ ignotorum & demoniorum nominum instituerit: cum in contrarium scriptura clamitet. Discipulus. Nonne in euangelio dixit; In nomine meo eijcient demonia/ & cetera ad idē sonantia? Magister. Ad inuocationem nominis domini in fide & charitate vera/deus spopondit se virtute diuina impleturū quod petitur. Sic sanctos patres adiurasse demones non inuocatos/sed occurrentes historie tradunt. Aliter autem vsi nomine iesu exorciste quidam: vt in actibus apostolorum legitur: non demonem expulerunt/sed ab ipso grauiter verberati sunt. Exorcismi autem maleficiorum et si dei nomina contineant: alia tamen multa habent que diuinam virtutem non aduocant/sed magis abigunt: & tanto grauius peccant quanto nomen dei contra preceptum decalogi inuanum & ad demonis cultum assumunt. Mar. xvj. d Actuū. xix.

Q) vti non liceat diuinationibus: cum responsione ad quedam que videntur dictis esse contraria. Insuper q̄ verbis et exorcismis nulla inesse possit cogendi demones potestas seu virtus. Capitulū XXVIII Disci.

Aliud quod insideat menti mee dubium ex iam dictis resolutum cerno: hesitabam quippe antea si diuinatione vti liceret. Magister. Minime. Nam lege diuina/imperiali et canonica grauissimis penis est interdicta. Lex diuina dicit Exodi. 22. Maleficos non patiaris viuere: & Leuitici 20. Vir siue mulier in quibus phythonicus vel diuinationis fuerit spiritus: morte moriatur: lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos: & ibidem ait dominus: Animā que declinauerit ad magos & hariolos/ interficiendam esse de medio populi sui. Lex imperialis capite plecti iubet aut cremari. C. de male. & mathe. l. nullus. l. nemo. et l. culpa &c. Lex vero canonica sub q̄b⁹ qualibusue penis dicta phibeat & ꝯtraueniētes puniat/patet vicesima sexta questione quinta per totū. Tales etiam vt ait Augustinus si se non correxerint: ad eternam perditionem tendūt. vicesima sexta questione secunda ca. qui sine. Et idem sanctus antistes libro septimo de ciuitate dei capitulo vicesimoquinto. tales artes ante aduentum christi in ciuitatibus gentium seuerissima pena & legibus prohibitas & vindicatas testatur. Singularia scripturarum testimonia contra singulas supra memoratas diuinationis si''as adducere non tam operosum q̄ superuacaneum esset in huius epitomatis angustia. Discipulus. Miror si tanta districtione animaduerti iubētur qui dictis diuinationibus operam dant: cur nōnullos sanctos talibus vsos fuisse scriptura cōmemorans/minime reprehendit. Joseph patriarcha per somniorum interpretationem ad principatum egypti peruenit. Daniel propheta constituitur princeps super omnes prouincias regni babylonici. Rursus sanctus Joseph gubernator egypti fratribus suis dixit: An ignoratis q̄ non sit similis mei in augurandi scientia? Quinimo per auspicia et auguria bone fidei homines/futuram vel tempestatem/vel serenitatem predicere nouerūt. Proinde seruus abrae verba rebecce accepit pro omine: ex illis arguēs

Inhibet diuinatio lege diuina. Exodus Leuiticus Imperiali Canon extra de sortilegijs per totum Augustinus Danielis. ij. Gen. xliiij. Gen. xxiiij.

dominū misericordiam fecisse cum Abraam. Sortes insuper omnino iniuste
Actuū.1. interdicte videntur: cum his beatus apostolorum chorus Mathiam elegerit.
De adiutoribus demonū quibus sancti vsi leguntur/supra mihi satis factū me
mini. Sed ad hec si que habes responde: nam tantos viros male egisse in hu
iuscemodi diuinationibus sentire nequeo: scripturis prohibentibus illa/cō
tradicere non audeo. Magister. Probe: iusta enim et rationabilis est diuina
Somniorū causa duplex tionū inhibitio: et pie excusabilis sanctorum in his operatio. Ad primū qđ de som
nijs opposuisti: dicēdū quod sōniorum causa est vel intrinseca vel extrīseca. Intrin
seca: vt pspecies a sensibilibus receptas: aut cōplexione hoīs causatas. Extrin
seca vera somniorum causa est vel corporalis: vt influxus incorporeus sensus:
vel spiritualis: vt deus per se/vel per bonos angelos: aut diabolus per phanta
sticas et fallaces illusiones. Per hec vltima somnia diuinare/species est sup
stitionis prohibita: non per alia: de quibus latius differendum erit eo loco
quo de potentijs anime interioribus tractabimus. Discipulus. Somnia autē
regis egypti et babylonis a qua causa fuere? Magister. Ab extrinseca spi
rituali/deo scilicet vel bonis angelis. Similiter et interpretatio eorundem fa
Augustinus cta per Joseph et Danielem. Ad alterum respondet sanctus Augustinus hec
verba Joseph dixisse vel iocose: vel secundum vulgi opinionem vicesimasexta que
stione secunda. Quod ait: Ad tertium: concedendum non ambigo quedam
animalia in aere/terra et aquis celesti moueri influentia: et elementorum mu
Hieremie.8. tationem presentire: vocibusque et motu indicare. Unde et in Hieremia prophe
ta legitur: Miluus in celo cognouit tempus suum: turtur et hyrundo et ciconia
custodierunt tempus aduentus sui. Diuinare autem ex motu et voce anima
liū/fortunā aut diffortuniū: effectus etiā qui a libero arbitrio pendent/et a cele
stibus non causantur/eque prohibetur: sicut talia per astrologiam practica
re. Ad quartum: lege que seruus abrae egit ante et post rebecce responsionē: et
inuenies omen non interuenisse. Discipulus. De sortibus autem quid dicen
Sors est triplex. dum est? Magister. Sors vt habet sanctus Thomas libro de sortibus. et se
cunda secunde. q. 95. articulo. 8. triplex est. Diuisoria/qua inquiritur ad quē
Prouerbiorum. pertineat res diuidenda. de hac Prouerbiorum. 18. Contradictiones cōprimit
Actuū.1. sors. vel dignitas: de qua Actuum. 1. in electione Matthie dicitur: et cecidit
Josue.7. super Matthiam: vel pena. hac deprehenditur Acham qui de anathemate
Jone.1. aliquid surripuerat. Josue. 7. et Jonas a facie domini fugiens sorte depre
hensus est et missus in mare. Jone. 1. Alia est sors consultoria: qua inquiritur
Hester.3. quid agere oporteat aut quando: sic fuit sors missa in vrnam: vt sciretur qua
Ezechiel.21. die et mense occideretur gens iudeorum. Hester. 3. Tertia est diuinatoria qua
inuestigatur quid futurum sit. Hac vsus est rex babylonis stans in biuio etc.
Ezechielis. 21. In omni vero sorte expectatur euentus vel a celesti influxu
vel a fortuna: vel a deo aut a demone. Cum autē celum nullam operationem
habeat in ea que sorte inquirūtur/vanum et superstitiosum est vti sortibus ea
intentione: quia sic non carent demonū ingestione: multo minus cum expecta
tur euentus a demone. Si autem expectatur euentus a fortuna/vt cōmuniter
in sorte diuisoria super re diuidenda cum non potest concorditer diuidi: non vi
detur habere (vt ait sanctus Thomas) nisi forte vitium sanitatis. Si autem
Sanctus Thomas. in sorte diuisoria aut consultoria expectatur euentus a deo: iuxta illud Pro
uerbiorum decimosexto. Sortes mittuntur in sinum/sed a domino temperan
Prouer.16. tur: locum habet quod Augustinus dicit super psalterio. Sors nō est aliquid

mali: sed in re dubia diuinam indicans voluntatem vicesimasexta questione prima. Sors. Tali sorte vsi fuerunt patres sancti de quibus supra. Sed in his quoque quadrifarie vitium potest accidere (ait sanctus Thomas) Primo si absque vlla necessitate fiant: videtur enim illud ad dei tentationē pertinere. Secundo si fiant in necessitate: sed absque condigna dei reuerentia et premissa oratione. Tertio si diuina oracula in sortibus expectata/ ad terrena negocia et ad vite huius vanitates conuertamur. Quarto si in electionibus ecclesiasticis que fieri debent inspiratione spiritussancti / aliqui sortibus vtantur. Discipulus. Nunquid tali sorte vsi sunt apostoli in electione Mathie? Magister. Etiam: sed vt Beda dicit super hunc scripture locum/ nondum erat plenitudo spiritussancti in ecclesia effusa. Unde post spiritussancti missionem septem diacones non sorte/ sed electione constituerunt. Sors diuinatoria semper est suspecta et mala. Ex his sanctarum scripturarum/ doctorum catholicorum et canonum diuersas sententias facile est concordare: quod alijs relinquamus. Discipulus. Probe. nam extra limites epitomatis me de illis inquisiuisse fateor. De duello tamen et iudicio ferri candentis: que inter sacrilegia nominata sunt: et ad que nonnulli militaris ordinis ac vetule quedam sepius se offerunt: quid dicendum? Magister. Illicita sunt: patet de primo secunda questione quinta capitulo Monomachiam: et de secundo capitulo finali de pur. vul. 26. q. 2. | Sortium licitarum vitium quadruplex. | Beda

De tertia specie superstitionis que est vana obseruantia. Et specialiter de arte Notoria quod illicita sit et vana. Capitulum vltimum. Discipulus.

Restat tertia superstitionis filia nunc describenda. Magister. Hec est vana obseruantia: vel ad scientiam acquirendam: vt in arte notoria: vel ad immutanda corpora per extranea remedia: vel ad precognoscendum futura fortunia aut disfortunia: vel ad preseruandum a malis per suspensa ad collum aut qualitercunque portata diuina verba. Discipulus Quid per artem notoriam intelligis? Magister. Uanam quandam superstitionem: que habet quasdam pro qualibet scientia figuras characteribus et nominibus ignotis insignitas: ac etiam certas orationes nomina multa ignota continentes: quas dum continenter ieiunijs viuens et se macerans cum certis cerimonijs dixerit/ et figuras summa intentione aspexerit: scientiam desyderatam sine labore alio vel studio acquirere dicitur. Discipulus. Si illicita non est hec ars eam mihi tradas queso: vt preterite reliquas philosophie scientias addiscam. Quid laboramus superuacue/ ego discendo et tu docendo: si breui tempore omnes disciplinas arte notoria acquirere possunt? Magister. Illicitam esse hanc artem et inefficacem sanctus Thomas secunda secunde. q. 96. arti. 1. concludit: quia vtitur his que scientiam causare nequeunt: etiam demon per eam inuocatus nec intellectu illuminare/ nec scientiam infundere potest: quamuis possit nonnulla scientiarum documenta tradere. Accedit quod non inueniuntur qui ex arte ista in scientijs pre ceteris fuerint illuminati: sed potius infatuati. Uenit ad me dum studio insisterem in vniuersitate Friburgensi Magister quidam Pariensiensis cum arte

Obseruantia notoria | Ars notoria | Exemplum | Nota

ista: ostendebatque figuras/orationes et cetera huius generis portenta: persua
debat denique vt hac via quas non haberem scientias acquirerem. Abhorrui
figuras/characteres et ignota nomina: et nullam illis inesse efficaciam de-
monstrabam. Ipsi autem dum in falsa credulitate remaneret obieci: quare
non ipse scientias plurimas quas non habuit tali arte acquisiuisset. Confu-
sus ille/ad excusandas excusationes in peccatis confugit. Nec valet quod
Danielis. j. adducunt de Daniele et socijs suis abstinentibus a cibis regijs quibus deus
pre ceteris scientiam dedit: non enim abstinebant per vanam obseruantiam
artis notorie: sed ne contaminarentur cibis gentilium contra prohibitionem
legis diuine: ideo merito obedientie a deo pre ceteris sunt scientijs prediti. Et
2. Reg. 3. b Salomon petens scientiam gubernandi populum meruit eam accipere/non
1. Cor. 12. a demone sed spiritu sancto: qui diuidit singulis prout vult. 1. ad Corinth. 12
Augustinus Ceteras vane obseruantie partes diuus Augustinus eliminauit sufficienter
libro secundo de doctrina christiana: cuius nonnulla verba a principio addu-
cta sunt: Obseruantias autem temporum plurimas esse superstitiosas et va-
nas/manifestum est ex his que supra de electionibus disserta sunt. Incantationes
vero/et carminationes et obseruantias aniles pene innumeras cribrare/non
est presentis negocij. In predictis etiam quod sufficienter probatum non est
aut determinatione ecclesie/vel sacre scripture contrariatur: pro non dicto
habere volo. Discipulus. Ego vero ab omnibus illis etiam que excusatio-
nis quandam vmbram habent/sed suspecta videntur sedulo abstinebo.
1. Tessal. 5. d Magister. Prudenter: nam hoc Apostolus admonuit dicens: Ab omni spe-
cie mala abstinete vos. Vale et crebra repetitione que de septem artibus libe
ralibus tradidi rudimenta/memorie commenda: in his intellectum et ingenium
exerceto: vt ceteras philosophie partes celerius apprehendas et sanius in-
telligas.

Finis septem artium liberalium.



Liber VIII de principijs rerum naturalium. De laudibus philosophie naturalis ꝛ ordine tradendi eandē. Capitulū I Disci.

Continuatio ꝓcedentiū.

Aliquot iam lucubrationibus que tradidisti artiū rudimēta indefesso labore apud me reuolui: ꝛ in quem finem ipsarum tenderet cognitio anxius perquirēs/tandem in eam quā toti operi ꝓmisisti philosophie partitionē diligētius oculos conieci. Et ꝓter has triuiales ꝛ quadruuiales disciplinas/partē philosophie que de totius singularūq́ꝫ partiū mundi naturis ꝛ origine differit conspiciēs: memini q̄d dudū a te audiuerā: artes liberales nō ꝓpter se/ sed vt ad mintimalatiuas in hāc que de naturis rerū ceterasq́ꝫ phie altiores disciplinas addiscēdas esse. Harū itaq́ꝫ principia iamiā in mediū ferri ꝓmissoꝝ ordo expostulat. Primū autē de naturis rerū: posteri⁹ vero de moralibus ꝛ theologicis tractandū censeo: ꝛ id quātotius succincto familiariq́ꝫ sermone fieri vehementer exopto. Magister. Partē phie que rerū naturaliū principia ptractat a nullo vnq̄ docto viro neglectā: verūetiā ab indis/arabibus/egyptijs grecis ꝛ latinis diuersarūq́ꝫ religionū ꝓfessorib⁹ sūmis laborib⁹ conq̄sitā manifestū est: a paucis vo (aut vt veri⁹ loq̄r) a nullis ꝭm ꝑcisionē inuētā facile crediderim. Totius equidē vniuersitatis entiū singuloꝝq́ꝫ naturas/principia ꝛ causas inuenisse quis se iactabit? Qm̄ vero nec tu hanc ꝑcisionē/ sed breuem apertūq́ꝫ sermonē expostulas: tuū percupidū sciendi animū si nō cibo solido/ lacte tn̄ vt tantille etati congruit pascā: ꝛ de thesauris philosophoꝝ que visa fuerint magis necessaria in mediū proferā. Disci. Et ego quia difficillima sunt hec cognitu/aures diligētissimas accōmodabo: vt ne verbū quidē dicas q̄d nō alta mente recondam. Magister. Nec te diligentius auscultasse aliq̄n penitebit: nam cognitis principijs rerū: nō obstabit quo minus res ipsas suo modo cognoscas. Tunc enī (inquit Aristo. j. physicoꝝ) arbitramur vnūq̄dq́ꝫ scire/cum causas eius cognoscimus primas: ꝛ principia prima vsq́ꝫ ad elimēta. Plerūq́ꝫ tn̄ ꝑ effectus ad causarū noticiā deuenimus. Innata equidem ēst via nobis ꝓcedēdi a nobis notiorib⁹ (q̄ sunt effectus) ad notiora nature (que sunt cause ꝛ principia.) Hunc igit̄ ordinē alternatim cōmutabimus: ꝛ nūc per principia causas ꝛ effectus/nunc autē per effectus sensibiles principia ꝛ causas manifestare contēdemus: ab vniuersalioribus ad particularia descendētes. Nam ꝛ illa quoq́ꝫ nobis prius innotescunt. q̄d in pueris liquet: qui primū omnes viros patres/ꝛ mulieres matres appellāt: postea vo vnūquodq́ꝫ specialius determinātes/hunc patrē ꝛ hanc matrē dicūt. Discipulus. Pretermissis itaq́ꝫ longioribus ambagib⁹/ hac via rem ipsam aggredere.

Aristoteles

De Opinionibus philosophorū circa rerū prima principia. Capi. II Magister.

Opiniones de mundo.

Hunc quem inhabitamus visibilē mundū/quidā philosophoꝝ semp fuisse ꝛ fore astruunt: vt sunt peripatetici. quoꝝ princeps Aristoteles fuisse legitur. Quidam ipsum non semper fuisse/ sed gentium et nunq̄ desinere affirmant: vt Academici: quibus Plato ꝑest. Sequentium

autem multi ipm̄ ꝛ incepisse ꝛ interiturū scripserūt. vt Stoici Trimegistus ꝛ Sibylle. Rursus quidā vnū tm̄/vt Pythagoras: quidā innumerabiles mūdos ꝛ gigni ꝛ dissolui ꝑdicabant: vt Democritus ꝛ Anaximāder. Nec solum de mundi duratione ꝛ vnitate: verūetiam de ipsius ꝛ singularum rerum in eo contentarū principijs diuersa sensere. Nam vt refert Augustinus. 8. libro de ciui. dei ca. ꝛ. Thales Milesius vnus illorū septem qui sapientes appellati sunt: aquā putauit rerum esse principium: ꝛ hinc omnia elemēta mūdi/ipm̄qꝫ mundū ꝛ que in eo gignunt̄ existere. Anaximander eius auditor singularum rerum principia credidit infinita. Anaximenes xo quē discipulū reliquit: omniū rerum causas infinito aeri dedit. Cui succedens Anaxagoras dixit ex infinita materia/que constaret dissimilibus inter se particulis/rerum omniū genera pro modulis ꝛ speciebus proprijs singula fieri. Diogenes quoqꝫ alter Anaximenis auditor: aerem/diuine tn̄ rationis compotē/rerū esse materiam opinatus est. Archilaus qui Anaxagore successit/in materia rerum a magistro suo non discessit. Archilaum Socrates audiuit. Hic primus vniuersam philosophiā ad corrigendos/componēdosqꝫ mores inflexisse memorat̄. Sed discipulū reliquit platonē: qui omniū materiā speciem inuisibilem: sinum informem/potentiā/naturam/matrē mundi/nutricem formarū/subiectū/receptaculū/infinitudinē/siluam/hylen ꝛ origine n noiabat. Huic succedens Aristoteles: qui nō modo memoratos/sed etiam Pythagorā: materiam numeris maxime autem dualitati assimilantē: ꝛ Empedoclē qui omnia ex quatuor elementis: Zenonē stoicum: qui ignis substantiā ꝑ aera in aquā conuersam: ꝛ in eo quēadmodū semē in fetu contentā/a qua cetera post hac gignerent̄ asserebat: similiter ꝛ Epicureos singula ex athomis asseuerātes/refellit: sed forte (vt multis visum est) non tam scite ꝙ arroganter: non in re ipsa/sed verborū cortice quosdā ex iam dictis philosophis carpit. Heraclytus autem materiale principiū/qđ Thales aquā dixit/mare nominauit. Disci. Num autē qui in materiali principio discutiūt in effectiuo cōcordant? Magister. Fortasse re ipsa/ꝛ si nō nomine: nam Thales mundū dei facturā ꝛ deum antiquissimū dicebat. Hunc Stoici verbum/mentē siue iouem nomināt. Pythagoras monadē. Anaxagoras diuinū animū. Diogenes diuinā rationē. Archilaus mentē. Plato conditoriū intellectū ꝛ patrē deum. Alij primā causam: aliqui primā intelligentiā. Aristoteles autem principē: primū motorē ꝛ gubernatorem omniū appellat: sed nusꝙ ab eo mundū factū concedit: qm̄ eū primo motori coeternum credidit: Preter hos autem fuere alij ꝙplures: quo positiōes tanꝙ obscuriores silentio trāsimus. Disci. Sed qui nā illoꝝ veritati magis appropinquauerūt? Magi. Id facile videbimus si prius Mosen ꝓphetam theologū simul ꝛ philosophū de hac re audierim⁹. Disci. Quid hic ait?

Opiniones de materia

Augustinus

Socrates

Plato

Aristoteles

Opiniones de ꝓncipio effectiuo

Positio Mosi de rerum principijs ꝛ origine. Capitulum. III Magister.

Moses eruditus in omni sapientia egyptiorum: vt ait Ambrosius: nō tamē in ꝑsuasione humane sapientie: nec in philosophie simulatorijs disputationibus/sed in ostensione spiritus et veritatis tanꝙ testis diuini operis ausus est dicere: In principio creauit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua: et tenebre erant super

Moses ꝑhus ꝛ theologus.

Ambro. li. j. hexa. c. ij.

Genesis. i.

faciem abyssi: et spiritus dei ferebatur super aquas. Quid hac assertione verius quã spũs veritatis edocuit? In principio inquit deus omniũ conditor
Ps.148. creauit.i.de/vel post nihil in esse pducere iussit (nam dixit et facta sunt) celũ scz empyreũ qđ mox creatũ/angelis est repletũ: et terrã/hoc est materiã omniũ. Sed qualis hec fuerit ostendit dicẽs: Terra aũt erat inanis et vacua: vel vt alia habet trãslatio: inuisibilis et incõposita. Nõ erat eñ hec pma omniũ materies/formis saltẽ completis et specificis distincta: sed confusa et talibus priuata. Unde subdit: et tenebre.i.formaꝝ priuationes erãt sup faciẽ abyssi: hoc
Hieronymus. est materie confuse. Nam vt testat sanctus Hieronymus sup epistolã ad Hebreos: informẽ et piacentẽ materiã/quã greci hylen chaosqꝫ vocauerũt. Moses abyssum dicit. Sup faciẽ aũt dixit/et nõ in abysso: priuatio equidẽ nõ est de materie substantia vel eidem intima: cũ sit nihil. Materia vero illa et si pe nihil: nõ tamen/vt Aug⁹ ait libro confe.xij. omnino nihil erat: ideo et de
Augustinus ea dictũ est: deus creauit terrã. De priuationib⁹ aũt quas p tenebras intelligimus: nõ dicit create sunt/sed erãt. Sequit: et spũs dñi ferebat sup aquas. qđ supra terrã inanẽ et vacuã/similiter et abyssum dixit: hic aquã appellat. Insuper et in eodẽ verboꝝ contextu Moses totius vniuersi vnitrinũ effectiuũ pncipiũ insinuat. Patrem/cum ait: deus. Filiũ/cũ dicit in principio (christus eñ
Joh.8.d in euangelio se principiũ nominauit dicens: Ego sum principiũ qui et loquor vobis) Spiritũ sanctũ: cũ subiũgit: et spũs dñi ferebat sup aquas. Idem etiã
Ps.32. regius ppheta his verbis enũciat: Uerbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. Audiamus qđ sequitur. Dixit quoqꝫ deus/fiat lux.i. forma: que tenebras/hoc est priuationes expellat: et facta est lux: quia dictum impleuit effectus. Et vidit deus lucem qꝫ esset bona: nõ essentialiter/sed participatiue: omnia eñ bonitate creatoris participãt: cuius vt exemplata exẽplaris imaginẽ gerunt. Et diuisit lucẽ a tenebris: nõ eñ simul esse possunt forma et eius priuatio. Appellauitqꝫ lucem diem: id est compositum/quod a forma denominationẽ accipit: et tenebras noctem id est materiam priuationib⁹ formarum obfuscatam. Factũqꝫ est vespe et mane: id est ex potẽtia et actu/materia scz et forma. Dies nõ primus: quia ibi ordo nõ attendit: sed vnus: id est compositũ qđ per se vnitas necessario comitat. Ex his autẽ que sequunt in libro Geneseos elementoꝝ distinctio/natura et ordo colligitur: et ex his mixtoꝝ origines (quas sextuplici differẽtia post hec enodabimus) nõ sine velamine
Cõtra osores insinuant. De quib⁹ ad presens pro epitomatis nostri lege silentiũ existimor ne in igne reprehensionis incalescãt fortius qui etiam dicta calumniari haud desinent. Tũquia expositio nõ singulis eo locutionis genere quo nutriti sunt videatur appropriate conuenire. Tum etiã quia sacroꝝ eloquioꝝ sententias mystico sensu pregnantes/philosophicis narrationibus immiscuerim: qbus
Augustinus non ego/sed diuus Augustinus in.xij. confessionũ libro ac deinceps satisfaciet. Ad reliqua pergamus.

De concordia dictarum opinionum. Capitulum IIII Discipulus

Opinionum concordia Ad que pergis? Magi. Ad concordandas pmemoratas phoꝝ de rerum principijs sentẽtias. Non eñ ideo existimãdi sunt inter se phi contrarij in materiali rerũ principio: quia legimus materiã omnium ab alijs ignem/aerem/aquã/chaos/infinitudinẽ/sinum informẽ et ceteris que

cōmemorata sunt noībus appellatā: cū ꝛ ipsam a diuino philosopho nūc terram inanē/nunc abyssum/nunc vero aquā ꝯstet esse nūcupatā: que em̄ i potētia erat ad oīm formas/nimirū singulorꝫ noībus potuit noīari. Conuenientius aūt in his q̄bus informitatē/ꝯfusionē/aut fluxibilitatē ipsius intelligimus: vt sunt terra inanis/abyssus et aqua: que Moses commemorat. Quid em̄ terra inani (que et elementorū infimū et fex censet) difformius? Quid abysso infinita ꝯfusius? Quid deniqꝫ aq̄s oculo corporali videt fluxibilius? Et rursus terra dicit: qꝛ materia dat forme fixionē. Abyssus: qꝛ recipit a forma distinctionē. Aqua vero: quia ad formā appetitū habet: et continuā fluxibilemqꝫ tendentiā. Nec in effectiuo principio diuersitas noīm opinionū arguit diuersitatē: sed hoc: alius diuinū intellectum/alius diuinā mentem: ali⁹ ꝯditorem intellectū: alius primā causam: et si que sunt talia noīnant: Moses aūt et Johannes euangelista principiū/deum spiritū/verbum/alpha et o: et innumeris alijs noībus appellant: vt insinuarent ipm̄ innoīabile: et nō modo noīa que ab intellectu imponunt/verūetiam intellectū et omne quod nominari pōt longe supergredi. de q̄bus hic nō est disserendi locus. Ad ꝓpositum redeamus. At vero formale rerꝫ principiū/quod Moses lucē appellare voluit: plato et aristoteles actū/formā/speciem nominabant: nec alij tale principiū negauere: qui ex vna materia singula ꝯstitui asserebant. Non enim sunt singula: nisi qꝛ singulis formis actuata sunt et discreta: que in materia erant ꝯfusa. Illud aūt quod Moses tenebras/Aristoteles vero priuationē dixit: alij expresso vocabulo designare non curauerunt: eo ꝙ essentialem rei cōpositionē minime ingrediat: necessariū tn̄ est: nisi em̄ materia careret forma/ipsam nō appeteret: nec pro eiusdem introductione agens motū concitaret. non em̄ que habemus/sed q̄bus caremus appetimus: et vt ea habeamus diuersis motibus vtimur.

Materia plurium nominib⁹ appellata.
Augustinus
Aug. li. soliloquiorꝫ. c. 31.
Apocal. 1.

Epilogus dictorum numerū et conditiones principiorū enumerans. Ca. V. Dis.

Tria rerū naturalium principia

Duo itaqꝫ principia rerum astruis: materiam et formam: e quibus tota earundem substantia intrinseca cōpositione ꝯsistit: quorū primū nō per agens creatū/sed verbo creatoris exordiū sumpsisse testaris: alterum vero dicis motu interueniente per actionē nature de potētia materie educi. Priuationē autem vt motus fiat/ais necessario concurrere: substantiā tamen compositi minime ingredi: cum nihil sit. Magi. Scitē ex dictis tria rerū principia concludis. Materiā scilicet: formam: et priuationem. Hec cum prima sint/ex alijs non fiunt: nec ex alterutris constituunt: sed omnia alia ex ipsis. Formam aūt de potentia materie educi dicimus: nō quia aliquid ipsius in sinu materie lateat: sed quia sine materia tali vt subiecto agens naturale eam non produceret. Rursum ex his quedam sunt contraria: quia in eodem se cōpati non pn̄t: et sunt forma et priuatio. Forma vero et materia ex quib⁹ est totū contrariari nō possunt. Dis. Verissima quidem hec sunt. si em̄ principiorū essent principia. iam ipsa non prima principia/sed essent principiata. Et nisi quedam essent cōtraria: inter ea motus nō fieret: si vero omnia essent opposita/compositi substantiam non integrarent. Sed de his sigillatim disserere non erit inutile.

Priuatio
Principia cōtraria

De principio effectiuo non facto: et mundi eternitate. Cap. VI. Magister.

OMnes qui suo tpe irrefragabilis auctoritatis fuere philosophi/
principiū effectiuū primū. vnum atq ingenitū credidere. Si enim
factum genitū ue esset: ab alio vtiq priore esset: quapropter iā pri-
mū nō esset: sed pcederet illud a q̄ esse suū haberet. Ab illo igit primo et inge
nito principio Plato mundū et q̄ in mūdo sunt visibilia et inuisibilia facta
Plato meminit. Idē testat Moses: vt paulo ante dictū est. et euāgelista Joannes:
Johan. 1. a. Oia inqt p ipm facta sunt. facta qdem nō necessitate nature (vt habet philo
sophica traditio) sz libera et incōmutabili voluntate: vt pbat catholica san-
ctorum patrū assertio. dicēte psalmista: Oia q̄cunq voluit dns fecit in celo et
Ps. 113. b. in terra. Q3 aūt Aristoteles mundū ingenitū et incorruptibilem esse dixit:
huic potissimū innixus argumēto: q2 motus et tps sine qbus gnatio et corru
ptio mundi nō fieret/eterna fuere etc. nihil euidenter pcludit. Successio equi
Positio Ari- dem q̄ in motu est/quē tps mensurat: apte arguit motū et tps et que mouent
stotelica eterna nō esse: cū eternitas sit actu simul id qd esse pōt. Facit ad idē qd bea-
Augustinus tus Augustinus de ciuitate dei lib. 4. c. scribit his verbis: Exceptis inqt pro
pheticis vocibus/mūdus ipse ordinatissima sua mutabilitate et mobilitate/
et visibiliū oim pulcherrima a specie quodammodo tacitus et factū se esse: et
nō nisi a deo ineffabiliter ac inuisibiliter magno et pulchro fieri se potuisse pro-
clamat. et infra. c. 6. Procul dubio inqt nō est mūdus factus in tpe: sz cū tpe
Et idem Plato affirmat. Multa etiā de hac re idē sanctus pater lib. 12. cōfes
sionū disseruit. Restaurationē vero mundi p circūitus (vt qdam voluere)
ipse idē doctissimus vir li. 12. de ciuitate diuerso medio refellit. Sed hec in-
terim. Ad materiale principiū sermonē vertamus. Et q̄ inanes atq pueri-
les sint alie Aristotelis rationes de eternitate mundi/vt manifestum breuita
tis gratia transeamus. Mūdum aūt corruptibilē esse partiū ipsius corrupti
Mundi cor/ bilitas arguit. cū eiusdē nature sit totū et partes eius. Preterea celū mouet
ruptibilitas tpe finito: q2 in. 24. horis. igit finitū est: quapropter et mūdus finitus esse pcin
cit. ergo et potētie finite est: q̄ cessante ipm interire necesse ē. sz de his hactenus.

Declaratio definitiōis materie prime: et quō intelligitur esse ingenerabilis et incorruptibilis: creabilis aūt et annihilabilis. Ca. vij. Di.

MAteria qd est? Mag. Primū subiectū vnicuiq: ex q̄ fit aliqd/
Materia. cū insit p se: et nō sm accidens: et si aliqd corrūpitur/in hoc abi-
bit vltimū. Dis. Partes dilucidatione egent. Ma. Materia
Primum est primū subiectū: q2 nullum ea prius: vt visum est. vel primū/hoc est princi-
pale. vnicuiq/scz rei generabili et corruptibili. subiectū dico nō in q̄ totū cō-
Subiectū per positū subiectat: sed ex quo fit aliqd: id est cōpositū. cū insit scz cōposito p se;
se inest. et/id est nō sm accidens. quēadmodū priuatio: q̄ etsi sit p se terminus motus
p quē cōpositū generat. cōpositi tā substantiā nō ingredit. Et si aliqd/ scz cō
positū vel generatū: corrumpit/id est in sua principia resoluit: id abibit vlti
mū/id est finaliter in vltima resolutione: in hoc scz subiectū. Eadem eñ sunt
principia resolutionis que et cōpositionis. Vñ oñi et substantiali et acciden

tali forma sublata/ultimo remanere materiā primā necesse est: quā et intellectus taliter negatiue videt/dū corpus aliqđ incorporee et sine forma intelligit. Hanc peripatetici et q̄ mundū ingenitū volunt: similiter et ingenitā et incorruptibilē astruūt. Si eīn aiunt materia prima fieret: vel ex se vtiq3/vel ex alio esset: cū ex nihilo nihil fieri possit. nō aūt ex se fit: q2 esset anteq̄ fieret nec ex alia: cū iam prima nō esset. Idē argumentū ad ꝓbandā eius incorruptibilitatē assumunt. Sz Moses et qui eū sequunt doctores catholici: materiam non ex se/nec ex alia: sed ex nihilo/id est post nihil: vel nō ex aliquo a deo creatā in principio ꝯstanter affirmant. q̄ et eandem si vellet. nō quidē corrumpet (q2 cōposita nō est) sed penitus annihilaret. Nō vero vulgatū gentilium principiū assumit: Ex nihilo nihil fit. locū habet in potētia creata. nō in creatore: qui solus pōt res creare. vt testat Augustinus lib. 3. de trinitate. Ignorauit hoc vas eloquentie Cicero de natura deoꝝ disputans: qui materiam prefuisse opationi diuine attestatus est.

Si materia p̄ma sit ingnabilis et incorruptibilis. Aug⁹. li. 2. cō fessionū. Anselmus li. monolo. c. 8. Ex nihilo nihil fit. Augustinus Ciceronis error

Si materia prima fuerit: aut possit aliqñ esse sine forma: et si oīa creata ex materia sint composita: et si celi et terre sit eadem materia Capitulum VIII Magister.

SEd plurimā difficultatem apud nōnullos ex nostris habere videt: si materia formis possit esse priuata: Cum eīn actu/sine actu q̄ forma est/nihil oīno esse possit: materia priuata formis quō actu erit: Huius argumētationis nodulus facile quidem dissoluet si actum duplicem discernere nouerimus: quoꝝ primus est entitatiuus: quo scz vnūquodq3 (quia ens ē) in vniuersitate existētiū subsistit. Tali actu materia prima informis: de qua et mundum factū constat: anteq̄ formaretur et distingueretur (facta vtiq3 erat) subsistebat: que et si prope nihil erat: vt ait Augustinus libro confessi. quoniā adhuc omnino informis erat: non tñ omnino nihil erat: cū esset quod formari poterat. formari aūt quod nō est non pōt. Secundus actus est formalis/cōpletus et specificus a forma specifica. quale est esse rationale hominis ab anima intellectiua. Illo materia prima actuata non erat: quia inanis/vacua/et informis erat. Di. Non erit itaq3 impossibile aliquid sine forma esse. Magi. Augustinus hoc videt affirmare/dicens: Esse vtiq3 aliqđ non formatū pōt. Hoc aūt de forma absoluta accipiendū est. nam et in materia nuda adhuc forma esset respectiua: relatio scz qua vt creatura ad deū refertur: sed hec quoq3 materie est eadem. Similiter et aptitudinalis extensibilitas: quam cōmentator Auerrois dimensionē interminatā vocat. Actualem aūt extensionē dimensionē terminatā dicit: sed hec cū sit trina dimensio/q̄titas est et realiter a materia diuersa. dimēsio aūt interminata est materie coeua. Di. Materia igit prior forma erat. Mag. Prior erat ait idē/nō tēpore: sed origine. sicut son⁹ cantu. Ipsam aūt et tpe a formis denudar̄ et in actu primo (quem entitatiuum dicimus) posse subsistere per diuinam potentiam ex dictis manifestum est: et demonstrari posset amplius. Sed hec relinquentes alia transcurramus. magnorum equidem opiniones de his videntur diuerse. Sunt enim qui materiam hanc in principio sub quadam forma generali perstitisse volunt. Discipulus. Omnia ne creata hac participant:

Actus entitatiuus. Materia est informis. Augustinus. Act⁹ formal̄. Augustinus. Auerrois. Materia prior forma. Scotus li. 2. dis. xij. Hugo de sacramē. Magisen. lib. 2. Bonauētura.

Substãtie im materiales

Magister. Minime. Substantie namq3 incorporee) quas intelligentias/ angelos/demones/animasq3 rationales dicimus) ex materia non sunt: nec tñ omnino simplices sunt (quod soli deo competit) sed ex realitatibus duabus constant: quarũ vna est vt potentia/altera vt forma. hec aũt compositio nõ presentis/sed metaphysice considerationis est. Accidentia quoq3 eodem genere simplicitatis continentur. Sola autem substãtia corporea ex materia est composita. nec ex alia celum et ex alia terra/sed eadem informitas per inuisibilem terram insinuat vnde fieret celum: vt ait Augustinus. et terra visibilis atq3 composita et aqua speciosa/et quicquid deinceps in constitutione huius mundi non sine diebus factum commemorat.

Augustinus

De forma Capitulum IX Dis.

Forma.

Simplex.

Inuariabilis.

FOrme aũt quam affers definitionẽ? Ma. Formã quam exemplum speciẽ/rationẽ/et actũ dicunt: varie definitã inuenio. Vñ ait q̃ sex principia describit. Forma est cõpositioni ꝯtingẽs: simplici ac inuariabili essentia ꝯsistens. Contingẽs quidẽ est cõpositiõi: nõ qua ex alijs integrat sȝ qua materie in cõpositione totius vnit. Simplex aũt dr: q2 ex alijs nõ componit: nec in alia resoluit: nec addita subiecto maius facit. Inuariabilis autẽ est in latitudine sua: quã nõ transit: sȝ intra terminos illius p gradus indiuiduales variat/intendit et remittit. Habet eñi forma graduũ latitudinẽ: ex quoꝝ vniformi et difformi ꝯfiguratione nõnulla q̃dam secretiora nature inuestigant. precipue vero in accidentalibus. vt partim videre est in libro de vniformitate et difformitate formaꝝ. Dis. Hec alio loco et tpe expetã: nunc reliquas forme descriptiones adducas. Mag. Forma est quoddam diuinum/ optimũ et appetibile. Diuinũ quoddam dr forma: cũ sit participata similitudo vel imago dei/dans esse cõposito: per qd seipm vt põt deo assimilat. clarius q̃dem in hoie/obscurius in lapide/mediocriter aũt in aialibus et plantis. Optimũ vero est: non simpliciter /sed inter rerũ principia. Priuatio eñi nihil est omnino: et materia ꝑpe nihil: q̃ per appetitũ forme habende in continuum cõpositi machinat maleficiũ. Unde et forma est ens a materia appetibile: nam ipsam materia vt femina virum/turpe bonũ/et quodcunq3 imperfectum sui perfectionẽ appetit: appetitu nõ quidẽ rationali aut animali/ sed naturali. Alia subiungenda est descriptio formã et substantialem et accidentalem complicans. Dis. Que? Ma. Forma est que dat esse rei. esse q̃dem substantiale/si forma fuerit substantialis. vt aia homini. aut accidentale/ si forma sit accidentalis. vt albedo albo. Ueruntñ forma que inter principia rerum naturaliũ connumerata est/accidentalem non comprehendit. Materia eñi et forma ex quibus naturales res fiunt/substantie sunt/nõ accidentia: nec tñ per se ꝛ directe/sed reductiue in genere substantie ordinabiles. De formis aliqua in sequentibus tractabimus. nunc priuationẽ discutiamus.

Forma diuinũ quoddam.

Optimum

Appetibile

Forma

De priuatione Capitulum X Disci.

Augustinus

Anselmus

Magr iniaꝝ.

Priuatio

PRiuationẽ definias. Ma. Priuatio cũ nihil sit/nec gen⁹/nec differentiã habet: et ideo definiri neq̃t. Priuationẽ vero nullam rẽ esse Augustinus ꝯtra Manicheos affirmat dicens: Nõ eñi tenebre aliq̃d sunt: sed ipsa lucis absentia. sicut silentiũ nõ aliqua res est: sȝ vbi son⁹ nõ est silentiũ dr. Conuenienter ergo priuatio describit. Priuatio est carẽtia forme alicui⁹ cũ aptitudine materie ad ipsam. Primũ patet de silẽtio/qd absen

tia seu carētia sonī est. Ultimū vero necessario addit᷑. nisi em̄ materia nata esset recipe formā/cuius carentiā habet: ea nullatenus careret. nō em̄ asin⁹ carere dr̄ ratione/quā ex primordiali sui ꝯditione aptus nō est recipe. sic nec lapidē cecū audem⁹ affirmare. Dis. Priuatio itaq̄ nō est materia. Ma. Nō vtiq̄. hec em̄ nō aliqua res est: materia aūt nō oīno nihil est. vn̄ et in aduentu forme priuatio eiusdē ampli⁹ nō est: s₃ materia recipiēs formā est de q̄ priuatio iā negat᷑: q̄ rursus forma seꝑata de eadē affirmat᷑. cū em̄ nihil sit ad introductionē forme/nō corrūpit᷑: nec ad seꝑationē eius ꝓducit᷑. Dis. S₃ quō fieri pōt/vt materia q̄ actu ꝯtrarijs priuata est formis/ earūdē in se habeat ꝑuatiōes: ni fortasse formaꝝ ꝯtrariaꝝ priuatiōes ꝯtrarie nō sint. Ma. Quin imo priuatiōes eodē mō opponunt᷑ priuatiue q̄ et forme (quaꝝ priuationes sunt) opponunt᷑ positiue. Sicut aūt sole forme imediate ꝯtrarie simul i eodē subiecto se nō cōpatiunt᷑/sed eidē vicissim isunt: nec his ambab⁹ simul caret: sic nec ambaꝝ priuationes (q̄ eodē gn̄e priuatiue opponunt᷑) simul recipit. Hec aūt de priuatione formaliter dicta accipiēda sunt. fundamētaliter enim priuatio a materia priuata nō distinguit᷑. Nonnulli etiā lib. 2. supra tractatu de cathegorijs de priuatione disseruimus. Supest vt in sequētibus res naturales quaꝝ principia vidimus/ꝑ modulo epitomatis nostri transcurram⁹.

Priuationes ꝯtrarie simul materie ineē non possunt.

De re naturali et natura. Cap. XI. Dis.

Res naturales

Res naturales intelligo q̄ ex principijs naturalibus/materia videlicet et forma naturali existunt. vt lapis: arbor: et his silia. Magi. Optime. Materia nāq̄ et forme nature sunt: ex his igit᷑ cōposita nō ab re naturalia dici ꝑnt. Dis. Natura q̄d est? Mag. Naturā esse manifestum est: nec demonstrat᷑: sed taliter definit᷑. Natura est principiū et causa motus et q̄etis eius in quo est primū: ꝑ se et nō ₰m accidens. Dis. Definitionis ꝑtes facias clariores. Mag. Natura principiū est primū/ id est principale et imediatū. Nā et si qualitates ad motū et q̄etē ꝯcurrant: nō tn̄ immediate ⁊ principaliter: sed vt instrumēta. ideo nō entia naturalia aut naturā habentia sed entia ₰m naturā sunt: q̄r accidunt enti habenti naturā. Sequit᷑: et/ꝑ id est causa (vt idē noīe principij et cause intelligas) motus et q̄etis: q̄ eidē insunt (eius) sc₃ cōpositi in q̄ natura est ꝑ se. accidit em̄ artificialib⁹ inquantū talia vt moueant᷑ ab ea que est in ipsis natura. vt cū statua cadit/accidit ei q̄ sit lignea aut lapidea. Excludunt᷑ etiā hic cause per accidens: q̄bus etiā connumerant᷑ casus et fortuna. Qō vero addit᷑ (et nō ₰m accidens) artes excludit: q̄ q̄nq̄ principia sunt motus subiecti in q̄ sunt: non aūt ꝑ se/ sed accidētaliter. Accidit em̄ sananti seipm̄ vt sit medicus: cū ab alio sanari possit. Natura igit᷑ principiū est et causa motus et q̄etis ⁊c̄. id est natura est id ꝑ qō res in qua est inclinat᷑ ad receptionē motus vel q̄etis aut forme alterius. Res enim naturalis eadē natura ꝑ quā est/nata est recipe oēs passiones hmōi naturā ꝯseq̄ntes. Forma aūt q̄r non tm̄ inclinat ad has/s₃ etiā actiue ꝯcurrit: ideo a physicis dr̄ magis natura esse: eo q̄ rō principiādi forme ꝑfectior sit q̄ ratio principiādi materie. vtraq̄ tn̄ in gn̄e principij passiui ꝯcurrūt. Principiū vero actiuū mot⁹ et q̄etis cuiuslibet nō semꝑ est intrinsecū. vt infra patebit.

Natura

Entiā ₰m naturam

Forma ē magis natura

De gn̄ib⁹ causaꝝ. Ca. xij. Dis.

In explanatione definitionis/causarū diuersitatē insinuare videris: cū aliam per se/aliā vero per accidens distinguis: ne igit᷑ graueris de his lati⁹

Natura ē pri- tractare. Ma. Principiū ī definitiōe nature ꝓ passiuo/nō actiuo accipien-
cipiū passiuū dū esse ostēsum est:ne naturā nō cām ꝑ se/s; ꝑ accidens dicam⁹. mobili nāqꝫ
in eo ꝙ mouet̄ accidit habere in se principiū sui motus. sicut medico sananti
seipm̄/accidit habere in se sue sanationis principiū: inclinari aūt ad motū et
Causa ad formā inducēdam ꝑ se inest mobili. Causa aūt gn̄ale nomē est: intrinsecū
et extrinsecū principiū cōplectens. Est em̄ cā ad cuius esse sequit̄ aliud. vt ad
Intrinseca esse solis sequit̄ lumen. Dis. Cā intrinseca q̄ est? Mag. Illa ex qua cōpositi
Extrinseca substātia integrat̄. vt sunt materia et forma. de q̄bus supra. Dis. Extrinseca
q̄ est? Mag. Que ad rei ꝯstitutionē ꝯducit:sed substātie eius pars nō est. vt
Efficiēs prin- sunt efficiēs et finis. Dis. Efficiētē quā dicis? Ma. Eā a qua primo fit mo
cipalis:instru- tus. ⁊ hec q̄dē principalis est. vt domificator. Que ṽo mota mouet/instrumē
mentalis. talis dr̄. vt securis mota a domificatore. Rursus aūt efficiētiū quoddā intra
Intrinsecum. substantiā eius qd̄ efficit ꝯtinet̄:et ratio seminalis nōnunq̄ appellari solet
Rō seminalis Et est vis insita reb⁹ ex sil̄ibus silia ꝓcreans. vt vis grani reducens ip̄m in
arborem. De hac aūt eo loco q̄ de plantis agemus/ enucleati⁹ differendum
erit. Hanc nōnulli inchoationē forme ꝓducēde astruūt:vt ex ea opatione na
Bonauentura ture/forma ꝑficiat̄:s; an forma vniuersalis aut ꝑticularis cēsenda sit nec ne
li. 2. dist. 18. disputant. Qui ṽo inchoationē formaꝝ in materia nō admittūt/ rōnē semi-
Scotus lib. 2 nalē/qualitatē formā seminis ꝯcomitantē et ad formā generādā dispositiue
agentē esse dicūt:nec illā/nec seminis formā actiōe nature in formā generā
Extrinsecum dā ꝯuerti astruūt:s; potius abijciendā esse affirmāt. Aliud efficiēs extra sub
stantiā eius qd̄ opat̄ existit. vt celoꝝ influxus/et reꝝ artifices:q̄ cum ſm in-
tellectū et voluntatē agunt cause exēplares pn̄t appellari. In mēte em̄ artifi
cis sunt exēplaria eoꝝ q̄ ꝓducit ī exteriore materia. Cū vero semꝑ materia
vna aptior sit alia/in nulla exēplaris forma fingi pōt sicuti est ī artificis aīa:
Anshelmus sed manet sil̄itudo et imago eius q̄ est veritas in mente. Est igit̄ forma rei in
aīa artificis archetypa et veritas:et dū in potentia ad actū deducit̄/mot⁹ est
Idee. in materia aūt iam ꝓducta /est sil̄itudo et imago. Has reꝝ formas in mente
Augustinus diuina ideas dicūt. Sunt aūt idee (vt ait diuus Augustinus libro octoginta
triū questionū. q. 46.) forme eterne et incōmutabiles in mente diuina. Et vt
Scotus. asserit Scotus lib. 1. dis. 3. sunt res obiectiue cognite ab intellectu diuino. Di
sci. Idee cū sint eterne/non nisi deus esse pn̄t:qz plura eterna nō sunt. et oīm
Johannis. 1. rerum sunt:qz oīa a deo obiectiue cognita sunt. Mag. Sane. Hoc em̄ testa
tur euangelista Joānes dicens: Oīa per ip̄m facta sunt:et sine ipso factū est
nihil:quod est in ipso vita erat:quod aūt in deo vita est/ vtiqꝫ deus est. Idee
Augustinus itaqꝫ in deo etsi plures sint (alia em̄ ratione vt ait Augustinus cōditus est hō
ꝯlia equus) oēs tn̄ vnus deus sunt. Hoc expressius libro sexto de trinita. ca.
vltimo edocuit/dicens: Primus ac summus intellectus est ars quedam om-
nipotentis atqꝫ sapientis dei/plena omniū rationum viuentiū incommutab'
lium. et omnes vnū in ea:sicut ipsa vnū de vno cum quo vnū. Et libro solilo
quiorū. c. 31. Tu es deus meus et dominus oīm que creasti: et apud te omniū
stabilium sunt cause:et omnium mutabiliū apud te immutabiles manent ori
gines:et om nium rationabiliū et irrationabilium atqꝫ temporaliū sempiter
ne viuunt rationes. Vñ et diuus Boetius libro. 3. de ꝯsolatione metro nono.
Boetius tu cuncta superno Ducis ab exemplo:pulchrū pulcherrimus ipse Mundum
mente gerens/similiqꝫ imagine formās. Sed quorsum sermo noster defluxit:
prima rudimenta philosophie perquirentes/ad arcana quedam Theologie

ascendimus. Discipulus. Ad instituta ergo aggrediamur.

De causa finali et causarum coincidentia Capitulum XIII Magister.

Occasione efficientis extrinseci nonnulla de forma exemplari tractauimus: restat vt secundum premissam extrinsece cause partitionē de fine disseramus. Disci. Finis quid est? Magi. Duplex est: scz finis gratia cuius: et finis quo. Primus est gratia cuius alia fiunt: ideo etiam causa causarū dicitur: et ab ipsa primo efficiens ad operandum mouetur: motu quidem metaphorico et intentionali: quia scilicet ab efficiente desideratur. reali aūt motu mouere nō potest: quia frequenter in re realiter nondum est: sed solum in intellectu et voluntate. Dicitur tamen causa realis denominatione extrinseca: quia effectus realis est ad quē appetendum mouet appetitum: et spiritualiter inclinat. Et hic est finis generationis. Secundus finis est quo ad primum peruenitur. vt virtutibus beatitudo attingitur: et euacuatione nociui humoris sanitas reparatur. In naturalibus etiam sepius contingit finē primum cum forma et efficiente concidere. In numero quidem: vt anima Petri finis est generationis Petri/et forma eiusdem. In specie aūt: vt forma ignis a. efficiens est forme ignis b. et hec finis est generationis ignis b. forme aūt ignis a et ignis b/eiusdem speciei sint. Et deus dictarū causarum causalitatem complicat. Est enim tricausalis. Efficiens: omnia ex nihilo producens. Formalis: quia exemplar est omnium formas in se continens. Et finalis: in quem omnia tendunt. Materie aūt causalitatē que est pati/non supplet: nec actione physica efficiens cuius causalitas est agere cum materia coincidit: immo materia nec in specie/nec in numero cum alijs causis coincidere pōt.

Finis gratia cuius

Deus tricausalis.

De causa vniuersali et particulari: complexa et incōplexa: per se et per accidens: in actu et in potentia. Cap. XIIII Magister.

Preter has aūt quas diximus alie sunt causarū diuisiones. Dis. Que? Ma. Causarum quedā est vniuersalis. vt sol. hō. quedā particularis. vt hic homo. Et rursus causarum quedā est cōplexa vt Petrus scriptor: quedā incōplexa. vt scriptor. Et amplius causarū: quedā est per se causa: que scz secundum propriam naturā et non per aliud sibi accidens causat: cum quo vnū per accidens constituat. vt ignis generans calorem in aqua. Disci. Nunquid ignis calorem in aqua per sibi accidentē caliditatē producit? Magi. Producit. Sed caliditas ignis cū igne non vnū per accidens constituit: non enim se habent vt determinatio et determinabile. quemadmodum paries albus. Causa per accidens per oppositū manifesta est. vt musicus scriptor. Accidit enim scribenti librum vt sit musicus. Inter has etiam casum et fortunā infinitasque alias nominare possumus. Infinita enim sunt que vnicuique accidunt: nō simpliciter et in eodem genere. In quolibet enim causarum genere status est. vt dicitur secundo metaphysice. Rursum aūt quelibet harū siue vniuersalium/particularium/complexarum/incomplexarum/per se vel per accidens duplex est: scz in actu et potentia. Dis. Causam in actu quam dicis?

Cā vlis: ptīcularis: complexa: incomplexa: per se.

Per accidēs.

Aristoteles

Causa in actu

Mag. Que actu effectũ causat. vt scriptor actu scribens. Et hec simul est. et nõ est cũ suo effectu: nõ q̃dem iã cõpleto/sed in fieri actuali ↄstituto. Idẽ tñ de fundamentis et relationibus verificari põt. Dis. Causa in potẽtia que est?

In potentia

Mag. Que cũ actu sit nihil causat: causandi tñ potentiã habet: vt scriptor dormiẽs. Uel q̃ actu esse nõ habet: possibilis tñ est ad esse et causare. vt antichristus causa est in potentia future persecutionis ecclesie.

Si vni⁹ effect⁹ plures per se cause: aut vnius cause plures effectus possint esse. De causaꝝ cõnexione ꝛ causandi necessitate. Et quõ cause sibiĩnuicẽ sunt cause. Ca. XV. Disci.

Unius effect⁹ plures pñt eẽ causeꝑ se generum diuersorum

Ecter ea vero q̃ dicta sunt de causis/aliud me mouet fortasse scitu nõ indignũ. Est aũt vt breuib⁹ edicã: si vnius effectus plures ꝑ se cause esse possint. Ma. Recte arbitraris hoc scitu nõ indignũ: eo nãq3 cognito nõ minime in philosophia q̃stiones patebũt. Dis. Tu ergo q̃d sentiendũ sit edicito. Mag. Uniuscuiusq3 qđ creature noĩe censet plures esse ꝑ se causas generũ diuersoꝝ facile declarabit. Nulla eñ creatura a seipsa

Augustinus

Boetius li. 1. de trini.

est. nulla eñ oĩno res est (vt ait diu⁹ Aug. li. 1. de trinitate) q̃ seipsam gignat vt sit. oĩs igit causam efficientẽ habet. Rursus aũt teste Boetio in omni eo qđ est citra primũ/est hoc et hoc. i. qđ est/et q̃ est: potẽtia et actus. primũ ratione materie/alteꝝ vero rationẽ forme habet. Eius aũt qđ factũ est vtiq3

Arist. 2. phy.

aliq̃s finis est. Sum⁹ eñ et nos quodãmodo finis oĩm. dicit phũs. cuiuslibet igit effect⁹ quatuor causas esse alio loco affirmat. Dis. Intelligo. Sed cur

Uni⁹ effectus eiusdem gñis non pñt esse plures cause

dicis generũ diuersoꝝ? Ma. Nam. 5. metaphy. concludit: vnius effect⁹ plures cause vni⁹ gñis esse nõ pñt: nisi sint essentialiter subordinate/aut partiales. Exemplũ primi est. Sol et hõ gñat hoiem. Sol q̃dem vt causa vlis: hõ vero vt pticularis/vniuersali subordinata: ambe tñ in gñe efficientis. Exemplũ secundi. motus ipsius nauis/ptiales cause pñt esse decem hoies: aut equi trahentes. sic visionis videns et visibile. intellectionis intellectus et intelligibile. Sȝ in his fortasse potẽtia anime est causa principalior. de q̃bus in sequẽtib⁹. Dis. Cause essentialiter subordinate q̃ sunt? Mag. Quarũ se-

Cause essentialiter subordinate

cunda in causando dependet a prima/in cuius virtute agit. Prima eñt vt dicit prima ꝓpositio libro causaꝝ/plus in effectũ influit q̃ secunda. vt sol et hõ. In his eñ q̃ñ create sunt: prima q̃tũ ad intimitatẽ plus influit. ad formã aũt effectus non põt deuenire nisi per formã agentis ꝓximi: et q̃tũ ad hoc minus influit. Cũ vero secũda nõ dependet a prima in causando (et si ĩ

Accidentalit subordinate

essendo) cause accidentaliter subordinant. vt au⁹ et pater petri. nã etsi pat' petri esse habeat ab auo petri in gñatione: tñ esse petri ab auo nõ dependet: cum ipsum generare possit auo premortuo. In essentialibus aũt philosophi causandi necessitatẽ ex earũdem ↄnexione posuerũt: ita vt in secũda agente et prima necessario agat. Ex quo sequit effectum cause naturalis simpliciter esse necessariũ. tali aũt destructo causa eius destrueret: ita causa prima nõ es-

Causa prima causat contingenter.

set oĩno independens et destrui posset: quod dicere q̃s audebit? Dicendũ igitur/primã cãm causare ↄtingere. Causa igit secunda a prima ↄtingẽter est: necessario aũt causat si sit naturalis: non autem si fuerit voluntaria. Uoluntas enim in actione sua est libera. Sed hec alterius sunt speculationis. Que

ad presens attinēt terminemus. Sicut em̄ vnius effectus plures causas esse ex dictis manifestū est: sic vnius cause plures ⁊ diuersi effectus/diuersa tn̄ ratione reperiunt̄. Nauta em̄ qui sua p̄sentia est salutis nauis: absentia sui causa est piclitationis nauis. Silr̄ ⁊ sol lutū indurat: ⁊ cerā dissoluit. Sed hec diuersitas rōnis in materia/nō in sole est inquirēda. Nōnunq̄ etiā cause sibijnuicē cause sunt: vt laboris: qui causa effectiua est sanitatis: ipsa quoq̄ sanitas est causa finalis. Omniū autē effectuū causas in vnius summi dei voluntatē vt causam primā reducere/Aug. in de tri. li. 3. nō obscuro exemplo declarat. Omniū em̄ deus causa est imediata. quedā tn̄ causat cum alia particulari causa: non ex indigentia/sed liberalitate summa: que rebus non modo esse dedit: sed operationem indidit.

Unū est causa diuersorū

Cause sunt sibijnuicē cause

Aug. c. 3. et. 4

De casu ⁊ fortuna scd̄m opinionem gentilitatis. Capitulū XVI Discipulus.

Inter causas per accidens casum ⁊ fortunā dum numerares patula aure auscultabā: multā nāq̄ vulgus his tribuit causalitatē: verebar autē: quia ad alia festinas/ne harū tractatū p̄terires. Magi. Plurima preterire necesse est. nō em̄ p̄sentis disceptionis est omnia limate excoquere. Has autē causas/casum dico ⁊ fortunā nō oportet silentio transire: circa quas contingit damnabiliter errare. Uñ quondā romani fortunā diuinū quoddā numen existimabant: qd̄ pro libitu suo/hominū meritis non consyderatis: alijs bona: alijs vero mala largiret̄. Ad qd̄ designandū/simulacrū eius in specie muliebri in medio rote quasi eam verteret cōtinue constituebant: cuius facies dextera lucida/sinistra obscura/vtraq̄ vero ceca apparebat: quia splendidi sunt quos fouet: obscuri autē quos persequit̄. Cecitas vero indifferentiā eius designabat ad bonos ⁊ malos. Similiter quia eos quos fouet excecat. Huius aūt p̄digij mutabilitatē rota volubili ostentabant: cuius qui summam tenet arcē p̄sperisq̄ fruit̄ successibus/mox inopinato casu ad ima deijcitur. Rursus autē qui in imo consistebat/ex opposita rote parte locū celsitudinis conscendit. Que ⁊ si eo ordine in mortaliū actibus eueniāt: impiū tamen ⁊ fidei nostre inimicū: principijs etiam philosophicis omnino contrariū est ea alicui/preterq̄ prouidentie diuine ascribere: que iustis occultisq̄ iudicijs secūda ⁊ aduersa cōmunicat p̄ut voluerit: qd̄ Augustinus in de ciuitate per multos libros. ⁊ Boetius in de consolatu philosophico latissime ostendūt. De cultura vero fortune a romanis Augustinus de ciuitate dei libro. 4. ca. 18. et. 9. disserit. Colebant em̄ fortunā publicā: que rem publicā defenderet. Fortunā virilem ⁊ muliebrē: vt est apud Ouidiū de fastis li. 4. et li. 3. de tristibus. Nempe dat ⁊ quodcūq̄ libet fortuna rapitq̄: Irus ⁊ est subito qui modo Cresus erat. ⁊ libro. 5. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat. Et manet in nullo certa tenaxq̄ loco. Sed modo leta venit/vultus modo sumit acerbos. Et tm̄ constans in leuitate sua est. ⁊ Boetius de consolatione libro. 2 prosa secūda. Hunc cōtinuū ludū agimus: rotā volubili orbe versam⁹. Infima summis sūma infimis imutare gaudemus. Et Alanus in anticlaudiano: Precipitē mouet illa rotam: motusq̄ laborum. Nulla quies claudit: nec sistunt ocia motu. Hos p̄mit: hos eleuat: hos deijcit: erigit illos. Cogit ⁊ in varios homines descendere casus.

Descriptio fortune.

Augustinus

Boeti⁹ lib. v.

Ouidius

Boetius

Alanus


GLOBI OB ELATUS
AD ALTA VEHOR
DESCENDO
MORTIFICATUS
FOR TUNA
AXE ROTOR

De casu & fortuna secundum opinionem philosophorum. Capitulū XVII Disci.

NOn ingrata fuit hec narratio vanitatis gentiliū. Sed quid phi de his quęso senserint edicito. Magi. Philosophus lib. 2. naturalis philosophie/casum & fortunā volens definire: preter eas que in superioribus digessimus causarū partitiones alias agentiū & effectuū adducit. Quarū partitionū prima hec est. Agentiū quedā agūt secundum propositū & deliberationē: vt homines rationis compotes. Quedā vero nō agunt a proposito: vt infantes/bruta & inanimata. Effectuū autē quidā fiunt semper: vt solis ortus & occasus. quidā frequēter: vt calor in estate: & frigus in hyeme. quidam extra semper & frequēter/siue raro contingūt: vt inuentio thesauri. Amplius eorum que fiunt quedā fiunt propter finē determinatū: vt fossio sepulchri propter sepelire mortuū: & quedā alia nō intenta annectuntur illis: & accidunt. Ex his definitio fortune manifesta erit: qua dicitur. Fortuna est causa per accidēs eorum que fiunt propter hoc/in his que agunt secundum propositum: extra semper & frequenter. Similiter & descriptio casus patebit/qua dicitur. Casus est causa per accidēs eorum que fiūt propter hoc/ in non habentibus propositū extra semper & frequenter.

Agentiū varietas — *Effectuum varietas.* — *Fortuna.* — *Casus*

Disci. Exempla eorū adiungas. Magister. Exemplū fortune est in eo qui ad splendidū mortuū sepulchrū fodit: & fodiendo inopinatū thesaurū repperit. Exemplū casus est: si equus stabulū repetens saluatur a lupo: & tripoda deorsum cadens apta sedes efficitur. Verūtamen nōnunquam effectus fortuitus casualis appellatur: extento noīe casus ad fortunam & casum proprie dictum. Sic & improprie Plutarchus lapides pauimēto substratos infortunatos dicebat: quos autē ad constituendas aras deorum applicant fortunatos dicere solebat. His enim reuerentiā: alijs autē contumeliā attritione pedum fieri cōtingit. Discipulus. Proprie itaque fortuna respectu illorum est/que nobis a proposito agentibus accidunt. Casus autem respectu illorum que non vtentibus ratione: aut vtentibus/sed proposito non agentibus eueniunt. Magi. Optime. Discipulus. Sed nondum que res sit fortuna aut casus accepi.

Plutarchus. — *Differētia fortune a casu.*

Magister. Fortuna (vt aiunt nōnulli philosophantium) est voluntas agentis a proposito. Casus autem est natura eius quod agit non a proposito. Discipulus. Num voluntas et natura sunt cause per se? Magister. Voluntas causa per se est effectus intenti qui euenit a proposito. Et causa per accidens (quam fortunam dicimus) effectus non intenti qui euenit preter propositum. Unde in dato exemplo sepulchrum est effectus intentus: & inuentio thesauri est effectus fortuitus. Sic & in casu: casus tripode deorsum/effectus est naturalis a natura et grauitate eius: sed quod facta est apta sedes/effectus est casualis. Verūtamen nihil sic euenit fortuite aut casualiter quinetiam eueniat a causa per se intendente hoc fieri. Nam vt Plato asseruit: nihil est cuius ortum non precesserit legitima causa. Discipulus. Que sunt cause tales? Magister. Augustinus de ciuitate dei libro quinto capitulo nono aperuit dicens: Nos eas esse causas que dicuntur fortuite: vnde etiam fortuna nomen accepit: non dicimus nullas/ sed latentes: easque tribuimus vel veri dei / vel quorumlibet spirituum voluntati: ipsasque naturales nequaquam ab illius voluntate seiungimus qui est auctor omnis conditorque nature. Nihil enim fit visibiliter et sensi-

Plato in Timeo

3 & tri. biliter (inquit libro .3. de trini.) qd non de interiore invisibili atq intelligibili aula summi imperatoris aut iubeatur/aut permittatur ſm ineffabilem iusticiam premiorum/atq penarum/gratiarũ & retributionum: in ista totius creature amplissima quadã immensaq republica. Discipulus. Hunc igitur effectum fortuitum aut casualem dicere possumus: cuius per se causam & propinquã non videmus. Magister. Ita Augustinũ de academicis questionibus dixisse patet. cum ait: Nihil aliud in rebus casum vocamus: nisi cuius ratio secreta est: nomine autem casus fortunam comprehendit. Idem Aristoteles de fortuna bona scribens affirmat.

Augustinus

Aristoteles

De duplici fortuna bona et mala: & unde unus alteri fortunatior sit. Ca. XVIII. Dis.

Quid Aristotelem de bona fortuna scribentem cõmemoras? An qr non omnis fortuna bona est? Magister. Etiam fili. Nam si preter intentionem agens a proposito bonum consequatur/aut malum fugiat: eufortunium seu bonam fortunam dicimus. Si autem tali agenti malum eveniat preter intentionem/aut bonam effugiat: diffortuniũ seu malam fortunam dicimus. Idem est si quid talium accidere potuit. Quod enim parum deest nihil distare videtur: bonum autem tale aut malum/non modicum sed notabile esse debet: ita vt si agens ipm cognosceret: ad fugam/aut cõsecutionẽ eius ageret. Hinc etiam de numero eorum que propter hoc fiunt effectus fortuitus esse dicitur: non quia ab agente intenditur (quia latet) sed quia intenderet si cognosceret. Requirit amplius: vt talis effect⁹ nõ semel tm̃ nec semp/sed in plurib⁹ acciderit. Dis. Sed dic queso vnde huiuscemodi effectus magis vni q̃ alteri eveniũt? Magi. Huius questiõis nodulũ si philosophice solvere tẽptabimus/a positione Aristotelis nõ discedendum arbitror: qua dicit impetũ quendã inesse quibusdã/quo mouent ad aliquid quo sequũtur bonũ nõ intentũ. Disci. Huius impetus causa q̃ est? Magi. Si de intrinseca q̃ris: natura est nõ quidẽ specifica (qr nõ omnib⁹ inest) sed individua. Unde dictũ est: Bene fortunatus: bene natus. Est eñi in his dispositio quedã nõ in aĩa (qr vt ait: Ubi maxim⁹ intellectus ibi minima fortuna) sed in corpore: ꝯsequẽs ipsius cõplexionẽ naturalẽ. Causa aũt extrinseca concursus est causarũ extrinsecarũ talẽ ꝑpter huiuscemodi dispositionẽ magis q̃ aliũ nõ ita dispositũ mouentiũ/ad aliquid operandũ: qd bonũ nõ intentũ consequit: vtputa eo loco vel tẽpore fodere sepulchrũ. tale aũt mouẽs celũ & motricem eiusdẽ intelligentiã dicũt. Hec aũt originẽ habere vident ex radice constellationũ in nativitate: quã libro septimo dictis doctorũ catholicoꝝ suspectã ostẽdimus. Similiter & de fato & fatalib⁹ quid veritas abhoreat tetigimus. Magis igitur huiusmodi causalitatẽ voluntati divine & iusticie eiusdem attribuamus ſm ea que Augustinũ pauloante in libro de trinitate & civitate dei commemorasse notavimus.

Eufortuniũ

Diffortuniũ

Aristoteles

De monstruosis & miraculosis effectibus a quibus fieri possint. Ca. XIX Disci.

Omnium itaq causalitatem in deũ si referimus ſm Augustini prefatam sententiam/nihil est qd vel fortuitũ/causale/monstruosum aut miraculosum dici possit. Magister. Prorsus nihil. Nam et

Augustinus

cum multa talia cõmemorasset Augustinus de trini.lib.3.ca.2. Nihil inquit horum fit nisi voluntate dei:sed pleris[que] nõ apparet. Itaq[ue] licuit vanitati philosophorum etiam causis alijs ea tribuere vel veris vel proximis:cũ omnino videre non possent superiorem ceteris omnibus causam:id est voluntatem dei vel falsis:7 ne ab ipsa quidẽ preuestigatione corporaliũ rerum atq[ue] motionũ7 sed a superstitione 7 errore prolatis. Discipulus. De fortuitis 7 fatalibus satis luculentur/quantũ epitomatis ratio admittit dissertum censeo. Sed de reliquis pauca saltem aperiri exopto. Magister. Monstra dici consuerũt ea que preter solitũ nature cursum euenire solent. Agentia eñ 7 si semper sibi similia producere conentur:nõnun[quam] tamen vel propter materie supabundãtiam/defectum/corruptionem/qualitatum disconuenientiã/aut aliquod aliud impedimentum dissimile generant:7 hoc naturales monstrum dicunt:ipsum diffinientes taliter. Monstrum est peccatum illius quod fit propter aliquid:aut clarius. Monstrum est difformitas quedam in paucioribus conueniens entibus naturalibus:eueniens preter solitum cursum nature: disconueniens illis ex quibus traxit originem:vt cum hermaproditus/aut duobus capitibus homo nascitur:ita pariformiter 7 in alijs rebus exẽpla afferri possunt. Discipulus. Monstrum igitur preter intentionem nature agẽtis generatur. Magister. Probe si de natura particulari intelligis:nam omnia talia quẽadmodum 7 fortuita 7 casualia a deo/qui est natura vniuersalis omniũ intenduntur:nec contra naturam fiunt. Quomodo est enim contra naturã (ait Augustinus de ciui. dei lib.21.ca.8.) qd dei fit voluntate? cum voluntas tanti vtiq[ue] conditoris condite rei cuius[que] natura sit:7 seipsum clariorem faciens/subiungit. Portentum igitur fit nõ contra naturam/sed contra quã est nota natura.

Monstrum

Augustinus



Discipulus. Fiunt itaq[ue] portenta ex causis naturalib[us]/sed nobis incognitis. Magister. Optime. vnde 7 lib.10.c.16.ait: Interuallis temporũ/occultis ipsius causis mundi verũtamen sub diuina prudẽtia constitutis 7 ordinatis

monstruosa contingunt: quales sunt inusitati partus animaliū. Simul itaq; et
Monstra causae per quas et propter quas fiunt nos latent: non eñ frustra fiunt. Unde
Ostenta ait monstra dicta sunt quia aliquid significando demonstrant. Ostenta: quia
Portenta ostendunt. Portenta: quia preostendūt. Prodigia: quia porro dicūt: id est fu
Prodigia tura dicūt. Unde et ex his humana ingenia nōnunq; futura predicūt. Discipulus. Quid aūt de varijs monstris/que historie in diuersis mūdi partibus: maxime autē in india esse cōmemorant? quorū quidā vnū oculum habere in fronte media: quibusdā plantas versus esse post crura: quosdam sine ceruice oculos habere in humeris: quosdā cynocephalos: id est canina capita habentes et similia innumera describūt: hoies ne sunt/et ab adam originē traxerūt?

Magi. Hec et alia monstruosa hominū genera/Aug⁹. de ciui. dei lib. 16. ca. 8. enumerat: et creatorē omniū taliū effecisse ppt decorē vniuersi/ nec errasse dici posse ostendit: et in fine cōcludendo ait: Aut illa/aut alia que de quibusdā
Idem gentibus scripta sunt/omnino nulla sunt: aut si sunt/homines non sunt: aut ex adam sunt si homines sunt.

De Miraculis. Capitulū XX Magi.

Augustinus Hec eadem que monstri noīe censent/miracula dici solent: qm̄ que raro sunt ipsa sunt mira: inquit Aug. lib. 21. de ci. c. 4. et. 8. de tri. lib. 3. ca. 2. 8. et. 10. Sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentū. et ibidē ca. 8. dicit: Unde et ipsa que in rerū natura omni-
Miraculum bus nota sunt/nō minus mira sunt: essentq; stupēda cōsyderantibus cūctis si solerēt hoies mirari nisi rara. Proprie aūt miracula sunt quoz similia a natura pduci possunt: modo tñ oīno alio. vt natura in generatione vitā tribuit: et est naturale: deus iam e mortuo corpe subito vitam refundit: et est miraculū. Et quidē magis pprie miracula sunt hec et signa si ad aliquid diuinitus annūciandū nostris sensibus admouent. Si vo aliquid fit cuius simile natura facere non potest: nec ordinē ad hec habet/mirabile dici debet: vt est humanam naturā diuine in vnitate suppositi vniri: corpus aīale putrefactū in terra gloriosum resurgere. Disci. Num miracula a pma causa fiunt? Magi. A so-
Ps. 71. d la dicente ppheta: Qui facis mirabilia magna solus scz potestatiue et prin-
Exodi. c. 7. cipaliter: nam pmissiue etiā magicis artibus fiunt. Nam et Exod. 7. Magi pharaonis ranas serpētesq; fecerūt. Disci. Sed vnde hec possunt? Magi-
Augustinus ster. Per aereas potestates/inquit Aug⁹. magice artes possunt quicqd possunt: nec ille valent nisi data desup potestate: ideo scyniphes facere nō potuerūt Pharaonis magi. Non autē solis malis deus hec permittit: sed et bonis angelis et hoibus frequēter talia agere concedit sed differenter: vti est videre per Augustinū li. 83. q 80. Disci. Cur autē deus peccatoribus angelis seu demonibus hanc potestatē dat? Magister. Respondet Aug⁹. lib. 3. de trini. ad fallendos fallaces: et ad mouendū fideles: ne tale aliquid facere pro magno desyderēt. vel ad exercendā pbandā manifestandāq; iustorū patientiā: vt patet in Iob. Consimiles rōnes assignat de ciui. dei lib. 2. c. 23. et alias addit li. 7. c vlti. Disci. Creatores sunt itaq; maligni spūs talia operātes?

Magi. Nequaq̄: nō hmōi nō de nihilo/sed preiacēti materia: corporeis scz mundi elementis in quibus occulta quedā rerum semina latent producunt: que et natura interuallis temporū pducere posset. Ipsi autem nouerunt celerrime debitas materias et causas applicare: vt idem in. 3. de trini. ca. 9. et li. 4.

et.11. luculenter declarat. Nedum autem malis/sed ꝛ bonis angelis huiuscemodi potestatē creator cōmisit: vt iā dictū est. Sꝫ quēadmodū (inquit Aug. li. 3. de tri. c. 10.) hec faciūt angeli vel potiꝰ deꝰ: quēadmodū hec faciat ꝑ angelos suos/ꝛ q̄tū fieri velit ꝑ angelos: siue sinēdo/siue iubēdo siue cogēdo ex occulta sede altissimi sui: nec oculoꝝ acie penetrare/nec fiducia rōnis enucleare/nec prouectu mentis comprehendere valeo. Discipulus. Satis sit ergo nosse omnē potentiā creatoris non ita causis naturalibus alligatā: vt preter consuetū eūdē cursum ꝛ ordinem ex eadem corporali materia ꝑ se vel ministros suos diuersos effectus cum voluerit/non possit efficere. Sed diutius expositionē harum partium definitionis nature immorati: cum dicitur: principiū ꝛ causa ꝑ se ꝛ nō s̄m accidens/totum ferme diem transegimus: breuius igitur hoc qḋ in definitione additur (motus ꝛ quietis) transcurramus.

De motu qualis res sit: ꝛ si distinguatur a termino ad quem: ꝛ declaratione definitionū motus. Capitulum XXI. Magister.

Omnibus itaq; ambagibus posthabitis/ motus naturā per definitiones venerari tēptabimus. Disci. Probe. Definitio nāq; vt in dialecticis audiui/oratio est indicans quid est esse rei. Magister. Definitio
Motus igitur (vt Aristoteli visum est) actus est entis in potentia s̄m q̄ huiusmodi .i. s̄m q̄ est in potentia. Pro vberiore aūt huius intelligētia aīaduertendum: mobile anteq̄ moueť esse ens in actu existendi) nisi eīn esset/ moueri nō posset) ꝛ in potentia subiectiua ꝛ receptiua ad actum/quē motum dicimus similiter ꝛ ad formā per motū acquisibilē. Disci. Mobile itaq; anteq̄ mouetur in duplici potentia esse videtur: scilicet in potētia ad actum qui est motus: ꝛ ad formam per motum introducendam. Magister. Optime infers. Motus 3° ph. 6.
Discipulus. Sed qualis entitas sit ille actus quē motū dicis nondū accipio. Magi. Si motū materialr̄ siue fundamentalr̄ psyderabimꝰ/forma est fluens de esse imperfecto ad esse perfectū: cuius gradus post gradum successiue in eo qḋ mouetur acquiruntur. Disci. Eadem ergo res est actus quē motū dicis ꝛ forma motum terminans? Magister. Eadem. Motus tamen dicitur dum actu fluit ꝛ gradualiter acquiritur: terminus vero motus est dum actu tota in eo q̄ mouebatur subsistit: presentibus eīn habitibus in materia cessat motus. Formaliter autem si motum accipimus: ipsum passionem successiuā esse de genere transmutationis/ex cōmentatore sup tertio physicorū: et Aristotele libro .5. cognouimus. Ab hac forma que absoluta nō est/ sed respectiua (vt in cathegorijs determinatum est) mobile formaliter moueri dicitur. Unde in motu alterationis: qui exempli gratia pre ceteris declarandus est: que diximus luce clarius patebunt: maxime autē in ea qua aqua frigida per igni calefit: aqua nāq; frigida actu quidem existit/sed in potentia est ad calefactionem: quā hic motum dicimus: ꝛ ab eadem formaliter calefieri denoīať: ꝛ ꝑ hanc ad caliditatē tendit: cuius gradū post gradū continue acq̄rit donec in ea compleatur: tunc eīn motus qui est calefactio desinit: nec aqua iam calefieri/sed calefacta siue calida a forma acquisita denominať. Ex his secunda motus definitio intelligitur facillime/qua dicitur: Motus est actus mobilis inquantum mobile. Motus pro fundamento. Motus formaliter. Auerrois Aristoteles

Quod motus non est mobile: sed est accidens in mobili subiectiue. Et de his que ad motũ necessario cõcurrũt. Ca. XXII Disci.

Plana quidem hec videntur: sed et motum quoq; siue materialem siue formalem non ipsum mobile, sed rem aliam ab eo realiter distinctam et in eadem subiectatã intelligo. Magister. Sane. Motus enĩ formaliter respectus est extrinsecus adueniens mobilis admouens: quẽ passionem formalẽ in cathegorijs diximus. Huius autem correlationẽ respectu agentis siue mouentis ad mobile seu passum actionẽ formalem docuimus: et hanc in potentia actiua imediate, et mediate in agente: illam vero in potentia passiua imediate, et mediate in mobili subiectari intelligimus. Formam vero fluentẽ et gradualiter acquisibilẽ actionẽ, et passionẽ et motũ materialẽ dicimus. Actionẽ quidẽ, dum est ab agente: passionem, dum recepta est in passum: et motum, dum in fluxu est nominamus: et hanc nõ in agente, sed passo siue mobili que pro eodem sumimus, subiectari dicimus. Disci. Motum formalem rem respectiuam de genere passionis aperte asseris: sed cuius generis res sit motus materialis nondũ exprimis. Magister. Ideo loco quo de termino ad quẽ motus disserere cepimus, motũ faciemus. Discipulus. Ad motũ igitur que aut quot cõcurrũt? Magi. Sex. videlicet: mouens, mobile, terminus a quo terminus ad quẽ: tempus et locus. Hec in dato calefactionis motu discerni possunt. Est enĩ ignis mouẽs: aqua mobile: frigiditas aque seu carentia caloris est terminus a quo: calor in aqua productus est terminus ad quẽ: mora autem calefactionẽ hanc mensurans, tempus est: mobile autem quia ens est naturale sine loco nõ est. Disci. Apertissima est hec demonstratio: verũtamen de omnibus singillatim disserere operepreciũ esse existimo.

Magi. Bene examinasti: sed paucis vt expostulas omniũ horũ intricatos nodos dissoluere facile quis poterit? Discipulus. Saltẽ cõmuniora in medium ferre haud graueris.

Ad motum requisita:

De mouente immobili. Ca. XXIII. Magi.

Afferam que memoria ex lectis et auditis reseruans exhibere dignabitur. Primũ autẽ naturã mouẽtis et mobilis: dehinc aliorũ conditiones eo ordine quo enumerata sunt percurremus. Sunt autem (vt rem ipsam aggrediamur) mouentiũ duo genera. Quoddam nãq; cuncta mouens omnino imobile pmanet. Disci. Fortasse ipsum est qđ in superioribus principiũ effectiuũ dicebas. Magi. Idipsum est: de quo et Boetius libro. 3. metro. 9. philosophice cõsolationis exclamat. O qui pp̃etua mundũ ratione gubernas. Terrarum celiq; sator: qui tẽpus ab euo Ire iubes: stabilisq; manens, das cuncta moueri Et propheta regius: Mutabis ea et mutabuntur: tu aũt idẽ ipse es. Jacobus quoq; in canonica sua ait: Apud quẽ nõ est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Sed quid aliorum eget testimonijs: qui de seipso dicit: Ego dñs et non mutor. Malach. 3. Disci. Num id rõne conuinci potest? Magister. Utiq; nõ vna, sed pluribus: vt est videre libro. 5. de trini. Augustini: similiter et Aristoteles. 8. physicorum imutabilitatẽ primi motoris inuestigare conatus est. Primũ equidem principiũ si moueretur, vtiq; ab alio: aut a seipso. Non ab alio: quia iam primũ non esset: cum id a quo moueretur

Mouens imobile.
Boetius
Ps. cj.
Jacobi. j.
Malach. iiij.
Augustinus
Aristoteles

ipsum pcederet: qd rursus quia immobile nō esset ab alio moueretur: fieretque in mouentibus et motibus pcessus in infinitū: quē philosophia respuit. A se ipso aūt si moueri dicatur: in partem per se mouentē/et partē per se motā diuidi necesse habet: et forma p motū acqrenda carebit: quod de summa simplicitate et pfectione sentire qd turpius. Omnino igitur immutabilis est: q eternus/immensus/simplicissimus/et pfectissimus esse nō dubitatur. Ab eo motum in tpe aufert eternitas/q tota simul est: motū in loco immensitas/quia vbique est: motū ad formā summa perfectio et simplicitas/qr nullius eget. Verumtā substantiā dei (vt inqt Aug. li. 1. de trini. c. 1.) sine vlla cōmutatiōe mutabilia facientē/et sine vllo tpali motu tpalia creantē tueri et plene nosse difficile est. Ideo et nos q in primis philosophie elementis versamur/id theologie reseruabimus. Dis. Optime. aliud igitur mouentiū genus percurramus.

De mouētibus mobilibus. Et qd mouēs p se: quod p accidens. Cap. xxiiij. Magi.

Extra hunc qcunque sunt: qr nō de illo/sz de nihilo facta sunt/mutabilia sunt inqt Aug. lib. 12. de ci. dei. c. 1. vñ simpliciores in rebus creatis substātie: quas philosophi intelligētias: theologi aūt spūs angelos et alas dicūt (pter eā mutationē qua ex bonis mali facti sunt: quā ibidem latius psequitur) mouentur et mouent alia. Omnes eīm si de angelis loquimur/administratorij spūs sunt: missi pter eos q hereditatē capiūt salutis: ait Apl's ad Heb. Missi aūt vtique mouentur: cum nō sunt simul in celo et in terra cū mittuntur. vt vult Damascen⁹. Mouētque eos ad qs mittuntur. sed hec q̄que enucleati⁹ exqrere theologie est: nō nostri epitomatis. Preterea igitur nōnulli celoꝝ orbes qb⁹ psunt/sine pena et fatigatione reuoluūt. vt visum est li. 7. s. Siliter z aie corpora qꝝ forme sunt/mouēt. rursus aūt celestia corpora ab intelligentijs mota/hec inferiora mouēt. Vñ et hunc mundū scz elementarē necesse est esse ptiguū latiōib⁹ supiorib⁹: vt tota xtus eius inde gubernetur. ait philosophus Meteoro. li. 1. Inter ptes aūt mūdi inferioris ptinuā z mutuā mutationē esse/qs nō facile assentiat? Dis. Nulus q sensum nō negat. Magi. Querere rationē et dimittere sensum/debilitatis est intellectus. Amplius mouentiū quedā mouent p se/qdam p accidens. Per se mouēt q non ratione cuiuscūque alterius extrinseci mouent. vt aīa corp⁹. et manus lapidē. Hec rursus biptita sunt. Quoddā eīm mouet p se primo. i. sm se totū et quālibet sui ptē: et dr mouēs principale. vt aīa mouet corpus. Aliud mouet nō p se primo ad sensum datū/sed sm aliquā sui ptē. vt hō mouet lapidē pede/et baculum manu. Dis. Mouēs p accidēs qd dicis? Ma. Quod mouet per aliqd sibi extrinsecū siue per instrumentū. vt cause superiores p inferiores: et forme substātiales per dispositiōes qualitatiuas: et vliter artifex per sua instrumēta. Discipulus. Ad mobilia pergamus.

Augustinus

Motus angelorum

Ad Heb. 1.

Aristoteles

Mouens p se

Mouens per accidens.

De mobilibus: et motu naturali aīali et violēto et huius speciebus. Cap. xxv. Ma.

Per ea que dicta sunt de mouentib⁹/facile patebit natura mobiliū. Mobilium eīm quoddam mouetur p se: quoddā p accidens. Per se moueri dr mobile/qd nō ratione extrinseci alicui⁹ mouetur. vt corp⁹

Mobile p se.

ab aia ppria. et rursus: Hor quoddā mouet p se primo. i. ſm se totū et quō
libet sui partē. vt lapis motus deorsum et ignis sursum. Quoddam ſm par
tem. vt homo sanari dicitur cuius pectus sanat. Dis. Per accidens qd mo
uetur? Mag. Quod ratione alicuius extrinseci mutat. vt homo ad motū na
Mobile per accidēs. uis in qua stat transfert. Eorum aūt que per se mouent quedam a se mouent:
quedam ab alio. A se quidem mouent quecunq̧ a principio siue mouente in
trinseco mouent. Hec eñ diuidunt in partem p se motā / et in partem per se
mouentem. Nihil aūt se mouet per se primo primitate totalitatis et adequa
tionis. patet: quia moueri per se primo primitate totalitatis conuenit toti et
cuilibet parti. et sic ad quietē cuiuslibet partis necesse est totū quiescere: pri
mitas vero adequationis denotat causalitatē motus inesse primo toti pred
se: et sic ad quietē vnius ptis nō necessario totū quiescit. cum aūt quiescere /
et nō quiescere ɔtradicant simul vni inesse non pñt: et per ɔsequens nihil idē
se primo mouet primitate totalitatis et adequationis: sed ratione vnius par
tis. vt aial in quo aia est pars per se mouens / corp⁹ pars p se mota. Anima
Mot⁹ aialis. est mouens quo corpus est mobile quo: et totū aial est mouens et mobile qd.
Et hic motus in principio et fine est remissus: et in medio intensus: et aia
lis dr. Quecunq̧ aūt sunt huius gñis mobilia / sicut seipsis sunt causa mouen
di ita et q̇escendi. vñ et nullo extrinseco ɔcurrente motū initiare ⁊ ante termi
num totalem sistere pñt: et se p cognitionē mouent motibus diuersis. Saluat
etiā per iā dictas distinctiones veritas illius vulgate ppositiōis: Oñe qd
mouet / ab alio mouet. Dis. Probe. Sz de motu grauiū et leuiū quid dicis?
Mag. Grauia et leuia similiter in partem per se mouentē scz formam substā
tialem: et partē per se motā diuidunt. Forma autē per accidentia mouet. vñ
Augustinus Aug. lib. 11. de ciui. dei. c. 28. Ita eñ corpus pondere / sicut anim⁹ amore fert
quocunq̧ fert: siue deorsum grauitate / siue sursum leuitate. Horum motus in
principio remissior est / et in fine intensus: et naturalis dici solet / quia in ipsis
passum vim ɔfert. Habent eñ naturalem inclinationē ad loca sua naturalia.
vt est motus lapidis versus centrū. Veruntñ hec qr cognitione carent / diuer
sis motibus seipsa mouere / aut ante terminū totalem seipsa sistere nequeunt:
et vt q̇busdam visum est: motū initiare sine extrinseco remouente phibens
non pñt: sed hoc forte nō est nisi per accidens. vñ grauia et leuia actu grauita
tem et leuitatē habentia et inchoatiue et continuatiue moueri pñt. De conti
nuatione dubiū non est. de inceptione vero patet si tante fuerint virtutis vt
phibēs remouere possint: vt si lapis grauis q̇escat super ligno fragili / ipm
tandem frangit et descendit. Si vero tante virtutis nō sit: vtiq̧ motum incho
are non pōt sine adiutorio extrinseci remouentis phibēs: sicut nec animal for
tissimis vinculis constrictū. Dis. Ab alio vero que per se mouent? Mag.
Motus violentus. Que a principio extrinseco mouent non conferente vim passo. vt lapis pro
iectus sursum et hic motus violentus est: quia contra naturalem inclinatio
nem mobilis. ideo est in principio intensus ab impetu impresso a mouente: ⁊
Pulsio in fine remissior impetu iam deficiente. Et horū alius est pulsio: ali⁹ tractio:
Impulsio. alius vertigo. Dis. Pulsio quis motus est? Mag. Is in quo mouens non de
Expulsio ficit ab eo quod mouet: sed toto tempore ipsum comitat. et est impulsio. Mo
Expiratio tus vero in quo mouens deficit ab eo quod mouet / expulsio est. sub qua et ex
Tractio piratio continet. Di. Tractio aūt quis motus est? Mag. Is cum ad seipm
vel ad alterum velocior fit motus trahentis: nec separat ab eo quod trahit:

nec separat ab eo quod trahitur. et continent spatesim: que est motus ensis ve lociter moti. et radiationē siue kerkesim: q̄ est motus radij textoris: continet et inspirationē. Dis. Vertigo q̄s motus est? Mag. Compositus ex pulsu et tractu. Vectione vero mobile nō per se/sed per accidens (q2 in alio) mouet. Sane ne oīa intelligis? Dis. Sane eadem vt mihi videre videor. Sz est qd̄ dubitationis scrupulum iniecit. Mag. Qd̄ est hoc? Dis. Quonā mō in expulsionis motu mouens ab eo qd̄ mouet deficere possit. remoto etenim mouente/mobile quiescere necesse est: cum nō sit a quo moueatur. Spatesis kerkesis. Inspiratio Vertigo Vectio.

Quomodo mouens est simul cū moto: que simul: separata: contigua: consequenter entia: et que continua. Cap. xxvi.

Magister

Fortiter instas. nā mouens simul esse cum moto ab Aristotele. 7. phisicoꝝ concluditur: sed huius intellectus manifestus erit si ad hec que de natura mouentiū disserta sunt/etiā que simul aut sepata dici possunt digesta fuerint. Dis. Simul igitur que dicis. Ma. quecūqꝫ sunt in vno loco proprio ꝛ adequato. vt lac ꝛ albedo ꝛ dulcedo eiusdē. ꝛ hec simultas adequationis dici solet. Dis. Separata que sunt. Mag. que in alio ꝛ alio loco sunt proprio. ꝛ hec rursus trifrale partiuntur. quedam eñ contigua: quedam cōsequēter entia: q̄dam aūt cōtinua dicuntur. Dis. Cōtigua que sunt? Ma. Quoꝝ vltima simul sunt: vt orbes celestes ꝛ elemētoꝝ regiones. Orbes nempe celestes/similiter ꝛ elemēta locis proprijs sepantur: vltima tamē coꝝ ita cōiungūtur/vt nullū sit corpus mediū. ꝛ hec simultas īmediationis noīatur. Qd̄ aūt dicitur: duo corpa dura sine medio non posse se ꝯtingere/sufficienter ostensum nō est: experiētia vero qua inter duas tabulas planas in superficie coniunctas et aque immersas humiditas reperit (que vtiqꝫ sine subiecto non est) ex eo est: quia perfecte plane nō sunt: et fortasse ars hanc perfectionē non attingit: quā tñ natura inter orbes celestes ingeniauit: ne si ibi aer vel aqua necessario mediaret/continuo motu consumeret. Dis. Facile assentio. similiter et in his inferioribus/aciem mucronis lignū sine aere aut aqua media cōtingere posse haud dubito. Ad instituta igitur reuertentes/que sint consequēter entia edicito. Magister. Consequenter entia sunt que habent se per ordinem/et eorum nullum est mediū eiusdem nature. vt domus prima et secunda. Nam etsi inter has spacium sit mediū in quo vel lapis aut lignū cōsistat/naturam consequenter entiū non tollit. verūtamen preter hoc quod sequitur consequēter ens dicitur ad precedens: et non econtrario. Si vero et hec se cōtigerint: habita dicūtur. Dis. Probe. Verunth quod querebam ex his edoceas. Mag. In omni motu mouens proximum necessario est simul cum eo quod mouetur. vel simultate adequationis. vt impetus cum lapide ꝓiecto. aut simultate immediationis. vt trahens cū tracto. Rursus mouentia et mobilia prima qñqꝫ esse separata/ꝯtigua/aut habita ex dictis manifestū est. nonnunq̄ vero sunt etiā continua. Dis. Harum definitionē nondum attulisti. Mag. Continua sunt quorū vltima sunt vnū. vt vna superficies partes corporum/et linea vna partes superficierū/et punctum vnum partes linearū continuat. In his namqꝫ terminus communis in quo partes copulantur/indiuisibilis est: ideo ita principiū vnius vt sit etiam finis alterius.


Aristoteles Simul. Separata. Contigua Consequēter entia Habita. Continua

Cõtinuũ etsi diuisibile sit in semp diuisibilia ex diuisibilibus tñ non est nec actu infinitũ. Capitulum.xxvij. Discipulus.


EX talibus igit̃ ꝯtinui substantiã integrari asseris? Mag. Nequaq̃. Illa eadem indiuisibilia in ꝯtinui cõpositione essent/vel ꝯtinua/cõtigua aut ꝯseq̃nter entia. prĩa duo dici neq̃unt. indiuisibilia eadẽ vltima nõ hñt qb⁹ se ꝯtingant: saltẽ ea pte qua indiuisibilia censent̃. vt linea in latitudine: superficies in ꝓfundo: et punct⁹ in oĩ dimẽsione. Qui si tertiũ qs affirmauerit: medium interea diuisibile aut indiuisibile ꝯcedere necesse hz. non aũt diuisibile dicet: tũc em̃ ꝯtinuũ nõ ex indiuisibilib⁹ ꝯstaret. nec idiuisibile: eo q medium ꝯsequenter entiũ eiusdem ratiõis esse nõ possit. Accedit ad hoc quod Aristo. in physicis de motu argumentat̃. Dato nempe mobili sup magnitudine cuius motus tpe trium instantiũ mensuret̃: rursusq sup eadẽ magnitudine in duplo velocius mobile voluat̃: huius mot⁹ necessario medietate dati tpis mensurabit̃. medietas aũt tpis trium instantiũ vno instante integro altero ꝫ dimidio ꝯstat sic instãs minimũ et indiuisibile in duo partit̃. ps aũt cum sit minor toto/dabit̃ minus minimo. Alijs rationibus Aristoteles p̃fatam ꝯclusionẽ affirmat. sed cũ ipsa columna mathematice discipline esse videat̃: qua lapsa totus Euclidis et ceterorum mathematicorũ labor inanis et supuacaneus appareret: eã ipsam horum basibus fulcire fortasse nõ erit inutile

Aristoteles


Euclides



Dis. Utilissimũ. Mag. Partẽ linee recte esse in sublimi/et partem in plano impossibile/Euclides libro decimo ꝓbat. Linea igit̃ recta super plano erecta/ipsum contingit aliquo quod nõ est pars eius: id aũt punctũ est indiuisibile. Preterea signet̃ quadratũ a.b.c.d. et in eodem diameter b.c. in costa quoq a.c. signent̃ duo puncta immediata de his que totã costam integrant: que sint e.g. Et rursus in costa opposita signent̃ alia duo puncta: que sint. f.h. et a punctis e.g. ad puncta. f.h. ducant̃ due linee eque distantes ipsi basi .c.d. scz e.f.g.h. iste secabunt diametrũ per quã transire necesse habent/vel in punctis immediatis/vel mediatis. non vtiq immediatis: quia sic non essent plura puncta diametri q̃ coste: et ex ꝯsequenti diameter nõ modo non esset coste assimeter .i. cõmensurabilis: sed etiam equalis: cuius impossibilitas li.6. supra. c.14. ex his q̃ habet Euclides in .x. ꝓpositione 5. et .7. demonstrata est. Dis. Quid aũt absurdi seq̃ret̃/si dictas lineas diametrũ nõ immediatis/sz mediatis punctis secare p̃missa ratione qs cõpulsus fateat̃ Mag. Id absurdũ seq̃ manifestũ erit: q aut ꝯtra positionẽ/data puncta in costa mediata fatebit̃: aut rectis lineis equedistantem ducere posse negabit: contra tredecimam primi. Sequela facile ꝓbatur: nam inter duo puncta mediata diametri signetur punctus medius qui sit. k. a quo ducat̃ linea in directum/eque distans lineis e.f. et .g.h hec secabit costam vel in puncto e. vel g. nec ratio est quare potius in vno q̃ in alio/immo in neutro. equedistantium equidem natura est: nõ concurrere sin infinitum protrahant̃ ex vltima definitione primi Euclidis.




Necessario igitur assignādus est punct⁹ medius inter e.et g.in quo linea ducta a pūcto diametri k.ɔtingat costā.a.c.sic puncta.e.g.nō erunt imediata.Dis. Jā inuenisse mihi videre videor/ quo totū id argumentū de diametro et costa infringā. Mag.Audiam. Dis.Quālibet lineaꝝ a costa in costā ductā/ diametrū non in puncto (vt asserit) sed plus q̄ in puncto ɔtingere/ ex eo videtur:q̄ non perpendiculariter/sed ex obliquo sup ipsam incidunt. Magi. Sic partē linee recte in plano et partē in sublimi esse fateberis. qđ vt premisimus Euclides impossibile dicit. Qualitercūq̄ igitur linea lineā secet/ non plus q̄ in puncto secare pōt:q2 latitudinē non habet:ex eo etiā eandem lineā simul in diuersis supficiebus ɔsistere libro sexto supra demonstrauimus. Discipulus.Memini. Mag.Rursus prefixa ɔclusio alio medio dilucidanda venit. Sint duo circuli maior b.et minor c. super eodem centro a.sint quoq̄ puncta immediata in periferia maioris circuli b. d.a q̄bus ducant due linee recte ad centrū a.q̄ necessario transibunt per periferiā circuli minoris c. hanc igitur intersecabunt vel duobus punctis/vel vno et eodem tm̄.si in duob⁹/ erunt tot puncta in periferia circuli minoris/ quot in periferia circuli maioris. sic circuli dati erunt equales:q2 habent partes numero et magnitudine equas:numero q̄dem/q2 tot puncta sunt vni⁹ quot alterius.magnitudine aūt:q2 punctus puncto maior esse nequit.Dis.Dicetur igitur datas lineas periferiā minoris circuli in eodem puncto transire. Mag.Sic linee recte a circūferentia ad centrū ducte extra centrū concurrent:quod est contra rationē et circuli et centri. aut punctū ipsius ɔcursus in periferia minoris circuli/centrū amborū circuloꝝ erit (idem eī centrū habent)qđ absurdissimū est.Rursus ducatur alia linea a puncto e.immediato puncto d.ad centrū a:vel intersecabit periferiā minoris circuli in alio puncto q̄ linea d.a.vel in eodē. Si in alio/ sequitur idem qđ de lineis b.a.et e.a.ɔclusum est.Si in eodem:igitur linee tres b.a.d.a.et e.a. in eodē puncto periferie ɔcurrunt.et ɔsequēter eadem ratione quelibet linea a pnucto immediato periferie maioris circuli ad centrū a.ducta/in periferia minoris circuli cū datis lineis ɔcurret:eritq̄ periferia minoris circuli punctus vnus:sic circūferentia equalis centro.Alia incōuenientia nō minus absurda adduci possunt ex naturis anguloꝝ et triangulorū:que breuitatis causa collibeat transire. Di.Libet.Cui eī que dicta sunt nō satis faciunt:quecunq̄ adduci pn̄t eque aut minus persuadebunt. Sed restat quod lineam ex punctis compositam arguere videtur manifestius. Sphera equidem perfecte planū non nisi in puncto tangit:hec itaq̄ super plano mota/ ipsum semꝑ in alio et alio puncto contingit:sicq̄ lineā ex punctis his compositā motu suo describit. Magi.Hec ipsa est argumentatio que partē aduersam fortius tueri visa est:sed citius dissoluetur si vna partiū que assumpta est sane intelligetur. Dis.Que? Mag.Hec Sphera motu super plano ipsum semꝑ in alio et alio puncto cōtingit. vn̄ cum hic motus sphere fiat in tempore/ sensus propositionis date est:in omni tempore sphera planum in puncto contingit:quod falsum est.correspondent eī tempus/motus et magnitudo in quātitate.sicut ergo sphera planum nō nisi in puncto indiuisibili tangere potest



ſic is contactus nō niſi in menſura indiuiſibili fieri habet. vt eſt inſtans tpis:
Verū eſt itaq; ſpheram ſuper plano motā p quolibet indiuiſibili tpis motū
eius menſurantis/planū in alio et alio puncto ɔtingere. inter quelibet autē
duo inſtantia eſt tp̄s medium. fit itaq;/vt ſicut tp̄s non ex indiuiſibilibus: ſic
nec linea in plano a ſphera in eodem tempore deſcripta.

Continuum diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia: non tamen poteſt eſſe actu infinitum. Capitulum XXVIII. Magiſter.

Ex his (vt tandem me colligā) ɔcludit: ɔtinuū diuiſibile eſſe in ſemp
diuiſibilia. qđ et Augu. diſſeruit in libro de vera religione. Diſ. In
Auguſtinus
finitū eſt igitur? Mag. Infinitū quidem potentia/non actu. Diſci.
Quare non actu? Magi. Omne continuū quantum eſt: cuius ſpecies ma-
gnitudo et multitudo cenſent: magnitudo aūt omnis figurata eſt: terminoq;
Continuū nō eſt actu infinitum
vel terminis clauditur. vt linea punctis. ſuperficies lineis. et corpus ſuperfi
ciebus. Multitudo vero omnis etſi in infinitum per additionē aut multipli-
cationē creſcere poſſit/actu tamen numerata eſt: ſaltem illi (inquit Augu9.
libro de ciuitate dei. 12. c. 18.) de quo in pſalmo canitur: Et ſapientie eius nō
Idem
eſt numerus. Oppoſito itaq; modo ſe habent magnitudo et multitudo. illa p
Ps̄. cxlvj.
diuiſionē ad indiuiſibile nunq̄ deducit/nec additione in infinitū creſcere po-
Magnitudo
teſt: iſta diuiſione ad indiuiſibilem vnitatē redigitur/et additione cremēti fi-
Multitudo
nem non accipit. ſic illa diuiſionis/iſta vero additionis potentia infinita cen
ſetur. contraria enim vis eſt numeri intellligibilis et ſenſibilis. vt inquit idē
ad Nebridiū ſcribens. Ille enim cū infinite creſcat/non tamen infinite mi-
nuitur. nam non eum licet vltra monadem. i. vnitatē reſoluere. contra ſenſi-
bilis: nam cū non ſit aliud ſenſibilis numerus niſi corporeorū vel corporum
quantitas: minui quidem infinite/ſed infinite creſcere nequit. Et ideo fortaſ-
Diuitie.
ſe merito philoſophi in rebus intelligibilib9 diuitias ponūt: in ſenſibilibus
Egeſtas.
egeſtatē. Quid eñ erūnoſius q̄ min9 atq; minus ſemp poſſe fieri? quid diti-
us q̄ creſcere quantū velis? hec ibi. Diſ. Infinitudini additionis in multi-
tudine facile q̄dē aſſentio: magnitudinis aūt in diuiſione nō oīno fidem ha-
beo. data nēpe magnitudo bipedalis/per ablationē partis pedalis et itē pe
dalis ſtatim abſumit. Mag. Non indocte de ptibus eiuſdem q̄titatis argu-
mētaris. qđ aūt de diuiſiōe ɔtinui deductū eſt/de ptib9 eiuſdē pportionis ac
cipiendum eſt. hec ſunt ea harmonia coniuncte: vt quēadmodum ſecunda pri
mam reſpicit/ſic tertia ſecundā complectit: vt cū data bipedalis magnitudo



in pedalē et pedalem ptit: et rurſus ſcđa pedalis in
ſemipedalē diuidit. ſicut eñ pedalis medietas eſt
bipedalis. ſic ſemipedalis medietas eſt pedalis: et
vbiq; pportio dupla. In has ptes ɔtinui diuiſio in
infinitū pgredit: nec poſſibile erit hanc diuiſionis
potentiā ſimul in actu eſſe deductam. ſemper enim
pars vna in alias duas medietates diuiſibilis eſt. Diſ. Erit itaq; continuo
actu infinitū: cum actu in ſe complectet partes eiuſdem pportionis infinitas
Ma. Scite infers. At vero cū he ptes actu ſimul in continuo ɔſiſtentes/actu
ſepate eſſe nō poſſint/actuale infinitū non ɔſtituūt: cuius natura eſt actu ha-

bere partes infinitas sepabiles ⁊ eiusdem molis. Et id fieri fortasse nequit: si em̄ fieret/creatura esset ⁊ corruptioni obnoxium: quia vero in eo virtus infinita/ipsum a creatore equalis virtus corrūpi nō ꝑmitteret: sic simul ⁊ corruptibile ⁊ incorruptibile esset. Ipsum aūt equalis virtutis cū creatore esse ex eo arguit. Quoꝝ excessus ad aliqđ tertium sunt equales/ipsa inter se equalia/erunt: infinitorum ad finitum excessus vtrobiqꝫ est infinitus: igitur infinita erunt equalia.

De termino a quo motus: et definitione quietis. Capi. XXIX Magister.

Ultra q̄ volebā calamus auolauit: ac pene epitomatis limites excessit: reuertar igit ad instituti tramitē celerius: ⁊ qđ restat exaret cōpendiosius. Disci. Optime: sed qđ in ꝑmissoꝝ ordine sequit/terminus a quo motus ꝑtitulatū est. Magister. Terminū a quo motus dicim⁹ a quo mobile moueri incipit quē si ꝓ primo ⁊ formali accceperimus/solā priuationē forme ꝑ motū inducēde dicit: vt motū illuminationis oculi/termin⁹ a quo est cecitas. ꝓ materiali aūt ⁊ terminū formalē cōcomitante/terminus a quo motus/denominat subiectū forma inducēda priuatū. Hic in generatione substātiali est nō ens: nō quidē simplr̄/sed nō ens in actu formali ⁊ specifico: vt materia prima in corruptione/⁊ in alijs motib⁹ est ens in specie cōpletū: vt in motu calefactionis est aqua/aer aut aliquid tale mobile/qđ in termino a quo existit ꝓprie quiescit. Quies nāqꝫ priuatio mot⁹ est ei⁹ qđ motu caret: eo loco ⁊ tempore quibus natum est moueri: ⁊ ₛm eam dispositionem qua natum est moueri.

Terminus a quo

Quies

De termino ad quē mot⁹. Ca. XXX. Dis.

Terminus ad quem motus/quid est? Magister. Forma per motū acquisibilis: cōtrariū habēs: gratia sui/⁊ nō alterius cuiuscūqꝫ motum terminans: nec aliquid eundem vel alium motum terminasse prerequirēs/sed motum per quē successiue introducitur per se finiens: vt sunt forme nō quorūcūqꝫ generum/sed forme quantitatis: qualitatis: vbi. ⁊ fortasse ab his forme substantiales non sunt omnino excludente. Et quidem de termino primo ad quem accipere premissa admonet descriptio. Nam termini concomitantes/subiecta sunt a dictis formis denominata. Contrarietatem etiam/non ea tm̄ que est inter duo positiua se mutuo ab eodem expellentia/motus requirit: sed ea qua habitus ⁊ priuatio opponuntur sufficit. Prima equidem solis/nec tamen omnibus qualitatibus competit: hanc autē in omni genere reperiri contingit. Omni enim forme opposita est priuatio: in eo in quo talis forma non est/sed esse potest. Sed alie que sequuntur in definitione particule/aliorum generum formas excludunt. Unde actio ⁊ passio qui respectus sunt extrinsecus aduenientes/in subiecto non sunt: nisi forma aliqua ab agente in passum producta motum terminauerit. Similiter ⁊ quedam qualitates ad motus aliorum introducuntur: vt sanitas ad motum humorum. Relationes autem in aliquo acquiruntur qđ omnino mutatum non est. vnde nummus (inquit Augustinus de trinitate libro quinto caplo vltimo.) potest nulla sui mutatione multotiens dici relatiue: vt neqꝫ cum incipit dici/neqꝫ cū desinit aliquid in eius natura vel forma qua nūmus est mutationis fiat.

Terminus ad quem.

Sic similitudo in hac papyro esse incipit si paries dealbatur: cui papyrus similis esse possit. plurime aũt alioꝝ generũ forme partibiliter non inducuntur. Dis. Et itidem de vbi videtur sentiendum: ni successionẽ in eo manifestius ostẽdas. Mag. Relationũ partibilitatem in subiectis earundem percipere possumus si quanta fuerint: Cum itaq; corpori locãti (qđ vtiq; diuisibile est) corpus locabile sit pħs: non totũ simul toti loco/sed pars pti/aut totũ ꝫm ptem alteri et alteri parti locantis applicatur. quapropter ipsum vbi tali successione partibiliter acquiri et ad extensionẽ sui subiecti extendi necesse est. Dis. Successionẽ igitur nõ in locante aut locato/sed in ipso respectu quẽ vbi dicimus siue locũ formalem consistere pretendis. Mag. Scite. De formis aũt substantialibus paulo post dissertabimus. nunc specierũ motus et nomina ꝛ distinctionẽ annotare libet. Dis. Probe.

De noĩbus et distinctiõe specierũ mot⁹. Et quõ augmentatio et diminutio differunt a rarefactione et cõdensatione. Ca. xxxi. Magi.

Aristoteles
Generatio
Corruptio
Motus
Subiectum.
Nõ subiectũ.

Mutatio ab Aristotele. 5. physicoꝝ trifarie partitur. Quedã nãq; est de nõ subiecto in subiectũ. et Generatio dr. altera de subiecto in non subiectũ opposita priori. et Corruptio appellatur. tertia vero de subiecto in subiectũ. et Motus ꝓprie censetur. Subiectũ aũt dicit ens affirmatiue demonstratũ. i. in actu formali ꝯstitutũ. Non subiectũ aũt ens est in potentia nõ pura/sed in potentia subiectiua: actu tñ existit in reꝝ natura. vti est materia prima. Patet igitur in quo generationẽ et corruptionẽ a motu secludit. Rursus aũt motum quẽ in quantitate/qualitate et vbi repertum asserit nominibus discriminat. Nã cum q̃ est de quantitate minore ad maiorem/augmentationẽ: oppositũ autem diminutionẽ vocat. quod q̃dem ita accipiendum est: vt in augmẽtatione cũ quantitate etiam materiã addi: et in diminutione cũ quantitate materiã diminui intelligamus. per hoc eĩn a rarefactione et condensatione differre dinoscuntur: in q̃bus nec quantitas nec materia additur aut demitur: sed eadem quantitas in rarefactione magis extenditur. et extensa per condensationẽ comprimitur. Sic rarefactio est mutatio a seipso minus extenso ad seipsum magis extensum. Et cõdensatio est mutatio a seipso magis extenso ad seipsum minus extensum. patet in lacte bulliente/ ꝛ rursus infrigidato. De augmẽto qđ in aĩatis fit/post hec tractabim⁹. Amplius motũ q̃ est in qualitate/alterationẽ: ipm vero q̃ in vbi est/ loci mutationẽ dicere ꝯsueuimus. Harũ descriptiones lib. 2. in mediũ tulimus. Sed hic de naturis alterabiliũ/generabiliũ/et corruptibiliũ latius differendum est

Augmẽtatio et Diminutio

Rarefactio
Condensatio

De naturis alterabiliũ: generabiliũ: corruptibiliũ actione directa: reflexa: vniuoca: equiuoca: et act⁹ diuersitate. Ca. xxxij. Dis.

Alterabilia

Alterabilia que dicis? Ma. Entia naturalia cõtraria/actiua et passiua ad seinuicẽ. Naturalia q̃dem sunt: vt in materia ꝯueniant. Cõtraria autẽ: vt agant et patiantur. Nihil eĩm omnino simile in simile/ nec oĩno dissimile in dissimile agit. Conueniunt igitur alterabilia in materia indifferenti ad vtriusq; formam. formis aũt diuersa sunt: vt mutua inter ea

causari possit actio ⁊ passio. Attamen nihil prohibet idem in simile specie et gradu dissimile agere: vt magis calidū in minus calidū: ⁊ hoc quidē actione directa ⁊ vniuoca. Nam actione reflexa etiam eadē qualitas seipsam intēdit: vt calor fontiū hyemali tēpore ꝓpter circūstans frigus seipm̄ fortificat. Similiter eadē qualitas in specie ⁊ gradu in materia densa/in olno simile in specie ⁊ gradu existentē in materia rariore agere pôt. Uirtus em̄ vnita fortior est seipa dispersa. Disci. In omnibus igit͛ his aliqualis dissimilitudo repe riri pôt: aut rōne circūstātis/aut materie subiectantis. Magi. Argute singula ꝑpendis. Disci. Sed si qualitates separate essent (sicuti dudum circa altaris mysteria fide tenendum docuisti) num agere ⁊ pati possent? Magi. Contrariū dicere experientia ꝓhibet. Disci. Non est igitur necessariū alterabilia in materia cōuenire: quia qualitates sepate materiā nō habēt. Magister. Actu quidē materiā non habent: aptitudinē tamen in ea cōmunicant. Disci. Uniuoca aūt quare in premissa limitatione adiectum est? Magister. Quia in actione equiuoca qua alia forma in specie a forma generantis inducitur: actiua ⁊ passiua in materia communicare necesse non est: vt cum celum agit in hec inferiora motu/lumine ⁊ influentia. Celum em̄ ph͛us imateriale credidit. In actione aūt vniuoca: qua eadem forma in specie cum forma generantis induci͛t actiua ⁊ passiua: non modo in materia cōicant/sed ⁊ actiua a passiuis repati pn̄t si virtus resistiua nō sit maior vel equalis virtuti actiue patiētis: nec per aliqd̄ aliud fortificata ⁊ in debita distantia applicata. Debite aūt applicata tunc erunt si mutuo tactu se contingunt. Disci. Tactū quid dicis? Magister. Naturarū indagatores triplicē tactum distinguere solēt: mathematicū videlicet/physicum ⁊ virtualem. Disci. Mathematicus qs est? Magister. Is quo due pluresue magnitudines se tangunt sine actione ⁊ passione naturali: sic lineā contingere sup͛ficiem/⁊ circulū circulū/spheram spherā libro sexto supra dictū est. Disci. Physicus autem tactus quorū est? Magister. Eorū quorū diuisis magnitudinibus vltima simul sunt/ipsis existentib⁹ actiuis ⁊ passiuis adinuicē: vt cū ignis tangit lignū. Indiuisibile aūt per hoc qd̄ adiectū est/diuisis magnitudinib⁹ exclud͛t: hic tactus in actione naturali ⁊ vniuoca requiri͛t. Disci Uirtualem quē dicis? Magister. Contactū non magnitudinū/sed qualitatū ⁊ virtutū/eorū que ad se agunt ⁊ patiū tur: vt cū magnes attrahit ferrum: ⁊ generaliter quo agens supra passum habet virtutē. Hic inter omnia mouentia ⁊ mota necessarius est. Cum autē tristiciam nos tetigisse dicim⁹/metaphorice de tactu loquimur. Qm̄ vero nōnunq̄ mutua actiōe ⁊ passione alterabiliū/tertiū quiddā genera͛t aut corrūpi͛t: generationis ⁊ corruptionis conditiones latius discutere fortasse non erit omnino superuacaneum.

Actio equiuoca

Uniuoca.

Reflexa

Tactus mathematicus

Physicus

De Generatione ⁊ corruptione quō differūt a creatiōe et annihilatione: insuꝑ q̄d generatio simpliciter: scd̄m quid: statim et non statim: et si in eodem composito possint esse plures forme substantiales. Ca. XXXIII. Dis.

Generationem mutationem a nõ esse ad esse: Corruptionem ab esse ad non esse libro secundo supra definieras. Magister. Probe. Hic aũt eadem repetẽda censui: vt planiora fiant. Non eñi intelligendũ est vel generationẽ a simpliciter non esse incipi: vel etiã corruptionẽ ad purũ nihil terminari. quorũ primũ creationi: secundũ autẽ annihilationi deputatũ est. Ut aũt qđ volo enucleatius accipias: duplicẽ generationẽ ab Aristotele distinctã prosequamur. Prima est generatio simpl'r: altera ꝭm quid. Disci. Generatio simpliciter que est? Magi. Generatio substantie per hanc nempe aliquid vel simpl'r esse incipit qđ prius nõ erat: vel quia per eam forma substantialis acquirit̃: ea qua res simpl'r ꝛ sine addito denoiat̃. Simpl'r eñi dicit̃ qđ sine addito dicit̃: vt cũ ex aere generatur ignis. Corruptio aũt simpl'r est per quã tale esse vel forma substantialis deperdit̃: vt cũ ignis in aerem corrũpitur. Disci. Generatio ꝭm q̃d que est? Magi. Generatio accidentis: qđ subiecto in quo generat̃ dat esse/ nõ quidẽ simpl'r: sed tale/ ꝛ ipm cũ addito denominat: vt calor via alteratiõis in aquã introduct⁹/ dat aque nõ esse aqueũ/ sed calidũ: nec dicit̃ aqua genita simpl'r/ sed aqua calefacta. Accidens aũt qđ hac generatiõe ꝓducit̃/ esse simpl'r accipit: quia qđ nõ erat generatur: habet eñi esse distinctũ ab esse sui subiecti: sed via nature extra ipm nec consistit nec generat̃: ideo nõ esse: sed in esse dicit̃. Per oppositũ de corruptione ꝭm quid sentiendũ est. Generatio vero simpl'r dicta rursus bifarie scindit̃. Quedam est eñi per quã in primã materiã substantialis forma statim introducit̃: ꝛ corruptione opposita/ omnis forma vsq; ad materiã primã rursus separat̃. Hãc Aristoteles ab alteratione distinguens ait: Generatio est mutatio huius totius in hoc totũ/ nullo sensibili manente eodẽ ꝛ subiecto: vt cũ ex aere fit ignis totus aer in totũ ignem transmutat̃: accipiẽdo totũ cathegorematice/ nõ aũt syncathegorematice: nõ eñi quelibet pars aeris in quãlibet partẽ ignis conuertit̃: manet equidẽ eadẽ materia prima q̃ prius erat sub forma aeris: nunc sub forma ignis: sed hec sensibilis nõ est: vt altera descriptionis particula explicat. Cũ igit̃ materia via nature sine formis esse nõ possit: necesse est vt corruptionẽ vnius generatio alterius subsequat̃. Hinc dici solet: Generatio vni⁹ est corruptio alterius: nõ quidẽ effectiue/ sed cõsecutiue. Tali circulationi peripatetici mundũ perpetuare conant̃: motus celestis ꝑsupposita ꝑpetuitate: de qua hic differendi locus nõ est. Alia est generatio simpl'r: qua forma substantialis nõ statim in materiam primã inducit̃: sed in compositũ ex materia prima ꝛ forma substãtiali cõmuniore: vt cũ anima corpori physico ꝛ organico vnitur. Similiter corruptio huius nõ statim vsq; ad materiã primã protenditur. Forma aũt cadaueris que in recessu anime in corpe reperit̃: nõ essentialis/ sed accidentalis est: sub qua corpus in vlteriorem incinerationẽ continuo tendit. Patet itaq; differentia generationũ ex parte subiectoꝝ ꝛ terminoꝝ. Subiectũ eñi generationis simpl'r ꝛ statim/ materia prima est: subiectũ autẽ generationis simpl'r nõ statim/ similiter ꝛ generationis ꝭm quid compositũ est. Rursus terminus partialis generationis simpliciter/ forma substantialis est: ꝛ terminus totalis totum compositum substantiale. Materia autem non generatur terminatiue/ sed subiectiue. Terminus autem partialis generationis ꝭm quid (que alteratio dicitur) est forma accidentalis: totalis vero terminus est compositum ex subiecto ꝛ accidente/ tali forma. Discipulus. Continue paulisper: nam si per generationem non statim forma substantialis

Aristoteles

Generatio simpl'r.

Simpl'r dictum

Corruptio simpl'r.

Generatio ꝭm quid

Accidens nõ est/ sed inest

Generatio statim

Generatio nõ statim

Forma cadaueris.

in compositū substantiale inducitur:eadem res duo esse substantialia/ sicut ⁊ duas formas habebit:qđ scurrili ioco simillimū esse videt. Magi. Mordatius instas:sed nodum tue argumētationis tuipse solues si distinctionē formarum ⁊ esse aniaduertere dignaberis. Discipulus. Auscultabo ꝗ̄ dilligēter. Magister. Formarū substātialiū quedā generica est:quā corporeitatis dicūt:dans esse substātiale corporeū genericū ⁊ incompletū:per quā res nullius speciei specialissime indiuiduū constituit:vt corpus organicū ante anie aduentū substantia corporea est: ⁊ vt quibusdā placet sensitiua: ⁊ sic animal sed nec homo/asinus/leo ⁊ sic de alijs speciebus aialis. Alia est forma substātialis specifica dans esse substantiale specificū completū:per quā ⁊ res certe speciei specialissime ascribit. vt anima rōnalis adueniens corpori organico ipsum humane speciei subijcit. Discipulus. Unius ergo cōpositi plures formas substantiales esse astruis:a quarū vltima esse tm̄ completū specificū et ab alijs distinctū accipit. Magister. Idipsum dicere volebam. Hec autem forma generica/quā ⁊ corporeitatis formā aiunt/partiales formas partiū: vtputa sanguinis/ossis carnis ⁊ similiū complecti videt:⁊ in solo composito animato reperit. Disci. Eam negare amplius haud rationi consentaneum videtur. Idem nempe corpus animalis qđ erat: viuo etiam post anime discessum video:magis autem hanc identitatem ex accidentibus eisdem que viuo inerant/⁊ iam quoq; manent deprehendo. vtputa cicatricem eandem: nec illa materie prime immediatius inherere facile crediderim: ne vel compositioni prime secundā pferamus:aut substantiā nō omnino accidenti priorem fateamur. Magister. Pluribus hec positio argumentis/tum naturalibus/ tum theologicis obfirmari posset. Terminū equidem transubstantiationis in altaris sacramento materiā primā/aut etiam accidentibus solum affectā quis tute affirmabit? Quis idem corpus christi/qđ assumpsit de gloriosa Maria virgine:qđ pependit in cruce/iacuit in sepulchro ⁊ ad dexteram patris conscendit:contra determinationē sancte matris ecclesie negabitur? c.omnia cū sequentibus de ↄse. dist. 2. Uerūtamen quia in parte aduersa defensores sunt acerrimi/cum quibus non hic confligendi locus est:qđ restat theologie reseruantes/vnde digressi sumus celerius reuertamur. Discipulus. Optime.nā superest quod fortius me angit cuius determinationi hic locus conuenietissimus videtur. Magister. Age paucis edicito qđ habes.

Forma generica.

Forma specifica.

Unde forme producantur opiniones diuerse:et quid intersit inter creare ⁊ actionē nature. Capitulū XXXIIII Disci.

Unde forme pducunt.

Opinio platonis.

Ex quo/a quo/aut quanta sit mora inductionis forme substātialis nōdum ex dictis colligere possum. Magister. Amplissimum huius dubietatis campum lustrare operosum est: in quo nimirū multorū phoꝝ agmina diuerso calle incedere conspiciunt. Primo occurrit platonicorum caterua:asserens ab intelligentijs omnium formas descendere: ⁊ ꝑm merita ⁊ dispositiones materie/alijs nobiliores/alijs imperfectiores infundi. Hinc summum deorum ad conditorios deos siue intelligentias loquentem inducit. Horum sementem ego faciam: vobisq; tradam: vos autem exequi

Lib. causarū ꝓpositiōe. ix. par est. Hinc ꝛ in libro causarū dictum aiunt: Omnis intelligentia est plena formis: qḋ tamen de speciebus rerū ipsis concreatis accipiꝫ ex eo qḋ ibidem sequiꝫ. Ex intelligētijs sunt que continent formas minus vniuersales ꝛ ex eis sunt que continent formas plus vl̄es. Rursus autem ad formas vl̄es separatas/quas cōcedit ꝑpetuas ꝛ principiū scientie ꝛ generatiōis/cetere forme in generatis fieri habent: sicut calcei formanꝫ ad paradigma ligneū: qḋ tamen extra calcei essentiā manet: hoc est qḋ aiunt vniuersale ante rem: forme autē materie impresse vl̄e sunt in re: a quibus tertiū ꝑ abstractionē accipiꝫ qḋ vl̄e post rem appellari solet. Alterius ꝓgrediētes aduentūt qui formas omnes

Uniuersale in re/post rem/ꝛ ante rem

Opinio Anaxagore. in materia latitare/ꝛ actione efficientiū causarū in ꝓpatulū ꝓdire autumāt: ad hunc sensum Anaxagorā quodlibet esse in quolibet scripsisse aiunt. q̄uis ꝛ id habere videaꝫ longe pregnātiorē intellectū: quē hic relatū iri locus non est.

Tertia opinio. Sequūtur qui nō omniū formas in singulis latere: sed singulas in singulis nō quidem in esse expleto/sed in rationibus seminabilibus esse fatenꝫ. Id fortasse nō oīno extraneū erit ab his que diuus Augustinus li. 3. de tri. disseruit/dicens: Omniū quippe rerū que corꝑaliter visibiliterq́ nascunꝫ/occulta quedā semina in istis corporeis mūdi huius elemētis latent. Et paulo post: Quoniā quecūq́ nascēdo ad oculos nostros exeunt/ex occultis seminib⁹ accipiunt ꝓgrediēdi ꝑmordia: ꝛ incremēta debite magnitudinis: distinctiōesq́ formarū ab originalibus tanq̄ regulis sumunt. Et suꝑ Gen. ad literā. lib. 5. et. 6. late eandē sententiā explicuit: ꝛ nos lib. sequēti cū de origine rerū agendum venit hec diffusius tractabimus.

Aug⁹. de tri. li. 3. ca. 18.

Idē lib. 5. et 6. suꝑ Gen.

Quarta opinio. His a tergo sequūtur: qui quidē rōnes seminales in animatis cōcedunt: sed nec ex illis/aut eorundē formis generati formā nasci admittūt necessarias aūt esse vt materiā disponant ꝛ ad recipiēdum determinatā formā habilitent: qḋ in ceteris que anima carent necessariū non est: cum ex natura sua ad vnam ꝛ eiusdem speciei formā introducendā coartata sint. Sed nec hic de aīatis tractatū immisceri expedit.

Opinio Aristotelica. Cōmunem sententiā peripateticoꝝ teneamus: qui formas naturales/per agentia naturalia de materie potentia educi affirmant. Disci. Ex materia igitur fit forma: aut ex alio quod in materia preexistit? Magister. Ex materia fieri formā/cōditiones ꝑncipiorū ꝓhibent: ꝛ simplicitas forme. Disci. Ex alio igiꝫ in existēti generanꝫ. Magister. Id oīno inficiari nō possunt/qui de formaꝝ inchoatione sentiūt. Ceteri vero nec ꝑexistenti aliquo forme essentiā ꝓcedūt.

Idē ca. 8. et. 9.

Disci. Ex nihilo igitur est. Magister. Ad sensum illum/q: nō aliqua res est ꝑexistens forme essentiā integrās: nec ob id creari diceꝫ (qḋ nō agenti naturali: sed soli deo appropriaꝫ: vti Augustinus loco quo supra deducit) Hoc enī inter actionē naturalē ꝛ creationē interesse videtur: q̄tum ad p̄sens sufficit: vt illa sine subiecta materia in qua fiat esse nō possit: hec autē nullo p̄supposito fit ab eo qui simul omnia cum nō essent oriri iussit. Educere igitur formam de potentia materie est in educendo materiā forme receptiuā ꝑexigere. Sed hoc ꝓblema relinquētes/que restant sub breuitate ꝑcurramus.

Creare et actio nature

Si generatio possit dici ꝓprie motus. Et si introductio forme substantialis sit successiua: aut forma gradibus essentialib⁹ distincta: Capitulum XXXV Discipulus.

NOndū si vel instantanee aut successiue forme fiat inductio siue edu-
ctio dissoluisti. Magister. Rursus operosam rem aggredi cona-
ris: non attendens quia ad finem non peruenit/ qui omnes q̄ͦ con-
spicit sequitur calles: celerius igitur q̄ͦ queris discutiamus. Disci. Probe.
Magi. Qui formarū substantialiū esse in indiuisibili cōstituūt/ eas simul to- Formarū sub
tas subito generari fateant̄ necesse est: nisi recipiētis vel agētis diuersa cōdi- stantialiū in-
tio/ morā causet: Alteratiōes tñ ꝑuias ⁊ dispositiuas/ successiuas omnes cō- ductio siue ge
cedunt. Positionis huius argumentū ex eo sumit̄: ꝙ substātia magis ⁊ min⁹ neratio.
nō suscipit. ꝯm traditionē Aristotelis in cathegorijs. Et Porphyrius: Esse Aristoteles
inquit vniuscuiusq̄ʒ est idem nec intensionē nec remissionē suscipiens. Preter Porphyrius.
hos sunt nō contemnēde auctoritatis philosophi ⁊ theologi: qui formas sub
stantiales in esse quidē quiditatiuo indiuisibiles astruūt. nam vt sic numeris
assimilant̄. 8. methaphy. rerū species. Sicut eñi numeroꝝ species per adie-
ctionē vnitatis variant̄: vt de ternario fit quaternarius adiecta vnitate: sic
rerū quiditates per additionē alicuius q̄ͦ potest esse pars quiditatis speciē
mutant: vt rationalitas adueniens animali/ de genere facit speciē specialissi
mā. s. hominē. In esse aūt indiuiduali formis graduū latitudinem assignant:
ꝯm quos ipsas magis ⁊ minus suscipere palam est. Id Auerrois de formis Auerrois
elementoꝝ cōcessit lib. 2. de celo ⁊ mundo. Idem articulus quondā parhisius Articulus
condēnatus habere videtur: cuius tenor est talis. Item ꝙ incōueniēs est po- parhisiensis
nere aliquos intellectus nobiliores alijs: quia cū illa diuersitas nō possit esse
ex parte corporū: oportet ꝙ sit ex parte intelligentiarū: ⁊ sic aīe nobiles et
ignobiles essent necessario diuersarū specierū: sicut intelligentie. error: qꝛ sic
anima christi nō esset nobilior anima iude. Hanc ꝑfectionē prime positionis
defensores/ nō in substantialibus/ sed accidentalibus: saltem spūalibus ⁊ cō-
naturalibus intelligendū aiunt: sed cum he ꝑfectiones quantecūq̄ʒ fuerint di-
uersarū specierū animas reddere nō possint: articulū de talibus nō esse posi-
tum ex tenore ipsius manifestū est. Q̄ͦ vero pro improbatione graduū sub-
stantialiū in mediū fertur (quia cū quilibet gradus anime esset anima/ in vno
homine essent aīe multe/ voluntates multe: quarum vna mereri: altera simul Scotus.
demereri posset) facillime ex his que Scotus habet lib. j. dist. xvij q. vltima
dissoluet̄. vbi ait gradum indiuidualē nec esse quidditatē: nec partem quiddi-
tatis: sicut nec differentia indiuidualis ⁊ quecūq̄ʒ conditio indiuidualis. Ma
nifestat hoc in ternario: cuius si vna vnitas intenderet̄: ꝯm aliquē gradū indi
uidualem ternarius augmētaret̄: non autem mutaret̄ species/ nec plurifica-
rentur vnitates. Non igitur gradus res est ea cuius est: sed realitas eiusdem:
sicut nec differentia indiuidualis. Non igitur ab re determinatum est per
articulum premissum: eos errare qui gradus huiuscemodi id cui adueniunt
[.] aliam speciem transferre opinati sunt. Discipulus. Sicut ergo Ioannem
non duos homines dicimus: propter naturam specificam ⁊ gradū indiuidua
lem: sic nec vnam substantiā plurificari intelligendū est ꝓpter plures gra-
dus ꝑfectionales. Magister. Etiam. Sed in illis hoc interest: ꝙ differētia
indiuidualis contrahit naturā ad esse hoc: gradus autē indiuidualis eam ꝑfi Sap. x[i]. d
cit. Et tam differentia indiuidualis q̄ꝫ etiam gradus vnum per se cum natura
constituit. Sed hec enucleatius discutienda relinquamus his qui in prima
philosophia ingenia habent exercitata. Discipulus. Facile ego graduum
latitudinem in formis etiam substantialibus crediderim: cum cuncta in nume

ro/pondere ꝛ mẽsura creata facris eloquijs proditũ fit. Magister. Cõmodissimũ affers testimoniũ. Sic eñ numerus/pondus ꝛ mensura in singulis librata sunt: vt nec duo omnino equalia repiri possunt. Discipulus. Ad opposita de susceptione magis ꝛ minus: item de intensione ꝛ remissione esse rerũ ex dictis sufficienter responsum est. Formarũ simplicitatẽ obijcere volebam: nisi que in pncipio huius ca. de forma digesta sunt/memoria exhibuisset contuẽda. Sed nondũ qd querebã de mora inductionis forme substantialis manifestũ est. Magister. Uerũ quidẽ: nam id etiam apud eos qui gradus concedunt in dubium versum est: pſertim si huiusce inductio fiat ab agente naturali: nam virtutem diuinam has formas inducere in instanti palam est: cum omnes cause successionis ex defectu agentis contingãt: qui in deo locũ nõ habet. Sic Scotus formã corporis in resurrectione nouissime diei virtute diuina in instanti induci concessit. de eo autẽ qd tu inquiris ita ait: Si forma substantialis posset successiue induci (qd aliq negãt.) Disci. Num iam dictum est causas successionis principalius accedere ꝓpter agentis defectũ? Magister. Et adde ꝓpter partes forme inducende: aut subiecti recipiẽtis: quaꝝ vna prius recepit formã q̃ alia. Discipulus. Placet. Cum igitur in formis sint partes graduales: nihil ꝓhibet/agẽs naturale debilius huiusce formas inducere successiue. Magister. Illo concesso quid inferre conaris? Disci. Generationẽ ꝛ corruptionẽ esse motus: in his eñ sufficiens cõtrarietas/vt visum est: ꝛ terminus partibiliter ꝛ successiue acquisibilis ex iam illatis: quid igitur obstat quo minus motus dici possint? Magister. Id qd Aristoteles quinto physicoꝝ adiecit dicẽs: motũ esse a subiecto in subiectũ: generationẽ autẽ a nõ subiecto/ꝛ corruptionẽ ad non subiectum. Discipulus. Memini id in prioribus vẽtilatum esse. verũtamen nec hoc omnem generationẽ ꝛ corruptionẽ a motu separabit. Magister. Quã non? Disci. Generationẽ ꝛ corruptionẽ nõ statim: in quibus vterq terminoꝝ est subiectũ: id est ens ex materia ꝛ forma compositũ: vt videre est in generatione ꝛ corruptione asini: si anima eius ab agente naturali induceret. Magister. Dum singula limatius pquirere conaris/nos in processu preter epitomatis leges tardas: facile autẽ tibi indultum iri/ꝑcupidus tuus sciendi animus ꝑsuadet. Disci. Ceteris igitur postergatis/tempus videamus. nam ꝛ illud motus naturam consequi premissorum ordo testetur.

Formarũ substantialiũ inductio fit in instanti.

Scotus li. 4. dist. 3. q. 5.

Generatio et corruptio proprie sũt mot⁹.

Aristoteles

Tempus si sit motus: vel res alia: p opiniones multas ventilat. Ca. XXXVI. Magi.

Motus rerũ tẽpus consequi: diuus Augustinus li. 12. confessionũ insinuat dicens: Rerũ mutationibus fiunt tẽpora dum variant ꝛ vertuntur species. Sed circa explicationẽ entitatis tẽporis multorũ desudauere ingenia. Quidã nãq tempus primũ mobile dicebant: ↄtra quos Aristoteles li. 4 physicoꝝ aiebat: Dicere tẽpus esse vltimã spheram/stultius est q̃ de tpe ↄsyderare impossibilia. Cum eñ vltima sphera substantia sit ꝑmanens cuius oẽs ptes simul actu existunt: tempus esse nequit/cuius esse successiuum est omnes partes simul actu nõ admittẽs. Fuere plures alij nõ minus a tramite pħie exorbitãtes: quoꝝ positiones silẽtio trãsire libet. eorum autẽ qui ẜm pħiam locuti sunt de tpe. Quidã ipm rem absolutã ꝛ successiuã de genere quãtitatis asserũt: cũ ꝛ Aristoteles tempus per se quantitatẽ

Aug. li. 12. cõfessionũ.

Opiniones de tẽpore.

Aristoteles

libro.5.metaphysice dicat. Alij tempus quidem rem realem ꝛ successiuā concedunt: sed ab entitate motus realiter non diuidunt. Unde ꝛ Auerrois.4.physicorū. Motus diuisus per duo instantia tempus est. Aristoteles autem nōnullis rōnibus probare conatus est tempus nō esse motū. Et Aurelius lib.xi. confeß. Nemo inquit mihi dicat celestiū corporū motus esse tempora. Inter has confligentiū turmas: tertij sese interponentes subtili distinctione/ ꝛ tempus esse quantitatē/ ꝛ motum saluant: ꝛ quid vltra addat ostendunt. Est autē distinctio hec: vt paucis me absoluā. Motus accipi potest primo materialiter/ pro forma fluēte partibiliter acquisibili: sic est in eodem genere cū termino ad quē motus. Secundo accipi solet formaliter/ pro transmutatione successiua de genere passionis. Tertio accipi potest pro successione siue duratione: siue pro quantitate successiua transmutationis passiue. assimulatur autē hec quātitas linee in hoc: ꝙ solum in longitudinis extensione diuiditur. Hāc ipsam quantitatē a philosopho quinto metaphysice tempus appellatam voluit. Hanc etiā Auerrois per duo instantia diuisam/ tempus affirmat. Manifestum itaꝗ ex his/ tempus a motu primo ꝛ secūdo realiter distare: ꝛ cum ipo tertio modo accepto in idem conuenire. Qui autem tempus omnino cum motu coire contendunt: sicut duplicem motum: vniuersalem scꝫ qui est primi mobilis: ꝛ particularem aliarum rerū: sic ꝛ tempus vniuersale ꝛ particulare diuidunt. Sic enim dicit durationem motus intrinsecam cuiuslibet forme in mora existentis. ꝛ vt Augustini sententiam cum reuerentia (vt decens est) declinent: addunt tempus vniuersale non esse motum particularem: nec econuerso tempus particulare motum vniuersalem. vnde Augustinus vbi supra: Cessante motu celi/ rotam figuli moueri/ longas breuesꝗ syllabas proferri posse/ et horum gyros ꝛ sonos tempore metiri astruit: ꝛ ibidem. Cuiusdam voto cum sol stetisset ꝛ victor Josue prelium perageret sol stabat: sed tempus ibat: per suum quippe spacium temporis/ quod ei sufficeret illa pugna gesta atꝗ finita est. Sunt tamen qui tempus vltra entitatem motus nihil preter rationem mensure addere intelligunt: et particulares motus vniuersali stante: non tempore actuali (quod vtiꝗ tunc non est) sed potentiali/ sicut ꝛ celi quietē demetiri posse asseuerāt. Discipulus. Singulas quas de tempore opiniones commemorasti alta mente reposui: te autem cuinam harum assentire/ aut quam rem tempus dicere velis hianter expecto. Magister. Augustinus cum esset tanta acrimonia ingenij preditus/ vt omnes liberales artes/ nullo hominum tradente intelligeret: vt in quarto confessionum libro de seipso refert: enigma hoc enodare cupiens/ ibidem libro vndecimo in hec verba prorupit: Tempus si nemo ex me querat/ scio: si querenti explicare velim/ nescio. Nouit nimirum extensionem quandam esse tempus: sed qualis et cuiusuis entis esset sufficienter explicare non potuit. Hinc rursus ait: Exarsit animus meus nosse istud implicatissimum enigma: ꝛ interim: Confiteor tibi domine me ignorare adhuc quid sit tempus: libet itaꝗ magis idem cum eodem replicare/ ꝙ aliquid temere affirmare. Nam si in superficie verborum veritas comprobanda esset: quelibet premissarum positionum defendi/ ꝛ ad alterius obiecta posset responderi. At vero si tempus ſm completam rationem sine anima possit consistere: ex definitione eiusdem manifestum erit.

Auerrois
Aug⁹. lib. xi. confeß.
Tēpus nō est motus.
Motus tripliciter accipit
Aristoteles
Augustinus
Josue.x.
Augustini acrimonia
Augustinus

Definitio temporis explicatur: numerus triplex distinguitur. quomodo tempus motum mesurat: et si tempus sine anima esse possit. Cap. XXXVII. Discipulus.

Tempus Aristoteles
Numerus triplex

Tempus motum mensurat

Tps sine aia non est.
Discernere
Aristoteles
Augustinus

Hanc igiẽ quantocyus exponas. Ma. Tempus vt Aristoteles aiebat: est numerus totus ẽm prius et posterius. Numerus aũt in triplici differentia describiẽ. Est enim numerus quidam numerans. et est anima. Numerus quo numeramus. vt binarius: ternarius ꝛc. Et numerꝰ numeratus. et sunt res quas numeramus. vt lapides aut boues. Hic rursus si motus fuerit/poterit et alia numerare siue metiri/saltem reduplicatiue. vt pars baculi numerata et vlna facta aliquoties replicata/totam ignoti alicuius panni quantitatẽ notificat/numerat et mensurat. Sic tps si numeratum fuerit motum mensurat. vt si scire volueris quantus sit motus quo codicẽ aliquem legendo transcurrere possis: ipsum parti tpis note/vtputa hore applicas: qua aliquotiẽs repetita/totũlectionis motũ deprehendis. Dis. Palã loqris. Sed tps a q̃ mensuraẽ et notificaẽ? Ma. Tps inqunt/a suis ptibꝰ q̃ sunt prius et posterius: et nunc iterato notũ fit: prius aũt et posteriꝰ in tpe sunt a priore et posteriore in motu: q̃ rursus sunt a pore et posteriore magnitudinis et mobil'. Verũtñ cũ priꝰ et posteriꝰ sine discretiõe eẽ nõ possint: oĩs aũt discretio numerũ includit: et ab aĩa est: ipsam q̃q; sine aĩa esse nõ posse necesse est. Discernere equidem est diuersa videre: et vnũ non esse aliud cognoscere. Hinc et Aristoteles tempus sine anima non esse argumentaẽ. Idem et diuus Augustinus sentire videẽ. Sed hec missa facientes: alia percurramus

De nunc temporis quid sit: si vnum tm̃ in toto tempore sit. Cap. xxxviij. Disci.

Nunc
Aristoteles
Nunc non est pars tpis

Restat vt q̃d per nunc tpis insinuare velis edoceas. Magi. Nunc siue instans tpis inquit Aristoteles: est mensura eius quod ferẽ. ẽm q; fertur. Id est. nunc est mensura mutati esse in motu mobilis. Sicut enim totus motus toto tpe metiẽ: sic indiuisibile motus quod est mutatũ esse/indiuisibili tpis notificaẽ. Dis. Nunc igitur cũ indiuisibile sit/pars tpis esse nequit: ex his q̃ de natura ꝯtinuoꝝ digesta sunt. Similiter et mutatum esse pars motus nõ est. Mag. Scite. vñ sicut punctus in linea/ita nunc in tẽpore/et mutatũ esse in motu sunt. Disci. Infinita igiẽ sunt? Mag. Eo modo quo supra. Dis. Quõ ergo acciptẽdum erit: qđ Aristotelem vnũ et idem nunc ẽm substantiã/sola ratione differens in tpe ꝓbare conatũ aiunt? Ma. Fortasse eo sensu: vt vnũquodq; nũc de pluribus ꝯsideratũ ẽm se/ idem sit in substantia: ꝯsideratũ vero ad partes tpis: preteritam scʒ et futurã quas continuat/ratione distinguiẽ. alia enim ratione est finis preteriti: alia initiũ futuri. Sic et de mutato esse in motu. Dis. Num et id sustineri posset quod dicunt: nunc vnũ et idem suo fluxu in continuũ causare tempus. Magi. Nequaq̃. Sicut nec ex fluxu puncti in longũ linea: nec ex fluxu linee in latũ supficies: nec ex fluxu supficiei in ꝓfundũ corpus generaẽ. ꝯtinua eñ ex indiuisibilibus esse nõ possunt. attamẽ illis imaginationibus manuduci ꝯsueuerunt ea ingenia que mathematicas entitates intelligere nequeunt.

De Euo et eternitate. Cap. xxxix. Ma.

Preter tempus aũt (quod est mensura motuũ: et eoꝝ que dum actu manent / habent existentiã variabilem) ponit euum: quod est mensura eoꝝ q̃ dum actu manent habent existentiã inuariabilem / aut saltẽ non variatã. sicut sunt angeli et intellectiones eorũdem / et cetere substãtie create. At vero euum realiter ab angelo non distinguitur: nec nunc eui ab euo realiter separatur. Est et tertiũ quod soli deo attribuit: et eternitas dici solet. Dis. Eternitas quid est? Mag. Eternitas (vt inquit Boetius li. 5. philosophice ꝯsolationis prosa sexta) est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. Dicitur aũt perfecta possessio: vt excludat dependentiã et participationẽ. omnino enim deus independens est nullius particeps. de cuius plenitudine omnes accepimus. Et addit, tota simul: vt successionẽ semoueat Successio nempe in eo locũ habere nequit q̃ semper est: nunq̃ defuit: nec aliquando deerit: apud quem etiã / vt Jacobus testatur / non est transmutatio: nec vicissitudinis obũbratio. De eo aũt ſm nos (inquit Aurelius) bene dicitur / fuit: quia nunq̃ defuit: erit / quia nunq̃ deerit: est / quia semper est. Unde sequit in diffinitione: vite interminabilis. solus enĩ (vt inquit apl's) deus habet immortalitatẽ: sꝫ de his tractatũ vberiorem theologie reseruare equum est. Dis. Breui igitur sermone locũ percurramus. quẽ inter ea que ad motum concurrunt / vltimo ordine commemorabas. Euum Eternitas Boetius. Job. 1. Jacobi. 1. Augustin⁹ super Johannẽ 1. Timot. v.

De loco et eius speciebus. de Uacuo. quõ corpalia in loco sint: ⁊ si idẽ corpus simul esse possit in diuersis locis: aut duo corpora in eodem loco. Capitulum XL. Magister.

Locum Aristoteles definiens ait: Est vltima superficies corporis cõtinentis immobilis primũ. vt est superficies concaua aeris circũdantis me. et hec q̃dem est loc⁹ materialis. Formalis aũt est respect⁹ fundatus in locãte et terminatus ad locatũ: queãdmodum in cathegorijs visum est. Dis. Immobilitatem aũt loci qualem intelligis? Magi. Eam q̃ motui locali opponit. Si enim locus moueret localiter per se vel p accidẽs ipsius esset alius locus: et rursus ipsius alius in infinitũ. Insuper et quiescẽs moueret: cum circa ipsum locus localiter mutaret. moueri enim localiter / est successiue alium et aliũ locum habere. Mobilis tñ est loc⁹ corruptiue per accidens ratione subiecti. veruntñ qui succedit est idem priori: non per realem identitatẽ: sed equiualentiã / per comparationẽ ad motũ localem. sic fit vt q̃ localiter est immobilis / ſm equiualentiã est etiam incorruptibilis. Disci. Loci si que sint species subiungito. Ma. Locus in ꝓpriũ et communẽ diuiditur. Dis. Proprius q̃s est? Mag. Qui ſm se et non ratione alicuius contenti in eo / continet tñ vnum locatũ cui adequatus est. vt superficies aeris circũdantis me. Dis. Adequatũ cur dicis: cum locans necessario locato maius sit? Mag. Corpus locans quidem maius est locato: non aũt superficies locantis que locus dicit: hec enĩ cum spissitudinẽ non habeat / addita locato non maius facit. Dis. Locus cõmunis qui est? Ma. Qui continet loca Locus Aristoteles Locus ꝓpri⁹ Locus cõis

ta plura: nō ſm ſe/ſed ratione locoꝝ ꝓpꝛioꝝ in eo cōtentoꝝ. ſic celi vltima ſupficies locus eſt oīm. Veruntñ diuerſitatē eſſendi in loco nullatenus ſilentio pterire opoꝛtet. non eñ oīm idē eſt modus eſſendi in loco: aliter eñ coꝛpoꝛalia: aliter ſpiritualia in loco dicimus. Diſ. Coꝛpoꝛalia qualiter? Ma. Circūſcriptiue ſiue cōmenſuratiue: talia eqdem cū quanta ſint/ita a ſupficie ſimiliter quanta coꝛpoꝛis locantis circūſcribunt/ vt totum locatū toti loco cōmenſuret: nec tñ totum cuilibet parti/ſʒ pars locati parti loci. ita determinate vt (ſicut diximꝰ) locus locato ſit equalis. Quia vero locata coꝛpoꝛa naturalia ſunt: in locū ꝓpꝛium naturaliter ferunt: in quo et quieſcunt et ſeruantur: ob virtutē quandā naturalibus locis a celeſti harmonia inſitā: in aliena aūt loca non niſi cū violentia mouent/et detinent. plana ſunt hec in grauibꝰ et leuibus: quoꝝ alterū naturaliter deoꝛſum/ ſurſum alterū fertur. Diſci. Num coꝛpus huiuſcemodi ſine loco eſſe poſſet: aut locus ſine coꝛpoꝛe? Ma. Poſſet vtiqꝫ virtute diuina: ſi deus aliquod taliū extra celum crearet: vbi locus non eſt: aut in celo annihilato aliquo coꝛpoꝛe ſpaciū vacuum relinqueret. Vacuū enim dr̄ locus nō repletus coꝛpoꝛe: aptus tñ repleri. id natura creata tantū abhoꝛret/vt grauia ſurſum fieri concedat: ne vacuū fiat. patet in aqueductibus. Sic et in clypſedra ſuperioꝛe foramine obſtructo aqua per inferioꝛa non effluit: ſed ſuſpenſa detinet donec aer ſuperioꝛe aperto foramine ſubeat/et locū aque repleat. Diſci. Ita eſſe experientia didici. Sed dic queſo vnū ne coꝛpus pluribus in locis eſſe pōt? Mag. Imaginatio que locum et locatū facile ſegregare nequit cōtrariū clamitat: quod etiā multi aſtruere conati ſunt. Doctus aūt Hugo de ſancto Victoꝛe li. de ſacra. parte. 8. c. 2. id omnipotentie dei nō adimit/dicens: Qui fecit vt vnū coꝛpus eſſet in vno loco/ fecit quō voluit: et ſi aliter voluiſſet/aliter facere potuiſſet. Ratiōis huiuſcemodi poſſibilitatē ꝓbantes ſi libet/a Scoto lib. 4. diſ. 10. requiras. Nōnulli etiam quod de ſancto Ambroſio legit in teſtimoniū aſſumunt: qui dum Mediolani ſacris altaribus aſſiſteret: ſimul etiā ſe turone exequijs. s. Martini interfuiſſe teſtatus eſt. Diſ. Difficillimū hoc videtur intellectu. ſimul enim tale coꝛpus in vno loco calefieret/in alio frigefieret: in vno cibaretur/in alio eſuriret: in vno ſanum perſiſteret/in alio egrotaret: in vno viueret/in alio deniqꝫ moꝛeret: in vno cōburi poſſet/in alio ſaluari. Sic ſi alimentū diuerſis ſimul in locis eſſet: ſimul ab homine et cane ſumeret: ſimulqꝫ foꝛma hominis ⁊ canis infoꝛmaret. que omnia ꝙ abſurda ſint nemo eſt qui neſciat. Magi. Abſurdiſſima ſunt: ſed ad poſitionē eiuſdem in diuerſis locis minime ſequūtur. pꝛius quippe eſſentialiter ad variationē poſterioꝛis non mutat. Quecūqꝫ igitur abſoluta coꝛpoꝛi adueniunt in hoc loco/eidem inerunt ipſo ſimul cōſtituto in loco alio. vñ ſi hic comedit/alibi non eſurit: ſi hic ſanū eſt/alibi non infirmat: ſi hic viuit/alibi non moꝛit. et ſic de alijs. Q; ſi cōtraria agentia in diuerſis locis patitur: vtputa hic ignē/alibi frigus: idem fit ac ſi illa coꝛpoꝛi in vno loco tm̄ exiſtenti applicarent: nam ab vtroqꝫ patitur. niſi alterū alteri foꝛtitudine ſua impedimento fiat. Sic parifoꝛmiter dicendum de alimēto in diuerſis locis ab homine et cane comeſto. cuius enim ſtomachus in digerendo foꝛtioꝛ inuenit plus de cōmuni alimento accipit/ſi equaliter ſumunt: quēadmodum ſi duo ſtomachi in vno eodemqꝫ loco eſſent. Diſ. Illud ne poſſibile videtur? Magi. Poſſibile. Replere enim locū effectus eſt conſequens dimenſiones. effectus aūt cum alius ſit a cauſa/poterit per diuinā potentiā

Quō coꝛpoꝛalia ſunt ī loco.

Vacuū qd ſit.

Hugo

Scotus

auferri causa manente. quemadmodum scriptura testatur factum in igne/ qui proiectis in se tribus pueris nihil molestie intulit: nec illos contristauit: quam quantum ad illos deus calefaciendi vim suspendit igne permanente. vnde ignis ministros regis quos reperit ante fornacem qui eam incenderunt combussit. Danielis. 4. Di. Scripturis assentior facillime. proferas igitur ex his testimonium de coexistentia duorum corporum in eodem loco: et satis mihi factum de hac re fatebor. Ma. Mariam virginem in partu et post partum/sicut et ante partum credis? Dis. Nihil firmius. Mag. Similiter igitur fuisse corpus Jesu paruuli/ et virginalis vteri parietes in natiuitate eius necessario credis? Dis. Firmiter. Magi. Dominum clauso sepulchro resurrexisse ecclesia fatetur: et ex euangelio argui potest. Et cum sero clausae essent fores vbi erant discipuli congregati propter metum iudeorum: intrauit ad eos Jesus et stetit in medio eorum. testatur Joannes. Johannis. xx Dis. Et huic fidem habeo. de locatione spirituali pauca subiungas.

De mensuratione locali spiritualium. Capitulum vltimum. Mag.

Spiritualia creata: que sunt spiritus beati/angelice scilicet substantie/anime humane/et spiritus desertores qui sunt diaboli: in loco sunt non circumscriptiue siue commensuratiue: cum quantitatis dimensiones nullas habeant: sed presentialiter et definitiue per exhibitionem sue presentie sic ibi quod non alibi. Cum enim sint virtutis limitate (quia creature) vbique esse nequeunt: nec in locis pluribus simul: nisi deo iubente et faciente. Unde cum angeli sunt in celo/non sunt in terra. inquit Damascenus lib. 1. Damascenus Nec potest angelus esse in loco quantumcunque magno: eo quod non in infinito/sed determinato et finito: et fortasse in indiuisibili. nisi daretur ratio euidens cur se presentem exhibere possit diuisibili et non indiuisibili. Disci. Plures ne simul esse possunt? Magi. Ita Richardus. 4. de trinit. habere videtur. adducens quod in euangelio legimus de obsesso per legionem demonum. Legio autem continet. 6666. Auctoritates si que angelo locum negare videntur/ intelligende sunt de loco circumscriptiuo. Richardus Questiones ceteras cum opinionibus multis nunc discutiendas non suscepimus. De anima vero quo insit corpori/in sequentibus loco suo pandetur. Dis. De increato autem spiritu quem deum intelligimus/quid astruis? Magi. Ob sui infinitatem vbique est. ipso testante per Hieremiam: Celum et terram ego impleo. Deus vbique Hiere. 24. Et propheta regius de ipso loquens ait: Si ascendero in celum/tu illic es: si descendero in infernum/ades. Ps. 138. et vt apostolus Atheniensibus in concione dicebat: Deus non longe est ab vno quoque nostrum. In ipso enim viuimus et mouemur et sumus. Actuum. 17. Disci. Fortasse non multum ab hac veritate aberat Poeta cum diceret: Jouis omnia plena. Vergilius. 1. Eneid. Magi. Nemo sapiens gentium philosophos omnino a veritate alienos existimat. Nam diuus Aug. lib. 4. de trinit. c. 15. dicit nonnullos eorum potuisse aciem mentis vltra omnem creaturam transmittere: et lucem incommutabilis veritatis quantulacunque ex parte contingere. Augustinus Sed de his alio loco. nos quod cepimus prosequamur. Dis. Probe. Uerum ne huius libri immoderatius progrediatur longitudo: quod reliquum est/ab alio volumine commodius ordiemur. Magister. Ut lubet presto sum.

Finis octaui libri.



Liber Nonus. De origine rerum naturaliū. De difficultate huius ptis phie. Ca. I. Dis.

NIro breuitatis ordine dum naturā definis: definitionis particulas singulas/singula queq (vti spoponderas) rerum naturaliū principia causas atq elementa/insuper mutationis species/ et que ad has necessarie sunt sunt tpis et loci ꝯditiones: breuibus q̃dem/sed pregnantibus sententijs explicasti. Nunc itaq ꝑmissoꝝ ordo expostulat: vt ad modum quo cuncte vniuersi species in esse ꝓdeant ac persistant particulari⁹ descendas. Mag. Omniū vniuersi specierū primordia particularius describere/nō est inuentionis humane: sed donū eius qui omnia verbo virtutis sue ex nihilo creauit. Hoc donū sapiens se a deo accepisse commemorat dicens: Sap. vij.
Ipse enim dedit mihi horum sciētiā veram que sunt: vt sciam dispositionē orbis terrarū: et virtutes elementorū: initium et consummationē et medietatē temporum: vicissitudinū permutationes et ꝯsummationes temporū: et morū mutationes: diuisiones temporū: anni cursus et stellarū dispositiones: naturas animaliū et iras bestiarum: vim ventorū/et cogitationes hoim: differētias virgultorum et virtutes radicū. et quecunq sunt absconsa et improuisa didici. Sed vnde didicerit ostendit dicēs: Omniū enim artifex docuit me sapientiā. Qui vero id aggredi ꝓprijs viribus conati sunt/defecere: et post labores innumeros/non tam certa q̃ diuersa posteris legenda conscripserūt: quorum multitudo si in vnū congesta fuerit/rudem animū desperationis iaculo confossum/inanem/ieiunū/aridumq retrocedere compellit. et dum alter alterius sententias aut veritatis amore (quod rarissimū est) aut arrogātie inuidieq stimulis agitat⁹ (quod plurimū fieri solet) carpit: lectorē quem iuuare debuit/ab eo cognitionis gradu quē non sine sudore conscenderat deijcit. Fitq vt nobiliores scientie anilium fabularū numero supputate: ꝓfessores suos non (vt olim) laudibus efferant/sed contumelia affectos delyros exhibeant. Dis. Manifesta quidem hec. Sed nec mihi horū disceptationes cure erunt si pauca haurire possum: quibus animū meum simul et oblectare et ad altiora conscendentem fulcire valeam. laborem igit̃ istum subire haud grauaueris velim.

De origine: ratione: nomine: et numero elementorum. Capitulum II Magi.

CReator omniū deus gloriosus volens res ab eterno cognitas ꝓdire in esse/earundem vnam in principio materiā informem creauit: Gen. I.
quam vt premisimus Moses terrā inanem et vacuam/ abyssum et aquam: Anaxagoras vero chaos confusum appellat: ex quo vt idem astruit diuino superueniēte intellectu/quattuor prodiere elementa: que omniū mixtorum de quibus nunc agimus/ materialia sunt principia. Ex his enim mutua actione nunc elementorum partes: nunc mixtorū diuerse species erūpunt Primum aūt de illis: de istis vero posterius differendum. Prius aūt que elementa et horū naturas cōmemorare oportet. Dis. Sane. Mag. Elementi definitionē a philosopho. 5. metha. dilucidatā si attendimus: non multa/ sed vnum tm̄ elementū inueniemus. ait enim: Elementū est ex quo aliquid cōponit̃ primo in existēte indiuisibili specie in aliā speciē. tale aūt q̃d aliud

Aristoteles
Elementum.

est/nisi prima omniū materia? que cū non sit ex specie/hoc est forma: in speciem.i. formā diuidi nescit. Cetere definitionis partes lib.I.ca.de materia enodate sunt. Extento aūt vocabulo quattuor sunt que elementa vocant: ignis/aer/aqua et terra: quorum quodlibet in materiā et speciem siue formā resolui potest. Sunt enim eadem principia resolutionis et cōpositionis. Horum in vniuerso ordinē/distinctionē naturasqꝫ lib.7.cum de astronomia nobis sermo esset/explanauimus. Hic autem ipsa in qualitatibus primis et secundis et communicare et et differre nosse operepreciū est.

Elemēta quattuor sunt.

De q̄litatibus primis et secūdis. Ca.iij. Di.

Qualitates prime q̄ttuor.

Qualitates prime que sunt? Mag. In genere tangibiliū (de q̄bus ad presens sermo est) sunt calidum/frigidū/humidum et siccū. Harum prime actiue/relique vero passiue dicunt: eo q̄ iste maioris actiuitatis et resistentie minoris: ille aūt econtrario actiuitatis minoris et resistentie sunt maioris. Omnes tū suo modo et agūt et patiunt. Di. Si habes harum descriptiones addas. Mag. Calidum est quod homogenia.i. entia eiusdem nature congregat: et etherogenia.i. diuersarū naturarū entia segregat. Vñ si pugillus minere auri igni tradat/actione caloris auri partes confluunt: et ab his cupri portiones separant. Huius est materiā ad generationē mouere. Frigidum homogenia etherogenijs conglutinat. vñ hyemali tpe lapidem/terrā/aquam/lignūue in vnum congelata conspicis. Huius est materiam motam in suis perfectionibus sistere. Humidum termino proprio male alieno aūt bene terminatur. vñ aqua in terminis suis non quiescit: sed donec continentis latera contingat fluit: et his ex omni parte coniūgitur. Hoc in aere etsi sit verius/non tñ manifestius. Huius est formarum figurarūqꝫ impressiones facile recipere. Siccum termino proprio bene claudit/alieno aūt male terminatur. vnde lapis aut terra in suis terminis stabilit: continentis autem lateribus nō omni parte coniungitur. Huius est formarū configurationes conseruare. Dis. Qualitates secunde que sunt? Mag. Que a predictis generationis originē accipiunt. quarum decē annumerabimus: ad quas si q̄ alie sunt reduci possunt. Sunt aūt he lubricū/aridū/grossum/subtile/durū/molle/asperū/lene/graue/et leue. Dis. Num et colores q̄litates sunt? Ma. Colores/soni/sapores/odores/et cetere q̄bus in cathegorijs determinatum est/qualitates quidem sunt: sed de genere tangibiliū non sunt.

Calidum

Frigidum.

Humidum.

Siccum

Qualitates secunde decē.

De qualitatibus elementorū et eorum transmutationibus. Capitulum. IIII. Dis.

Nunc quas nosse oportet elementorū in qualitatibus conuenientias et differentias edicito. Magister. Vnumquodqꝫ elementorum ex primis qualitatibus duas continet: quarum primā sibi in summo (per naturam possibilem) determinat. Vñ ignis calidus est et siccus: aer humidus et calidus: aqua frigida et humida: terra sicca et frigida. Et inter hec ignis calidior: aer humidior: aqua frigidior: et terra comprobat siccior. Et rursus ignis in calore aeri: in siccitate vero terre symbolisat.i. conuenit: in vtraqꝫ aūt aque opponitur. Aer in calore igni/in humiditate aque cōgruit: et in vtraqꝫ a terra secernit. Aqua in humiditate aeri/in frigore terre copu=

Ambrosi⁹. in hexa.li.3.c.4.

latur. in vtrasque vero igni disiungitur. Terra in frigore aque/ in siccitate igni simulatur: in vtrasque aeri contraria reperitur. Discipulus. Symbola itaque sunt ignis et aer in caliditate: ignis et terra in siccitate: aer et aqua in humore: aqua et terra in frigore. non symbolisantia vero sunt ignis et aqua/ aer et terra. Magister. Scite concludis. In his autem transmutationibus ordo talis est. In symbolis quidem transitus fit facilior: in non symbolis autem difficilior. et hoc tunc verum est dum resistentiam attendimus. In his enim vna qualitatum: in illis autem ambe resistunt. Si autem actiuitatem considerabimus: vtrobique eiusdem facilitatis transitum inueniemus. nam in symbolis vna tantum qualitatum agit: sic et vna solum resistit. In non symbolis vero et due agunt/ et due resistunt: vt ignis siccitate agit in aerem. et aer humiditate resistit: ignis caliditate et siccitate agit in aquam: et aqua frigore et humore obstat. Qualitatum vero alterationes/ et formarum substantialium generationis ordinem in superioribus tetigimus. Ratione autem secundarum qualitatum/ que sunt grossum et subtile/ hoc interest. vt ex vno pugillo elementi grossioris decem generentur pugilli elementi proxime subtilioris. vnde fit vt ex vno pugillo terre generentur decem pugilli aque: et ex vno aque decem aeris: et ex vno aque decem aeris: et ex vno aeris decem ignis. Sic ex vno pugillo terre centum aeris/ et mille ignis generantur. nec tamen de materia plus sub vno pugillo terre quam sub decem aque/ centum aeris aut mille ignis continetur. vnde si elementa de materia eque participant: et dicto ordine in raro et denso se excedunt: spheram terre a sphera aque in decupla/ a sphera aeris in centupla/ a sphera autem ignis in millecupla quantitate superari necesse est. Hac via/ adiunctis his que libro septimo de orbium celestium distantia posita sunt/ totius machine mundi mirabilem quantitatem imaginabimur. Nam vt ait diuus Augustinus libro vndecimo de ciuitate cap. 4. Visibilium omnium maximus est mundus: inuisibilium deus. Et libro duodecimo: Maximum mirabilium est mundus. Discipulus. Facile his assentio. Sed quo pacto aerem aqua humidiorem accipiendum sit/ nondum video. aqua equidem sicca humectat et ignem extinguit. Aer vero et humida exiccat et humida conseruat. Magister. Hec ita esse non est qui hesitet. sed sunt qui causas querunt. Que enim humida in aere exiccari conspicimus: non ab aere/ sed vento (qui est exhalatio calida et sicca) et stellarum luce euenit. aer autem ab his seiunctus humectat et plus quidem intrinsecus quam aqua: propter sui penetrabilitatem. Aqua autem magis extrinsecus humectat: propter densitatem. virtus enim vnita fortior est. Unde si decem pugilli aeris in quantitatem vnius pugilli aque redacte per condensationem fuerint: magis humectabunt/ quam aque pugillus: et ignem extinguerent: quem iam propter raritatem conseruant. Est tamen preter hec in aere vnctuositas ignis pascitiua. Disci. Sic fortasse calor ignis in sphera sua corpus si quod ascenderet facile non exureret. Sed hec missa facientes/ ad mixta sermonem vertamus.

Elementa symbola/ non symbola

Elementorum transmutatio

Elementorum proportio in qualitate

Augustinus

Quod aer est humidior quam aqua.

De mixti productione. Cap. V. Mag.

Sicut vnum elementum in aliud transmutatur: si id quod agit passum in substantia et virtute multum excedat: sic ex concursu multorum elementorum mutua sese actione alterantium mixtum generatur:

in quo elementorũ et qualitatibus et formis substantialibus deficientibus/ materie confluunt: et mixtionis formã substantialem cũ suis qualitatibus recipiunt.

Forma mixti

Est autem hec forma elementorum formis actualior atq; perfectior/ formarum elementarium perfectiones in se complicans: quam et qualitates qualitatibus elementorum ꝯsimiles/ sed et perfectiores ꝯsequunt. per quas etiã actiones similes actionibus elementorũ ꝓducit.

Mixtionis definitio.

Ex his mixtionis definitio manifesta est/ cum dicit: Mixtio est miscibiliũ alteratoꝝ vnio.

In mixto quõ sint elementa.

Patet amplius elementa in mixto nõ permanere formaliter: nec inesse intenso/ nec remisso: sed virtualiter ad sensum datũ. Similiter et materialiter manet: cũ materia mixti ex materijs elementorũ sit aggregata.

Qualitates virtuales.

Animaduertendũ aũt preter qualitates actuales in mixto/ alias quas virtuales dicũt reperiri: nõ aũt in elementis. vñ piper virtualiter est calidum: et plumbũ frigidum. He qualitates secunde/ qualitates ꝓprias mixti/ aut verius ipsas formas substantiales mixtorũ ꝯsequunt: et (vt aiunt q̃dam) ab influentijs celestibus secreta actione innascunt. Hinc herbas/ gẽmas preciosas: similiter et metalla principalioribꝰ stellis fixis et erraticis Hermes trimegistes asscripsit.

Hermes
Raymundus.

Has etiã Raymundus Lulij in lapidario suo excipere in predispositas materias edocet. Sunt etiã qui oĩm terrenascentiũ speciales celi stellas esse volũt. Enimq; in Job legitur: Nunquid nosti ordinem celi: et pones rationes eius in terra?

Job. xxxviij.

Que vtiq; ꝯcedi pñt iuxta ea que li. 7. de astrologia disputata sunt. Di. Herbis gẽmisq; occultas inesse virtutes vulgatũ est ꝓuerbiũ. sed dic queso si ex vno elemento mixtũ generari possit.

Mixtũ nõ generat ex elemento.

Mag. Nequaq̃: si dicta sane intellexeris. Accedit ad hoc quod ait philosophus: Mixta ex eisdem nutriri ex q̃bus contingit ea generari. omnia aũt elementis non vno tñ/ sed pluribꝰ pasci manifestũ est.

26. q. 5. nec mirum
Aristoteles

Dis. Cur dicis manifestum: cuius ad sensum patet oppositum in pisce: qui in solo viuit et nutrit elemento aque? Mag. Que apud nos est aqua/ elementũ non est: sed mixtũ. nam et in distillatione ab eo terrestreitas facile separat. cui et vnctuositas quedã aerea admixta conspicit. et eidẽ ignis quiddã inesse haud ambigit. pars aũt aque predominat. Ideo scriptura sacra pisces de aqua ꝓductos cõmemorat dicens: Producant aque repti-

Heb. 1.



Augu lib 12. de ciui. dei.
Plinius

le anime viuentis. Salamandra quoq; etsi in igne viuere possit: vt recitat Augustinꝰ de ciuitate dei. ab igne tñ non pascit: sed vt quibusdam visum est/ de rore celi/ aut imbre nutrit. Et vt Plinius testat lib 10. speculi naturalis/ nisi est lacerte figura: ignẽ tactũ vt glacies extinguit. De plãtis aũt q̃ sine [illegible] semine ex nuda terra pullulare cernimꝰ/ post hac latiꝰ ꝑquirendũ.

De distinctione mixtorum et mixtis prime et secunde compositionis. Ca. VI Magister.

Et si omniũ mixtorũ principia vniuersalia et remotiora eadẽ sint: illis tñ alia et alia proportione cõcurrẽtib⁹ diuersa mixta efficiunt: quorũ etiã nõnulla / alijs mixtis perfectiorib⁹ cause propinquiores existunt. Et vt clarius que dicẽda sunt capias: mixtorum diuersitatẽ sex generib⁹ enodabimus. Primũ autẽ ea que prime cõpositionis censent. Disci. Que sunt hec? Magi. Vapores et exhalatiões virtute solis et aliorum astrorum ex terra et aqua alijsue corporibus resolute: quas tñ nõnulli phorum quintũ elementũ / mediũ inter aerẽ et aquã opinati sunt. In eo hec duo differũt. nam vapor calidus est et humidus. vt est fumus tpe pluuiali de montis vertice ascendens. Exhalatio aũt calida est et sicca: vnctuosa tñ humiditate nõnunquam imbuta: vt est ventus in ventre aialis generat⁹. Rursus aũt si ista alterata fuerint / multorũ et in aere et terra apparẽtiũ cause erũt. Disci. Quot? Magi. Impressionũ ignitarũ / aquosarũ / et medio modo se habentiũ. Ignitarũ quidẽ: vt sunt ignis perpendicularis: candela accẽsa: lancea ardẽs: scintille euolãtes: a subascendẽs: a subdescendẽs: capre saltãtes: stelle cadẽtes: ignis precedens: draco volans: et que sunt huiuscemodi nature. Aquosarũ aũt / vt sunt grando / grandule / nix / pluuia / pruina / ros / fontes / et flumina. Medio modo se habere vident / ventus et terremotus. Hec omnia (si vapores et exhalatiões genus prime cõpositiõis cõstituũt) in genere secũde cõpositionis locabimus: nam de horum ordine et generationis modo potius quam de essentiali distinctione tractabimus.


Mixta prime cõpositionis
Vapor
Exhalatio
Impressionũ discretio.

De materia efficiente et locis impressionũ ignitarum Capitulũ VII Disci.

De ignitis igitur primũ te absoluas. Magister. Ignitarũ impressionũ materia est exhalatio: causa effectiua calor inflãmans. locus aũt regio aeris. quã tribus intersticijs diuisam accepimus: que sũt supremũ / mediũ et infimũ. Disci. Supremũ qđ dicis? Magi. Illam aeris partẽ que igni est vicina et cõtigua: tranquilla: ab igne et stellis: calida / pura / rara / et lucida ad motum ignis (vnde et magis calefit) circũducta. et hec pars aeris estus dici solet. ibi nec venti: nec pluuia: vt experiẽtia docuit eos qui in altissimis montibus pulueri characteres inscripserũt: ac eosdẽ reuoluto anno illesos venerũt. Disci. Mediũ aeris intersticiũ qđ est? Magi. Aeris pars a regione ignis semota: nec terre proxima: frigida / tenebrosa / tempestuosa / ac demonũ siue aeriũ potestatũ habitatio caliginosa. vti libro septimo dictũ est. Est aũt frigida: quia ab igne remota: et stellarum radij a superficie terre reflexi ad eã nõ pertingũt. hinc etiã obscura est et turbida. Disci. Infimũ qđ dicis? Magi. Aeris partẽ superficiei aque et terre contiguã: a radijs reflexis calidã et illuminatã. Hoc tñ diuersis anni tẽporibus nõ eodem modo cõtingit. Nam sol in signis septẽtrionalibus terras nostras directius respicit: radij ad angulos minores reflectuntur: hinc et calor fortificatur vt nõnunquam exhalationes consumat. Sole autem meridionalia signa perlustrante oppositum accidit: et quãdoque frigus cõstrictiuũ fit / qđ terre poros ne quid exhalare possit constringit. In vere autem et autumno dum sol equinoctio appropiat hec tem

Intersticia aeris tria.
Supremũ.
Estus
Medium
Infimum

perāte se habēt: ideo tūc ignite impressiones magis generari possunt modo quo sequitur.



De generatione impressionū ignitarū. Capitulū. VIII Magi.

Ignite regionis superioris impssiones

CUm itaq; virtute solis et aliorū astrorū a terra alijsue terrestribus corporibus eleuata fuerit exhalatio: si quidē in calore abūdauerit: ad supremū vsq; aeris intersticiū ascēdit. Huius (si in subtilitate equalis fuerit) pars grossa et multa inferius cōglobata/subtilior aūt in modū candele eleuata consistit: et accensa ad instar ppēdiculi quo lapicide vtunt apparet: et ignis perpēdicularis noiat. Si vero pars grossa pauca sit: dicto modo impressio generat: quā lanceā ardentē/ob similē figurā dicimus. Exhalatio aūt ad hanc aeris regionem eleuata si eque subtilis in omnibus partibus fuerit: sed rara pars post partē inflāmat et euolat ad modū scintillarū a fornace euolantiū: vnde et nomē accipiūt.

Si vo huiusce exhalatio multū cōpacta et equaliter extēsa inflāmat: impssio fit quā candelā accensam dicūt. nam et si eiusdē longitudinis sit cuius et altitudinis: ob nimiam tn̄ distantiā oblonga ad instar candele apparet. Si autē talis exhalatio ob materie paucitatē equaliter extendi nō possit/inflāmata sursum tendit: et generali noie a subascendēs noiat. He sunt que in supmo aeris intersticio impssiones generant: mediū pcurramus.

Regiōis ignite medie impressiones.

Ubi si exhalatio mediocriter calida fuerit: mediā aeris regionē nō transgredit: sed in eadem subsistens p frigus circūstans fortificat: et accensa fit impssio que a subdescendēs appellat. inflāmata enī descendere videt: qm̄ a nube frigida deijcit: nōnunq; etiam in descensu a nubibus frigidis extinguit: quandoq; donec vnā pertranseat occultat: rursumq; apparet. Ad inferius aeris intersticium descēdamus.

Regiōis ignite infime impressiones.

Exhalatio enim debiliter calida/in aere qui circa terrā est subsistit. que si multa fuerit et dispersa/per frigus nocturnum circūstans impellitur: et se fortificando inflāmatur: et pars inflāmata sursum salit. vnde et capra saltans dicit: apparet enī ac si stuppa accensa per cannam sufflaretur. Si autē exhalatio hic continua sit et non multa: accensa ad instar stelle decidit et quādoq; post se vestigiū relinquit. Si vero multa sit et bene compacta/accensa in aere stat: et hominem transeuntem/aeraq; impellentem aut sequitur aut precedit. Hec autem ignis fatuus dicitur: et frequentius circa patibula/cimiteria: aut coquinas vbi viscositas multa est videtur. Si vero exhalatio multa fuerit et inequalis in subtilitate in vtroq; extremo: qd subtilius est ascendit: grossius autem in medio similitudinem facit ventris: cuius vnum dictorum extremorum caput aliud cauda iudicatur: et si circa vnum extremorum nubes frigida fuerit: ipsum ex nubis humore fumat: totaq; hec impressio draco volans/ignem aut fumum spirans appellatur. Per hec si que alie ignite in aere conspiciantur impressiones facile dijudicare possunt: nec loca earundem ita determinasse volui: vt alibi generare non possint.

Ex his etiam que in eodem intersticio fieri habent quedam in suprema eius parte: quedam in media / alie in inferiore generatur.

De materia efficiente loco ꝛ tempore impressionum aquosarum Ca. IX Disci.

Scitu dignissima hec sunt: quibus eorum que vulgo apparent mirabilia rationes naturales assignare possumus. Ad aquosas igitur sermonem vertas. Magister. Aquosarum impressionum materia est vapor. Causa effectiua remota calor solis ꝛ astrorum: propinqua autem actio qualitatum primarum. Tempus est hyems / si frigus constrictiuum in ea non abundauerit. Locus est aeris intersticium medium ꝛ infimum: similiter ꝛ venter terre / in quo cauerne / ꝛ meatus varij sunt: in quibus inclusi vapores fontium ꝛ fluminum cause fiunt: vt infra declarabitur: nunc modum generationis aquosarum tangamus. Discipulus. Probe.



De Grandine. Capitulũ X Magi.

Impressiones aquose in speciali.

Grando

Cum virtute solis ꝛ astrorũ vapor eleuat / si calidior fuerit / mediam regionẽ aeris ascẽdit: nec penetrat: quẽ circũstans frigus ꝓpter sui raritatem penetrat: ꝛ calore expulso partes eius in aquam vertere ꝛ inspissare incipit. Frigus aũt qñ magnũ est: ptes iam in guttas versas ꝛ fluẽtes congelat: ꝛ grandinẽ magnã vel paruã ẜm frigoris ꝛ vaporis diuersitatẽ generat. Nonnunq̃ etiam vapor in media aeris regione in guttulas cõuertit que cadentes in infima regione ꝑ antipiristasim (eo ꝙ hec regio calida sit) congelantur: tunc grando angularis ꝛ ex multis guttulis congelata cernitur. Imagines autem / vt hominũ aut bestiarum in grandine si quando reperiuntur / ab influentijs stellarum causate sunt. Pili autem in eo reperti: in vapo-

Grando angularis.

re eleuant. Que aũt altius generat/angulos p ꝯfricationẽ in descẽsu amittit ꝛ rotũda conspicit. Figura tñ naturalis grãdinis lenticularis est eo ꝙ frigus circũstãs magis ad latera vaporẽ ꝯtrahit ꝙ̃ sursum aut deorsũ. Disci. Cur hec impssio in vere frequẽtius ꝙ̃ alijs anni tẽporibꝰ generat. Magi. Quia ver calidũ est ꝛ humidũ/generationi ꝛ eleuationi vaporis aptissimũ. Estas autẽ calida ꝛ sicca vaporẽ exiccat. Hyems frigida: similiter ꝛ autũnus multo-

Vapor tiens ab inferioribus vaporẽ resolui nõ sinunt. Est eĩ vapor materia grandinis multũ calidus: ideo rarus ꝛ a frigore circũstante citius penetrabilis ꝛ cõuertibilis. vnde etiam fit vt aqua calida hyemis tempore/frigori exposita citius congeletur ꝙ̃ frigida.



De Granulis ꝛ Niue. Ca. XI Disci.

Granula GRanula autẽ que in martio ꝛ aprili sepius cadunt vnde generant? Magi. Ex eadem materia ex qua generat grando/minus tñ calida in mediũ aeris interstitiũ eleuata/in loco tñ bassiori ꝙ̃ sit locꝰ grandinis/per frigus in guttulas cõuersa: que ante earundẽ casum aut confluxum extrinsecus ad modũ grandinis congelant: intrinsecus autẽ ꝓpter frigoris defectũ molliores ad instar niuis permanẽt/ꝛ tẽporibus dictis in climatibꝰ sexto/septimo ꝛ principio octaui cadunt: propter qualitatum cõuenientiam.

Nix Disci. Nix vero vnde fit? Magi. Ex vapore calido ꝛ humido virtute solis ꝛ astrorũ ad infimã partem medij interstitij aeris eleuato: quẽ ꝓpter sui raritatẽ circũstans frigus ingredit/in aquã resoluit/ꝛ simul tẽpore ad modũ lane carpte congelat. Accidit aũt istud frequẽtius tẽpore hyemali remisso frigore: vnde ꝛ tali aereum humidum qđ calidius est ꝛ viscosum non expellitur sed niui mollicië ꝛ ouibꝰ alimentũ prestat. Sepe etiã nix dũ p infimas aeris regionẽ descendit/a calore ibidem existente in aquã resoluit: vnde qđ in vallibus pluuis/sup montiũ iuga nix eodem tempore cernitur.



De Pluuia. Capitulū XII Disci.

Pluuia aūt quo modo generatur? Magister. Cum virtute solis ꝛ astrorum vapor calidus/humidus/fumosus/ꝛ grossus ad supremā partē infimi/aut inferiorē partē medij intersticij aeris eleuat̃:a frigore circūstante in nubē/ꝛ nube ȝ in aquā resoluit̃/ꝛ ob grauitatē cadit. Guttatim vero ad terrā vsq̧ ꝑuenit. Que si cum impetu ceciderit/imber dicitur: gutte autē maiores que nōnunq̄ sole lucente cadūt:bassius in aere generant̃. — *Pluuia.* — *Imber.* — *pluuia rubea*

Discipulus. Unde est φ aqua pluuialis nōnunq̄ rubea videt̃? Magister. Ex adusta ꝛ sicca terrestreitate:que vaporibus tēpore calidiore ꝑmiscetur.

Disci. Sed vermes in imbre decidentes vnde generantur? Magi. Nonnunq̄ minuti ꝛ impfecti virtute solis in vaporibus eleuant̃ ꝛ in nube actione celeriore ꝑficiūt̃:interdū aūt ex materia fecūda ꝛ generationi vermiū apta/eleuata cum vapore in nube cooperātibus lumine ꝛ calore celesti ꝓcreantur. — *Vermes cum pluuia cadentes.*

De Rore. Capitulū. XIII Disci.

Roris generatio que est? Magister. Ros generat̃ ex vapore debiliter calido/grosso ꝛ humido nō multū a terra in infima aeris parte eleuato:ꝑ frigus nocturnū condensato/ꝛ in aquā resoluto: vti in simili videre est in vapore de vase distillationis ascendente:qui in alembico superposito in aquā ratione frigoris cōuertit̃. Cadit autē frequētius circa crepusculū:tūc enī aeris infima regio est frigidior. Disci. Unde est φ nōnunq̄ (vt aiunt)oues irroratis herbis paste moriunt̃. Magister. Cum vapor de humido aereo qꝫ viscosum est:ꝛ dulce multū habuerit/in rorem resolutus ꝛ herbis adherens/adueniēte solis calore decoquit̃:aquositas consumit̃: reliquū ad modū farine albe aut zuccari in folijs relinquit̃:ꝛ māna dici solet:per easdem etiā causas laudanū in aere generat̃. Oues itaq̧ dulcedinis auide/ — *Ros.* — *Oues de roris dulcedine moriuntur.* — *Manna* — *Laudanū*

Albertus magnus.4. parte phie.

plus ꝙ nature cõueniat comedũt. vnde ⁊ fel in ipsis nimis cholera (cuius illeros fomẽtũ est) replet/rũpit: ⁊ effusa cholera intestina rodit ea: vnde ⁊ ouis morit. Nõnunꝙ etiã ex tali rore epar opilatur: ⁊ sic mors ouibus accidit: horum experientias se vidisse Albertus magnus testatur.

De Pruina. Capi. XIIII Disci.

Pruina.

PRuine generatio qualis est? Magister. Talis ferme qualis ⁊ roris. Disci. Ferme cur addis? Magi. Nam ad generationẽ pruine requirit frigus intensius/ꝙ sit frigus in generatione roris: vt vaporẽ calidũ nõ modo in aquã resoluat/sed ⁊ resolutũ congelet. Huius generatio ad sensum patet tpe hyemis/veris/aut autũni circa pilos animaliũ: ex vapore calido, de ore aut corporibus eorundẽ exeunte. Disci. Apertissime et ignitas ⁊ aquosas impssiones descripsisti: ad reliqua pgamus. Magister. Siste paulisper: nam nondũ omnes que in supioribus in aquosarũ ordine numerate sunt transcurrimus. Disci. Quas non? Magister. Fontes ⁊ flumina. Discipulus. Uerum quidem: sed he memorie exciderant.

De Fontium ⁊ fluminum origine ⁊ perpetuitate. Capitulũ. XV Magister.

Locus originis ⁊ emanationis fontis.

UEnter terre vt pmisimus/concauitatibus ⁊ meatibus quasi visceribus plenus est: in quibus (qm̃ vacui esse nõ possunt) vapores sunt eleuati a terra: qui cũ in lateribus cauernarũ in aquã resoluũtur/guttatim distillant: riuulos efficiunt: qui vndiqꝫ in loco bassiore confluentes tandẽ erumpẽtes fontem faciunt. Disci. Decliuior itaqꝫ est locus emanationis ꝙ originis. Magister. Etiã: naturaliter sũt in valle opposita ascẽdere possunt aque fontales ad altitudinẽ loci generationis. Altius autẽ si artis instrumẽto scandãt/violenter fit: ne in natura vacuũ relinquat. ex eadem quippe causa nõnunꝙ in iugo mõtis/fons scaturire cernitur: cuius aque per cauernas quasi per cannalia que arte fiunt in sublime feruntur. Disci. Sed vnde est ꝙ quosdã semp equa mensura manare/quosdam vero hyeme crescere: reliquos autẽ estate minui aut penitus deficere conspicimus? Magister. Id ex dispositione montis seu loci originis ⁊ qualitatũ mutationibus accidit Montes equidẽ solidiores quoꝝ cauernas aer exterior facile ingredi nõ põt/perenniores aquas euomũt Prioribus etem̃ vaporibus in aquam resolutis: ne sit vacuum/mox resoluuntur alij: quibus rursum in aquã conuersis semp alij succedunt. Montes vero porosi non continent: ⁊ aerem exteriorẽ (maxime autẽ estatis tempore) exiccatũ recipiũt cum calore exiccãte: vt nec vapores nec frigus conuertens retineant: accidit ad hec actio influẽtie exiccatiue: que nũc in illo/post hac in alio predominat loco/ex rotatione celorum. vnde etiam paludes in terram fertilem conuertunt. hyemis etiam tempore cũ pluuie multe sunt accidentaliter hi fontes augentur. Discipulus. Sed calor in hyeme ⁊ frigus in estate fonti vnde eueniunt: cum potius contrarium accidere deberet? Magister. Causa huius ex fortificatione frigoris cauernarũ terre accipitur. Hyemis equidẽ tpe cum per exterius frigus pori terre constricti sunt: exhalationes calide exitum non inuenientes/clausi resistunt: ⁊ vapores simul ⁊ resolutas aquas calefaciũt: in quaꝝ egressu ⁊ exhalare vident. In estate vero pori aperiũtur ⁊ exhalationes respirare possunt. Frigus aũt

De ppetuitate et defectu fontium.

Fontes fiunt frigidiores in estate: et calidiores in hyeme.

cauernarum propter exteriorem caliditatem per antiparistasim fortificatum fontales aquas infrigidat. Eadem causa etiam celaria estate frigescũt ꝛ hyeme calefiunt. Discipulus. Assentio: sed dic queso vnde thermis tanta caliditas: ꝛ fontibus tanta diuersitas in colore/sapore/ ꝛ varijs effectibus innascitur?



Magister. Therme calefiunt/quia circa mineras sulphureas ꝛ accensas fluunt. Fontiũ aũt diuersitas est/ex varia primarum qualitatũ ꝑmixtione influentiarũ concursu: minerarum quoqꝫ ꝛ terrarum per quas transeunt diuersitate. Eorum vero que mirabiliora videntur rationẽ particularẽ reddere difficillimũ. Est eñi vt recitat Aurelius Augustinus libro.21.de ciuitate dei fons apud Garamãtes in die tam frigidus vt bibi non possit: in nocte autem tante caliditatis vt tangi nequeat. Est ꝛ alius in Epyro qui accensam facem extinguit: extinctã autẽ accẽdit: horũ ratio vt aiunt vis est nature: aut potius voluntas dei. Discipulus. Hec igitur transeamus: quos autẽ pro vsu nostro meliores estimas edicito. Magister. Meliores sunt (vt physici astruunt) leuiores in pondere/puriores in substantia: non stantes/sed continuo super luto puro ad orientem profluentes. Discipulus. Ecce in fontium naturas digressi/causas fluminum transiuimus. Magister. Fluminum cause eedem sunt que ꝛ fontium. Flumen equidem fontium concursus est. vt vnde ex fontibus Jor et Dan qui sunt ad radices Libani/fluuius Jordanis e quibus et nomen habet efficitur. Idem de fluminibus terre nostre in promptu est videre. Discipulus. Probe. Sed quorsum flumina iugiter labentia perueniunt? Magister. Omnia liberioris aque maris scilicet sinus intrant: vt ait Sapiens. Discipulus. Mare igitur ex his auctum terminos proprios transgreditur: contra id psalmigraphi: Terminũ posuisti quẽ non transgredientur neqꝫ conuertẽtur operire terram. Et dominus ad Job.

Unde fontiũ diuersitas.

Aug⁹. de ciui. dei. c.5.

Idem. c.6.

Fontes meliores.

Generatio fluminum

Eccl.j.

Ps̃.ciij.

Job.18. Quis conclusit ostijs mare? Et infra. Circūdedi illud terminis meis / ⁊ posui vectē ⁊ ostia / ⁊ dixi: vsq̧ huc venies ⁊ nō pcedes ampli⁹ ⁊ hic ꝯfringes tu
Prouer.8. mētes fluctus tuos. Et in ꝓuerbijs: Cum certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos.
Hiere.5.c Et in Hieremia legit: Qui posui arenā terminū mari. Magi. Propter hec quidā flumina aliqua ꝑ occultos terre meat⁹ a mari exire / rursus in alia parte illabi affirmāt. Nonulli vero mare fluminib⁹ auctū rursus cōtinuo solis ⁊ aliorū astrorum feruore per eleuationē vaporum minui asserunt. Et vtrūq̧
Eccl.1. sustinere pōt. Ait eñ scriptura: Omnia flumina intrant in mare: ⁊ mare non redundat: ad locū vnde exeunt flumina reuertunt: vt iterū fluant. Que autē per te adducunt scripture: testant diuine id esse opationis / nō nature: qđ maxime in eo apparet / q̧ fluctus vndosi maris tanq̄ montes aquarū insurgentes impetū suū ad littus illudunt ⁊ constitutos terminos custodiunt.

De maris salsedine: fluxu et refluxu. Capitulum. XVI Discipulus

Maris salsedo. Quia ad mare sermo noster defluxit: causas salsedinis / quotidiani fluxus ⁊ refluxus eiusdē / si in prompto sunt pandas. Magister. Salsedinē maris ꝓuenire ex ꝑmixtione sicci terrestris adusti virtute solis eleuati atq̧ vaporibus humidis mari incidentibus ꝑmixtioni: vulgatū est: ex simili equidē causa aqua per cineres colata amara fit. Accedit ad hoc q̧ ardor solis dulciores leuioresq̧ aquas cōtinuo eleuat terrestreitatibus relictis: hec equidem separata debite aquas maris dulces relinquit: sicut no-
Mare fit dulce. uerunt qui per vas cereum clausum missum in mari aquam dulcem per poros instillantem recipiunt. Flumina quoq̧ si que de mari egrediuntur / per are-



nam ⁊ terram collata: non amara / sed dulcia ad nos perueniunt: ⁊ dulcia continuo reintrantia resistunt / ne mare semꝑ amarius ⁊ magis salsum fiat: Sunt tamen qui ipsum a primordio amarum creatum asserunt. Discipulus. De

fluxu aūt et refluxu maris q̄ eodē die (vt aiunt) bis aut quater fieri solet: q̄d affers? Mag. Huius causa ad lunā humidoꝝ dominatricē referenda est. ad ipsius eq̄dem crementū et decrementū humores pene vniuersoꝝ mutari certum est. Cū luna sub sole currente (qđ in nouilunio euenit) lumē vtriusq; impeditū aerem subtiliare non pōt: q̄ ingrossatus in aquā vertit: fitq; maris crementū in substātia. qđ effluxus necessario comitat. Luna vero in opposito solis ꝯsistente qđ in plenilunio ꝯtingit/totū lumen suum inferioribus transmittit: nec solis lumen quo minus maria respiciat ꝓhibet. Hinc aqua maris que ob sui grossiciē vapores ꝯtinet rare fit/ascēdit et effluit ad instar lactis calefacti. Est aūt hoc crementū non in substantia/sed accidente per rarefactionē. In quartis aūt interpositis nunc crescit et nunc diminuit/ ex causis similibus. vñ in prima quarta lunationis decrescit mare in substantia. in secunda augmentat accidentaliter rarefactionis via. In tertia rarefactio decrescit: ꝓpter luminis decrementū. in quarta qua iam soli appropinquat/rursus substantia maris auget per aeris inspissationē. Quantū aūt ad quartas diei naturalis/mare lune motū imitatur. Dum enim luna super horizonta versus celi mediū ascēdit: crescit et fluit mare. luna vero a medio celi ad occasum declināte/decrescit mare et refluit. Rursus luna ab occasu v̄sus angulū noctis ꝓgrediēte/mare crescit et fluit. ipsa aūt ab angulo noctis v̄sus orientē ascendente/ decrescit et refluit. Dis. Si fluxus maris motū et lumē lune imitat: maria supra horizontē a q̄ intumescūt et fluūt/luna sub horizonte gradiente. Mag. Sequunt motum ipsius lune concurrente lumine a stellis et parte celi oppositis reflexo. ea aūt supra horizonta morante idem fit lumine directo et modo fortiori. virtutes eñ reflexe debiliores sunt virtutibus directis. q̄ ab origine sunt magis elongate. Dis. Ex hoc ergo ratio patet: cur nunc fluxus diurni/nocturnis sunt fortiores: nunc debiliores: et econtrario. Mag. Nō tm̄ ex iam dicto huius causa sumi pōt/cum reflexū lunare lumen tanti vigoris non sit: sed ex predictis de cremento substantiali et accidentali: insuper et ex distantia/aut ꝓpinquitate maiore. Nā luna existente in auge eccentrici et epicicli/fluxus debiliores sunt: eo q̄ tūc maxime sit elongata a terra. In oppositis vero partibus terre maxime est propinqua: ideo tunc fluxus fiūt fortiores. Similiter si luna in circulo meridiano ipsi zenith fuerit magis ꝓpinqua. Cooperant ad hoc stelle fixe: quibus luna coniungit. similiter et planetarum concursus. et mora super horizonta. Nā si talium plures cause coierint/nonnunq̄ diluuiū particulare efficiunt. Sic et nōnulli diluuij generalis causas assignare conati/plurimoꝝ planetarū ꝯcursum in Cancro calculationibus se inuenisse dixerunt. At vero illud sine ratione: cū huiuscemodi ꝯstellationē ducentis et amplius annis diluuiū precessisse compertū sit. Dis. Unde aūt est cū dicte cause non tm̄ mare/sed etiā cetera flumina respiciāt: ea tñ intumescere nō faciunt? Mag. Preter dictas causas accedit etiam aquaꝝ dispositio: que est spissitudo/salsedo/et in vno loco stat⁹ tpe longo. Per spissitudinē aqua spiritus conceptos fortiter retinet: et in spumā vertitur. a salsedine generalem habet calorē. et a statu in vno loco multorū per solem recipit spirituū generationem. Hec quia nō in oībus maribus eque fortia sunt/nec in fluminibus dulcibus reperiunt: ideo fluxus et refluxus in marib⁹ non est equalis: et in fluminibus aut nullus/aut ita modicus vt percipi facile nō possit. Sic et mare mortuū propter nimiā eius grossiciem a lune influentijs

Fluxus et refluxus maris.
Macrobius


Diluuiū particulare.

Albertus Plini⁹

moueri non pōt. dicit Albertus. Horizon aūt quia vbicūq locoꝝ variatꝫ accessus et recessus/in maribus variari necesse est. Sunt aūt qui motibus oceani alias ab his que posite sunt rationes afferunt. Aiunt eñ in mari abyssum ꝓfundissimā: de qua rupti sunt fontes abyssi ꝛc. Juxta quā et cauerne nō parue: in q̄bus de spiramine aquarū venti concipiuntꝫ: qui aquas maris per patentes terrarū cauernas in abyssum attrahunt: et ea exundante rursus magno impetu repellunt. Hos aūt ventos spiritus procellarū intelligunt: qui ab influxu lune/et ne vacuū fit in natura frequentius mouentꝫ. Alias causas breuitatis gratia transeo.

De terre motu. Cap. XVII. Ma.

Ex his etiā tremor terre ꝓuenit. Cum eñ in visceribus terre vapores obstructi exeundi locū non inueniunt. in die per radios solares calefiunt et subtiliantꝫ: rursus aūt per nocturnū frigus ingrossantꝫ: et vtroq modo moti exitū querentes/ latera terre et cauernarū concutiunt/ nonnunq̄ etiam rumpunt: et terram tremere faciunt. sepius autem in nocte.



Colles fiunt.

Q; si exitū nō inueniūt: nōnunq̄ terrā ad modū monticuli aut collis eleuāt: quā si rūpūt/cineres ꝛ lapides eijciūt. Foueas magnasq voragines causant q̄ si circa flumina eueniūt: ipsa ad distantiā aliquā tota absorbēt. Si aūt in alueo extiterint hi inclusi spūs aquā extra terminos ripaꝝ eijciētes ꝑticulare diluuiū efficiūt. Dis. Sane. Sz ob quā cām nōnunq̄ pestis terremotū comitatꝫ? Ma. Spūs hi inclusi si venenosi fuerint/exeūtes aerē corrūpūt et inficiunt: ex q̄ pestilentiā ꝑticularē saltē in locis vbi hec accidūt seq̄ necesse est. Dis. Fortasse illi⁹ eccl'ia meminit in bñdictiōe salis et aq̄/cū dicit: Nō sit ibi spūs pestilēs et aura corrūpēs. Ma. Aiunt: cū et ꝑtātes tenebraꝝ his spiritib⁹ multotiēs vtantꝫ: aut vt hoīes ledāt in corpe: aut sensus alienēt et visionib⁹ decipiāt. Ab his nōnunq̄ oculi et vult⁹ coꝝ q̄ subterraneos specus aut antra ingrediuntꝫ/immutantꝫ: maxime aūt coꝝ qui a demonibus responsa ac-

Diluuiū particulare

Pestis sequitur terremotum

cipiunt/q̃ in huiuscemodi antris dare solent. Sed hec eo loco latius discutiēda sunt quo necromanticoꝝ figmenta confutabunt.

De ventis Cap. XVIII. Disci.

Nunquid et a talibus cauernis montiū venti egrediunt? Ma. nō oīno inficior. Vent⁹ em̄ vt patebit/exhalatio est calida et sicca: quā etiā in viscerib⁹ terre gn̄ari certū est: q̃ egressa et lateraliter circa terrā mota vent⁹ noiat. Dis. Ad hoc fortasse alludere videtꝫ q̄ Vergil. Aeolū cuspide laterib⁹ mōtis infixa educentē vētos scribit. Et illud dauidicū: q̃ ꝓducit vētos de thesauris suis. Sꝫ edicito cōem ventoꝝ originē. Ma. Vēt⁹ vt ꝑmissum est/est exhalatio calida et sicca lateraliter circa terrā mota. Cū em̄ calida sit/aeris regiōes trāsire nititꝫ: frig⁹ aūt medie regiōis obuiās eā deijcit: q̃ (rōne caloris q̃ forti⁹ in ea ꝓpter terrestreitatē tenetꝫ) reascēdit: ⁊ rursus a frigore cū īpetu v̄sus terrā deijcitꝫ: ꝓpter calorē aūt q̃ sp̄ in altiora tendit/sil'r et ꝓpter aliaꝝ exhalationū occursum nō directe v̄sus faciē terre/ sed lateraliter mouetꝫ: et vent⁹/spūs/seu flat⁹ dr̄. Dauidis aūt dictū glosa exponit/de occultis causis. Dis. Cur aūt hec exhalatio cū calida sit nō vt he e q̃bus ignite fiūt īpressiōes accenditꝫ? Ma. Propt̄ vnctuositatis carentiā: de q̃ si q̃ddā habuerit nōnunq̄ accenditꝫ: et vent⁹ fit quē greci τυφων ἀπὸ τοῦ τύφω. id est incendo noiant. Hic fit dum exhalatio terrestris vnctuositatis nō oīno expers/in nube ꝯclusa ꝑ foramē egreditꝫ: et pars egressa a terra resiliens/rōne caloris reascēdēs/pti alteri descēdēti circulariter inuoluitꝫ: arbores q̄qꝫ eradicat: tecta atqꝫ edificia alta deijcit: et iflāmata ad istar rote ardētis appet. Si v̄o exhalatio tota simul a nube egressa atqꝫ frigore v̄sus terrā ꝓiecta accenditꝫ: domos aut villas ꝯsumit. et a vulgo diluuiū ignis: et ab alijs ethnephias dici solet. Cū aūt duo venti oppositi eq̃ fortes ꝯcurrūt: aut vn⁹ a resistēte fortiter repcutitꝫ/aut descēdens de aere supiore/aliū a terra ascendentē ventū obuiū habuerit: ꝑ gyrū inuoluuntꝫ: pulueres/folia/ paleas et sil'ia a terra eleuāt. et turbo dr̄. Dis. Ventos oppositos q̃s dicis? Ma. Quorū origo est ab oppositis terre ꝑtib⁹. Quattuor eq̄dē sunt venti principales a q̃ttuor mūdi plagis oriētes: q̃ꝝ q̃libet duos habet collaterales: fiūtqꝫ nūero. 12. vt subiecta admonet descriptio. Hi oēs in origine calidi sunt et sicci: sꝫ a terris diuersis ꝑ q̃s flare solēt/diuersas q̃litates sortiantꝫ: et in ꝓgressu et ꝑmixtiōe exhalationū q̃s repiūt augentꝫ. Flat⁹ aūt ipsoꝝ nōnunq̄ ex defectu caloris intercipitꝫ: calore aūt vigorato restauratꝫ. Pluuie etiā calor adūrens: aut frig⁹ intensum poros terre ꝯstringēs/vētos abscindūt. ex his nāqꝫ exhalatio et materia vēti aut absumitꝫ: aut eleuari ꝓhibetꝫ. Sꝫ ne hoc q̄dē silentio trāsire fas ē: vētos scꝫ collaterales nauitis maria sulcātib⁹ mlto plures eē cognitos: sm̄ q̃s vela regere nouer ūt. Concursu etiā mariū nō mō collaterales/sꝫ etiā principales oriri pn̄t. Nā due reflectiōes in occidentē: vna in septētrionē/aliā in austrū zephyrū generāt: due in oriētē se diuidētes/eurū ꝓcreant. Oriētalis aūt et occidētalis in septētriōe ꝯcurrētes boreā/ in austro v̄o austrū causant. Si oriētalis vergēs in austrū velocior sit occidētali: fit vētus mediū inter zephyꝝ ⁊ boreā. Si aūt occidētalis velocior fuerit/fit vēt⁹ medius int̄ boreā et euꝝ. Pariformit̄ et ī alijs ē videre. Verūtn̄ nō sp̄ ad nos deueniūt vēti a q̄tidianis his fluctibus geniti. Interdū etiā cardiales noībus collateraliū/et collaterales noib⁹ cardinaliū inscriptos inuenies. Ad reliq̃ transeamus.

Ventus

Vergilius enei. I.

Ps. 134. (handwritten correction of printed 34)

Typho.

Ethnephias.

Turbo.

Ventorum discretio

Venti maris.

Alia generatio venti.



De tonitru et coruscatione. Capitulum XIX Discipulus.

Cā tonitrui et coruscationis.

ESt adhuc quod circa naturas ventorū declarandum censeo. Magister. Quod? Discipulus. An ne sonus quem tonitrui dicunt/ex ventorum aut potius nubiū collisione in superioribus causet. Magister. Utrūqꝫ in scripturis non inferioris ordinis viri tradidere. Principalior tamen causa huius est scissio nubis/facta hoc modo. Cum virtute solis ꝛ aliorum as[...]orum eleuatur vapor:et in eo exhalatio vsqꝫ ad mediū aeris intersticiū/vapor exhalationē circūdans in nubem inspissat. huius frigus dū exhalatio inclusa sentit/se ꝯtrahit: fortificat:ꝯtra latera nubis impellit: inflammat:et exitū non inueniens/violenter nubem rumpit. Maxime autē dū hanc nubem alia superior cōprimit/et inferior fortius resistit: tunc enim exhalatio nōdum inflāmata nubem scindit:ꝛ in exitu ex vehementia motus inceditur, Hunc sonum tonitru/et hanc incensionem coruscationem dicimus.



Licet aūt simul fiant: aut corruscatio post sonū (si exhalatio non in nube/ sed exeundo inflammat̃) prius tñ ignem ꝙ sonum percipimus ꝓpter visus subtilitatem. Nonnunꝙ ignem videmus et sonū nullum audimus: vt in estate tpe serotino. Sonus eñ nisi fortis fuerit/anteꝙ via multiplicationis (de qua in musicis) per aera ad aurē perueniat/deficit: aut propter debilitatē auditum non mouet. Velocitatē visus et tarditatē auditus sensibiliter experimur dū aliquē eminus ligna secantē cernimus. frequēter enim sonū primi ictus tūc demū audimus dum ipsum secundario lignū ferire conspicimus. Excalefacta aūt exhalatione nubem frangi/et ex fractione huiuscemodi sonū causari argumēta prebent castanea assata. et vesica aere repleta et violēter cōpressa. Visus velocior est auditu.

De fulmine et eius effectibus. Capitulum XX Discipulus.

Unde aūt fit/aut quid est quod tonitru comitat̃: et fulmen dici solet? Mag. Fulmen nonnunꝙ dicitur exhalatio sulfurea venenosa/violenter e nube depulsa: impetu suo et vi penetratiua et subtilitate arbores scindens: animalia interficiens: metalla et cetera resistentia demoliens atꝙ ꝯsumens. Que si grossior fuerit: resistentia corpora adurit: conglobatior vero dissipat. Quandoꝙ aūt fulmen lapis est ex vapore et exhalatione terrestri et minerali in nube maxime viridi aut nigra/ virtute ignis et influentiarū decoctus. qui rupta nube cū impetu deijcit̃: muros findit: edificia dissipat et inflammat. Utrūꝙ tñ exhalationē sez et lapidem ventus subtilis antecedit: qui corpora mouet aut diuidit versus quē fulmen venit. Quidā aūt philosophorū ꝯsiderantes mirabilem fulminis operationem: ipsum non opus nature/sed summi dei effectū immediatū arbitrati sunt. Disci. Hanc fulminis operationē patefacias. Ma. Ex multis pauca adducā que Auerrois/Albertus et ceteri philosophorum commemorant. Primo namꝙ ful

Fulmen

Effect⁹ fulminis mirabiles

Aue. Alb.



vide s. th. 2° meth.

men gladium in vagina/aurũ in bursa/et pedem in calceo demolit: vagina bursa/et calceo illesis. porosa eq̃dem sine resistẽtia ingredit: circa solida vero et resistentia diutius morat donec ea continuat et resoluat. Sic et hoĩem aut animal aliud intrinsecus in fauillam et cinerẽ redigit: extrinsecus aũt illesum ꝛ sine macula relinquit. Retia etiam in aqua consumit: que extra aquã minime ledit. Venenositate etiã sua vnũ interficit: et proxime stantẽ minime ledit. Sua subtilitate de pariete in parietẽ: de cubili in cubile: inferiore in superius mirabili velocitate mouet. Interdum vas cõminuit/ vino aliquãdiu in pellicula quadã ex viscositate vini subito extracta et indurata consistente: sed vinum hoc venenosum reddit. Animalia aũt venenosa fulmine percussa omne venenũ amittunt. Nonnunq̃ arboris aut vitis medullam interimit/ stipite ꝑpter porositatẽ illesa. Ligna aũt poros tortuosos habentia a fulmine facile nõ leduntur. Aliqñ fulmen vestem aut crines hoĩs adurit homine illeso. nam cũ debilis virtutis fuerit/ in id quod aliquid humiditatis cõtinet/ vt corpus hominis/ agere nõ potest: sed siccior aggredit: tale etiã si cutem hominis penetrauerit: ipsum inflatũ et colore immutatũ exhibet. De reliquis ex iam dictis rationes et causas assignare non erit difficile. cetera videamus.

Galaxia Dis. Que? Mag. Galaxiã: Iridem: Halonẽ: et Cometem.

De Galaxia. Capitulum XXI. Dis.

Galaxiam quid dicis? Ma. Circulum album in celo per pedes geminorũ et sagittarij principiũ protensum. Disci. Hic fortasse est quem libro septimo cum de natura stellaꝝ differeres circulum lacteum dicebas: non de natura elementari/ sed celesti siue stellari. Magister. Hic ipse est. et a grecis galaxeas/ a gala quod est lac: latine circulus lacteus dici solet. Sed de eo mentionem fecisse iam non memineram. Iridem videamus.

De Iride et Halone. Cap. XXII. Disci.

IRis quid est? Mag. Arcus tricolor in nube rorida et ɔcaua ex resplendentia solis oppositi apparens. Nubes eqdem rorida ꝓpter continuitatem guttularum satis tersa atq₃ polita/ad instar speculi se habet: sed ꝓpter paruitatem guttularū non figurā solis vt est/ sed colores quosdam ex reflectione radioꝝ solariū representat: quēadmodum ex resplendentia solaris luminis per vitrum aqua plenū in obiecto pariete videnł. Disci. Sed vnde ꝓuenit hec coloꝝ diuersitas? Mag. Ex nubis dispositione. Nam vbi nubes fuerit densior/fit reflectio fortior: et videł color puniceus. albū eñ visum per nigrū/rubeum siue puniceū apparet. Ubi nubes rara/fit reflectio debilis: et videł color viridis. sed vbi rarior est nubes/fit reflectio debilior: et videtur color alurgus ad instar lapidis sazuli. Color vero glaucus siue sanchos/generał ex iuxta positione viridis et puniciei. Uñ et iride marcescente puniceus in glaucū transit. Nonnunq̄ ex resplendentia iridis in nube superiore alia iris cernił: que est imago siue idolum inferioris a sole causati: ꝓpter quod in ea colores debiliores et opposito modo situati apparent: q̄q̄ etiam talis iris qñq₃ a solis resplendentia fiat. Figura aūt arcualis iridi ex radiorum incidentia prouenit. Et huius causa principalius consistit in nube. vt dicit ꝓpositio decimanona tertie partis perspectiue. Uñ radius solis incidēs per foramen rotundum/rotūdus est. In berillo tñ hexagono obiecta iris nō rotūda ꝭm naturā radij/sed hexagona apparet: ꝓgressum tñ radioꝝ a spherali corpore solis/cooperari nō omnino abijciēdum censeo. Est enim centrū iridis in eadem linea cū centro astri. vñ sequił vt iris semicirculo maior apparere nō possit: nisi forte quantum distantia oculi videntis a terra addit. et tunc q̄dem semicircularis apparet cum centra amboꝝ in horizonte sunt/vnius in oriente et alterius in occidente. Quāto aūt sol ab horizonte plus distat tanto arcus iridis semicirculo minor apparebit. vñ sole existente in meridie/minima iridis portio posset videri. Dis. Posset ne iris causari ex resplendentia lune? Mag. Posset. Sed in coloribus longe debilior: ꝓpter lunaris luminis debilitatē: et nō nisi luna plena/nocturno tp̄e/et vapore siue nube rorida multū disposita. Circulus aūt circa lunā aut aliud astrum apparens/Halo dici ɔsueuit. Et fit cū vapor in raritate et densitate mediocri/diametraliter inter astrū et visum nostrū interponił: super quē lumen astri incidens ipsum in medio disiungit: in extremitatibus aūt radij refrangunł ꝓpter vaporis densitatē: in quibus etiā colores (etsi debiles) videnł. Ex eadem causa colores varios in aere cernimus: maxime aūt puniceū circa solis ortū vel occasum. similiter virgas coloratas in nubibus discōtinuis videmus. In nocte aūt voragines et hiatus in celo videre nos dicimus: cum eadem in vapore cuius mediū densius est: ꝓpter longiorem distantiā contingant. Soli autē si nubes a latere obiecte fuerint ex reflexione plures soles (quas parelios dicunt) representanł. sicut in speculo aque immerso cum sole stelle cernitur: que nō est nisi secundaria solis imago. Disci. Facile his assentio. Sed de iride ambiguitatē immittit: quod nuper in Geñ. me legisse recordor: post diluuium generale deum in signū federis quod cū Noe pepigerat: hunc arcum in nubibus se positurū spopōdisse. Si igitur eo modo quo dictū est causaretur/vtiq₃ ante diluuium sepius apparuisset. Mag. Apparuit vtiq₃: sed tunc signum

Iris

Colores iridis

Figura iridis

Cētrū iridis.

Halo

Plures soles

Iris apparuit añ diluuiū.


halo
Galaxia
Iris
Cometa

federis nõ erat. Noe igitur in signũ federis ex institutione hunc arcũ accepat vt que ante hac pura res naturalis & nullius pacti signũ erat/tũc signũ esse inciperet: et res naturalis in causis suis esse non desineret. Queadmodũ lapis quo agrorũ limites distinguimus/nõ tunc lapis esse incipit cũ in signũ distinctionis erigit᷑: sed tunc signũ esse cepit qui prius erat/ sed distinctionis signũ non erat. Discipulus. Intelligo. Sequitur autẽ vt iuxta pmissorũ ordinem nunc cometem describas.

De comete & bellis sterilitate terre: morte principũ: & ceteris malis apparitionem cometis consequẽtibus. Ca. XXIII. Magi.

Cometes est exhalatio terrestris/calida & sicca/ pinguis & viscosa: virtute astrorũ ad supremã aeris partẽ eleuata: & ibidem incensa. ¶Sunt tñ qui cometã exhalationẽ dicũt subtilem: nõ inflãmatã/ sed lucentẽ: a lumine solis & astrorũ in ipsa incorporato ¶Generat᷑ hec exhalatio actione astrorũ in visceribus terre: maxime dum pori per frigus astringunt᷑: & egredit᷑ cũ per calorẽ resoluunt᷑ ¶Non autẽ tota simul eleuat᷑/ sed pars post partẽ ascendit/ & noue continue generant᷑: a quibus etiã cometes in supiorib' nutrit᷑ diutius & ipsis impeditis desinit citius ¶Diuersificant᷑ aũt in quantitate/figura/& colore sm materie differentiã ¶Unde si materia in medio bene cõpacta/in extremitatibus vero circũquaqȝ rara fuerit: videt᷑ quasi astrũ crinitũ ¶Si autẽ materia equaliter spissa/sed in longum protensa sit: vt stella caudata apparet ¶Si autẽ cauda corpore rarior fuerit/cernit᷑ vt stella barbata ¶Raritas etiam & densitas materie colorẽ variant ¶Scdm astrologos autẽ cometa de natura saturni/cerulei aut plumbei coloris est: que autẽ de natura iouis/alba ad instar argẽti lucidi videt᷑: & q̃ de natura martis/rubea: q̃ de natura solis/vt aurũ argento mixtum apparet: que de natura veneris/spissa vt nubes cernit᷑. Mercurius aũt cometẽ suũ ceruleũ demonstrat ¶Cauda etiam & caput draconis & aliarũ constellationũ nature mutationẽ in his facere dicũtur. Sed hec ad p̃sens cõmemorasse/nõ pbasse sufficiat. Disci. Nondũ motum & significatiões cometarũ explanasti. Magi. ¶Cometes mouet᷑ ad motum continẽtis aeris: per diem naturalẽ circũeundo terrã ¶Significatiões cometarũ sunt varie. generaliores aũt sterilitates/pestilentie/& seditiões ¶Sterilitas quidẽ maxime vbi siccitas & caliditas intsẽ nocere possunt. hec enĩ cometam & antecedũt & sequũtur. Priuatur etiã terra eo tpe cõiter omni fecundo humore. In terris aũt paludinosis sequit᷑ quãdoqȝ fertilitas ¶Pestilentie aũt sequũtur: nam cũ substãtia comete/que subtilis est & bene digesta/alie exhalationes segregate tanq̃ impuriores & venenose eleuantur. Unde & tpe comete ante aut post ventus/terremotus & ignite impressiones plurime fiant: ex his itaqȝ aer infectus & continuo inspiratus/vitalẽ spiritũ debilitat/& tandẽ extinguit: ratione etiam siccitatis homines incendit ¶Mortem autem principum cometa fortasse ex eo significare dicitur: q̃ principes vt magis delicati/vel intemperati ab aere corrupto citius inficiuntur: aut q̃ mors principis vnius plusq̃ multorũ popularium diuulgatur ¶Seditiones autem comete forsitan significant: q̃ ab aere imutatio nõ modo spiritus vitalis/sed & animalis imutat᷑: ad cuius imutationẽ sensationes quorũ principiũ est variã

Cometa.

quõ gnẽh

Diuersitas cometarũ
Astrum crinitum

Colores
Astrologi

Motus cometarum.
Significationes cometarũ
sterilitas t̃re.
Pestilentie
Mors principum.

Seditiones

tur: phantasia pturbatur: appetitus irascibilis ꝛ concupiscibilis excitatur: ad cuius impetum nonnunꝙ ratio cōdescendit/ ꝛ his motibus similia dijudicat. ꝛ voluntas ꝗuis de se libera ꝼm dictamen rōnis imperat. Sed vir sapiens vt in libro septimo conclusimus cū Ptolemeo/ dominabiꝼ astris. Discipulus. Quinimo ꝛ fastidicis astrologis.

De mixtis tertie compositionis que sunt mineralia. Capitulū XXIIII Magi.

Plini⁹ in speculo naturali. Ptolemeus in alma. Calcidius in tymeo.

Que sequuntur in ordine mixtoꝝ mineralia sunt: videlicet lapides/ sales/ ꝛ metalla: que ex vaporibus ꝛ exhalationibus actione qualitatū primarꝝ ꝛ calore celesti in terre visceribus procreātur. Unde Plinius: Fundus terre p̄ciosissimus est. ibi eīn omnes influētie celestes confluunt: ꝛ gēmas p̄ciosas causant: ratione huius calor maximus circa centrum generaꝼ: ꝼm Ptolemeū ꝛ Calcidiū. Hinc nōnulli ibi infernū esse argumētantur. Nōnulli etiā terrā intrinsecus lapidē ꝯtinuū/ varijs tn̄ colorib⁹ distinctū asseuerant. Disci. Dictorum generationes particularius tangas. Magi. Lapides ex vapore ꝛ exhalatione cum luto viscoso ꝯmixta/ actione longa/ diuersoꝝ colorum ꝛ efficacie multiplicis ꝼm materie naturas producuꝼ. Pura autem terra lapis non fit. vincens eīn in eo siccitas/ ipsam coagulari non permittit. Unde nisi vndequaꝗ irrigua esset aquis/ sicut corp⁹ animalis sanguine: partes eius nō coherent. Aqua vero lapis fieri potest/ si vel guttatim cadens congelaꝼ frigore aut coagulatur virtute materiali. Quod ingenium Raimundus lulij in lapidario luculentissime prosecutus est. Interdum etiam spuma aquarū in lapidem vertitur: ligna quoꝙ in aqua in lapides vertunꝼ.

Lapidoꝝ generatio. Plini⁹ de mirabilib⁹ mūdi Terra nō fit lapis Aristo. 4. meteoroꝝ. Raymūdus lulij.

Uꝗ fit lapis. Auicēna de mirabilibus



Arena item ex luto viscoso indurat. Disci. Sales vnde fiunt? Magi. Ex vapore exhalationi forti actione in diuersa proportione admixto/diuersi sales generant: vt sunt sal harmoniacū/vitriolū/nitrū: similiter et sulfur: argentū viuū: auripigmentū: arseuicū et similia. Quorum q̄ facile ab igne fugiunt/spūs dicunt. Humores pingues in terra putrefacti/bitumen efficiūt. Disci. Metalla vnde generant? Magi. Immediate ex argēto viuo et sulfure. Est quidē argentū viuū substantia aquea/mixta terreo subtili/ mixtione forti. Qd quidē puenit si vapor subtilis exhalationi pure/virtute caloris (pprie solis) per diutinas solutiones et coagulatiōes iungat. Huius partē terreā quidam sulphur argenti viui nomināt: et eius sepatione multū laborāt. Claritatē habet ab aqua et aere inclusis: mobilitatē continuā ab humiditate et pondere: q̄ autem nō adheret: habet ex siccitate extrinseca. Huius natura mirabilis multorum ingenia in stuporē vertit. Vñ quidā ipm calidū: quidā humidū: quidā siccū: quidā frigidū a dño esse voluerūt. Sulphur aūt est ex vnctuoso aereo/terrestri/subtili et igneitate decocto. Ex his itaq3 duobus sc3 argento viuo et sulphure diuerse coadunatis/et in mineris terre decoctis/diuersa generant metalla: et vt quibusdā placet: si in terra manerēt/natura decoctionē argēti viui iteraret donec in argentū stabilirek: et sulphur in aurū verterek. Sunt aūt metalla. Plumbū qdē ex argēto viuo impuro/grosso/et fetulēto/et sulphure impuro pductū. Stannū ex argēto viuo puro et claro/et sulphure imūdo generat. Ferrū ex sulphure spisso/impuro et adurēte cū argēto viuo modico et imūdo creak. Aurū ex argento viuo puro et claro et sulphure rubeo et mūdissimo nō adurēte actione solis efficit. Cuprū vel es ex arg. vi. nō oino imūdo/et sulphure rubeo et grosso nascit. Alchimiste argentū viuū mercuriū nomināt: q̄ oibus metallis iungit: sicut Mercurius in influētia ſm astrologos cū planetis oib⁹ copulak. Argentū ex argē. vi. mūdo et albo/et sulphure nō adurēte mūdo et albo pcreak. Accidit aūt metallis ductibilitas ex vnctuositate: et liquefactibilitas ex multa aquositate argēti viui. Vñ que plus de argēto viuo participāt/citius liquefiūt. sicut plumbū et stannū. per oppositū es et ferrū. Disci. Chalibs vero vnde generak? Magister. Chalibs est ferrum purgatū et depuratū per ignitiones et extinctiōes multas. vñ efficik vnctuositatis minoris: et facilius q̄ ferrū frangik. nec oino in pondere equiparantur. Auricalchū aūt est cuprū p tuthiā coloratū. Electri vo species tres inueniūtur. Vna que ex quodā gumi arborū indurescit. qd et succinum dicūt. Alia ex ptibus auri tribus et vna argēti conflatur. Tertia aūt naturalis est/et in mineris reperik: sophisticata ab auro vix discernik: et inter alias virtutes habet vnde venenū miro splendore prodat. hinc in precio est.

Sales — Spiritus — Bitumen — Argētū viuū. — Sulphur — Plumbum — Stannum — Ferrum — Aurum. — Cuprum — Mercurius — Argentum — Ductibilitas. — Liquefactibilitas. — Chalibs. — Auricalchū — Electri spēs. — De hac Ambro. in hexa. li. 3. ca. 15.

De Metallorum transmutatione. Capitulum XXV Discipulus

Restat de quo circa huius generis mixta te disserturum au.dius expecto. Magister. Quod est hoc? Disci. Metallorū transmutatio de qua alchimiste se iactant/si sit possibilis? Magister. Eorum quorum materia est eadem/crebram fieri transmutationē docuimus. Num terra in aquam/et aqua in aerem/aer in ignem/et hec omnia in mixti speciē trāsmutantur? Sic cinis/et arena obscura in lucidissimum vitri substantiam actione ignis vertuntur. Discipulus. Transmutank si in preiacentem redacta fue

rint materiã:aut saltẽ in eã/cuius forma forme generãde nõ repugnat. Magister. Quid igit obstat q̃ minus hac via metalla in se trãsmutari possint:cũ omniũ cõmunis sit materia? Ad hoc equidẽ multi ph'oꝝ per calcinationes/ sublimatiões solutiões/ꝛ coagulatiões laborarũt: licet min⁹ vtiliter q̃ veraciter cũ artẽ nature actionẽ ſm precisionẽ imitari/aut difficillimũ sit/aut omnino impossibile. Magis tñ veritati appropinquant:qui per principia nature talem rem efficere student que sine fumo fluat ignẽ non fugiat: substantie metalli per minima mixta totum qđ minus in minera decoctũ est/ celerrima actione cõpleat. Hoc iam completũ/elixir:hoc ouum/ꝛ lapidẽ ph'oꝝ:ꝛ in suis principijs acetũ acerrimũ:lapidẽ nõ lapidẽ/mineralẽ/ animalẽ/vegetabilẽ/ sanguinẽ/terrã oculosam:vrinam/ꝛ omniũ rerũ nominibus nominãt: vt sub metaphoris ꝛ figuris fatuos ꝛ auaros a via veritatis secluderent: ph'is vero ꝛ nature p̃ncipia secretius rimãtibus/occultas nature op̃ationes panderent.

Nature imitatio difficillima.



Auctores alchimie

Ars eadẽ in se nullius laboris:sed opus est mulierũ:ꝛ vt aiunt ludus pueroꝝ. Huius auctores p̃cipue fuere Hermes/Geber/Auicẽna:ꝛ hi q̃s Turba ph'oꝝ cõmemorat:moderniores sũt Raymundus Lulij. Arnoldus de noua villa. Albertus magnus:quorũ omniũ vnus finis:sed ꝓcedendi modus diuersus: omnis tñ in limitibus nature cõclusus:e quib⁹ oĩbus huiuscemodi trãsmutationis possibilitas indubitata ꝯcludit. Sed ꝓculdubio ab his q̃ diuitibus et p̃ncipibus se iungũt ꝛ magna ꝓmittũt/nequaq̃ attingit. Nam si sciẽtie hui⁹ secreta noscerẽt:sese vtiq̃ occultarẽt:de thesauro tanto gratias deo agerent pauperibus bene facerẽt:nec aliorũ opibus indigerẽt. Ab illis sũt maxime cauendũ:qui aut receptas ꝓbatas/nescio a quibus magnatibus se habere glo

A quib⁹ alchimistis cauendum sit.

plantur: lunã figere: et ad gradus auri mediocris/aut optimi tingere: mercuriũ coagulare: partẽ cũ parte: et varia augmẽta posse efficere mentiri nõ verentur. A quibus nimirũ tot hominũ millia decepti/et alieni auri cupidi: proprij vero qđ habuere in sumptuosis expẽsis largiores/oĩno defecerũt: et quotidie deficiunt: nec aliena piculo cautiores desistunt. Quod cũ in magnũ reipublice detrimentũ vergat/non ab re est/si a magistratibus et cõmuni bono prouidentibus/a fatua eorũ psumptione coerceanť. videnť eñ esse et de numero illorum: de quibus Paulus apostolus scribit: Semper discentes/et nunq̃ ad scientiam veritatis peruenientes. 2. ad Titũ. 3.

De vegetabilibus. Ca. xxv. Magister.

Quartũ genus mixtorũ est vegetabiliũ: vt sunt herbe: arbores et cetera hmõi. Disci. Horũ originẽ pandas. Magister. Si diuini philosophi traditionẽ attẽdimus/hec a primordio ex terra iussu creatoris pdierut/cum ait: Germinet terra herbã virentẽ et facientẽ semen: et lignũ pomiferũ faciens fructũ iuxta genus suũ: cuius semen in semetipso sit sup terram. Ecce creator omniũ vegetabilia simul in esse pdire iussit: et vnde se per multiplicationẽ indiuiduorũ in specie conseruarent/in semetipsis semen habere dedit. Et nõ modo vegetabilibus: sed et cunctis animãtibus hoc fecunditatis beneficiũ pstitit. De hac re diuũ Augustinũ et theologũ et philosophũ excellentissimũ in de trini. li. 3. disserentẽ audiamus. Omniũ quippe rerum (inquit) que corpaliter/visibiliterq̧ nascunť: occulta quedam semina in istis corporeis mũdi hui⁹ elemẽtis latent. Alia sunt eñ hec iã pspicua oculis nr̃is ex fructibus et animãtibus. Alia vero illa oculta istorũ seminũ semina. Unde iubente creatore/pduxit aqua prima natatilia et volatilia. Terra autẽ prima sui generis germina: et prima sui generis aĩalia. Neq̧ eñ tunc huiuscemodi fetus ita pducti sunt: vt in eis que pducta sunt vis illa consumpta sit. Sed plerũq̧ desunt cõgrue tpamentorũ occasiones/quibus erũpant et species suas peragant. Ecce eñ breuissimus surculus semen est: nam cõueniẽter mãdatus terre arborẽ facit. Huius autẽ surculi subtilius semen aliqđ eiusdem generis granũ est: et huc vsq̧ nobis visibile. Jam vero hui⁹ etiã grani semen: q̃uis oculis videre nequeamus/rõne tñ conijcere possumus: quia nisi talis aliqua vis esset in elemẽtis: nõ plerũq̧ nascerenť ex terra que ibi semĩata nõ essent. Nec animalia tam multa/nulla mariũ feminarũq̧ cõmixtione pcedẽte: siue in terra/siue in aqua: que tñ crescũt et coeundo alia pariunt: cũ illa nullis coeuntib⁹ parẽtibus orta sint. Et certe apes semina filiorum nõ coeundo concipiũt: sed tanq̃ sparsa per terras ore colligunt. Inuisibiliũ eñ seminũ creator ipẽ creator est omniũ rerum. Oĩa quecũq̧ nascẽdo ad oculos nostros exeunt/ex occultis seminibus accipiũt pgrediendi primordia/et incremẽta debite magnitudinis: distinctionesq̧ formarũ ab originalib⁹ tanq̃ regulis sumũt. Et infra. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadã textura elementorũ cuncta iam creata sunt: sed acceptis opportunitatib⁹ pdeũt. Nam sicut matres grauide sunt fetibus: sic ipse mũdus grauidus est causis nascentiũ. Et vt testatur Ambro. in hexa: Nequaq̧ fieri põt vt nõ/aut seminibus vtanť vniuersa gignẽtia: aut habeant aliqua que videanť cum virtute seminũ cõuenire. Et vt Aug. sup Geñ. lib. 5. differit. arbor ex arbore p surculi plantationẽ: et ex semine arbor: et semen ex arbore. sed semen ex semine nullo modo nisi prius interueniat arbor nascetur. Discipulus. Luculentissime doctor hic egregius

Moses Geñ. j.

Aug. de trini. li. 3. ca. 8.

Omniũ rerũ elementorũ latent semina.

Apum generatio.

Idem ca. 9.

Ambrosius li. 3. ca. 6.

Augustinus

que animo meo de his insidebant dubia dissoluit: imitari equidē amplius nequeo: cur ex terra paluerisata/cribrata/ et omni humana industria seminibus euacuata sponte pullulant plante: et quidē in figura/ virtute/colore/sapore et specie diuerse. Sic et de his que in aque superficie videntur oriri: quia elemēta (que in superioribus apud nos pura nō esse aiebas) seminibus taliū sunt impregnata. Sed congrue temperamentorum occasiones quibus ea erumpere dixit que sunt?

Aug. vbi s. li. 3. de trini. Sap. 11. Idē lib. 8. sup Geñ. ad lr̄am

Magi. Has qualitatū primarū actiones et celorū influxus in proportione nature cōcurrētes intelligo: et accidētes causas (vt ipse doctor ait) preter naturam forinsecus adhibitas. His equidē eo que secreto nature sinu abdita cōtinentur et foris creantur/ quodāmodo explicādo mensuras et numeros et pondera: que in occulto acceperūt ab illo qui oīa in mensura et numero et pondere disposuit idem sed diffusius li. 6. super Geñ. prosequitur et omnia primitus a deo creata fuisse: et per seculi tractum ex occulto in manifestum locis congruis exercenda testatur.

De cremento et distinctione plantarum. Capitulum xxvij Magister.

Virtus nāque et influxus celestis superficiē terre penetrans: partes subtiliores quibus dicta seminalis vis occulta inest/ in fumum resoluit: rursumque condensat: et in radicis species transfigurat. Hec infixa terre tanquam matri virtute caloris cōnaturalis et supcelestis/humorē terre circūiacentis alterat et quod nature sue cōueniens est attrahit et in sui et plante substantiam conuertit. Unde planta radice loco oris/qua nutrimentū accipit: et medulla pro stomacho corde et epate vtitur: in quibus acceptū nutrimentum digerit: et digestū partibus singulis per venulas subtiles transmittit: stipitē pro corpore medullā cōtinente corticē pro cute stipitē protegēte: folia aūt ad fructuū defensionē/ et nodos loco neruorū mēbra colligantiū accipit. Fructū vero in vsum viuentium et ornatum vniuersi: semen insup pro speciei conseruatione gignit: et in hec quoque elementorum partes proportionabiliter distribuit. Terreū nāque quod multū est in stipitis et durarū partiū substantiā transit: humidū aquosum quod parū est in folia et corticē. Aereum subtile quod est minus/in florem: quod aūt viscosum in fructū assumit. In eo autē quod semētis vices agit/ igneū quod minimū est delitescit. Per terrā coheret: per aquā se diffundit: per aerē et ignem planta consurgit. Disci. Plantas igitur quatuor elementis constare asseris?

Adaptatio plante ad corpus humanū. Ambrosius in hexa. li. 3. c. 14

Magister. Etiā. Discipulus. Cur igitur nō in aqua/aere/aut igne quēadmodū in terra pullulant aut nutriuntur: cū et in his quoque singulis singula elementa permixta sint. Magister. Elementa apud nos et fortasse in toto vniuerso iam nō pura/sed sibi in omnibus mixta Ambro. affirmat et in naturalibus exercitato facile probatur. Plantas autem non in singulis oriri omnibus manifestum. Huius autē causam (quia queris) ex superioribus accipe: cum terreum in omnibus abundare/cetera autem in quantitate minore et a terra coherentiam plantis inesse ostensum est: hinc in terra figuntur/ et sufficiens nutrimentum inueniunt. In aqua autem ad tempus nutriri/sed figi non possunt (paucis demptis.) In aere vero diutius/aut nutriri/aut figi propter sui subtilitatem nequeunt: in igne ab excessiuo calore citius emarcescunt. Discipulus. Omnes itaque plantas a dominio terreas asseueras. Magister. Ita sentio.

Ambrosius in hexa. li. 1. c. 6.

Discipulus. Unde ergo quasdam calidas & humidas multi scribūt: cum neutra harum qualitatū terre conueniat? Magister. In plantis si partes integrales consyderas/ ipsas terreas a dominio deprehendes. Si autem partes virtuales & qualitatū gradus attēdis: quasdā calidas & siccas: alias calidas & humidas: alias humidas & frigidas: nōnullas etiam frigidas & siccas inuenies: & hoc vel in gradu primo/ secūdo/ tertio/ aut quarto secundum qualitatū intensiones & remissiones. nam secundum has similiter & partium elementaliū in proportione multiplici variantur plante: non modo in virtutibus/ verūetiam in fecunditate/ modo germinandi/ & effigie. Creator equidem omnium (vt premisimus) vim hec omnia continentem sic indidit: vt congruis temperamentorum occasionibus quod in secreto nature sinu abditum est/ in propatulū prodire possit. Unde quedā sunt que ex radice vnicum stipitem habent: ex quo rursus rami/ & ex his folia pullulant: & sunt arbores. Quedam ex radice non stipitem/ sed ramos: & ex his folia generant: & sunt frutices. Quedam ex radice nec stipite nec ramis medijs folia germinant: & sunt herbe. Ex oleribus autē sunt que ex vna radice stipites & ramos multos accipiunt. Et rursus quedam fructificant: quedam sine fructu omni tēpore manent. Fructifere secundum digestiones semel tm̄ aut pluries in anno fructificant. Fructum autem aut sub folijs/ super folia/ in medio: sub cortice/ a stipite: aut a radice producunt. Amplius quedam oleum stillant: quedam folia non habent: quedam etiam floribus carent. Omnibus autem vt ait Plinius/ inest sexus diuersitas. In eadem vero planta teste philosopho: vterque sexus non reperitur. Ab auibus semen deuoratum & egestum integrum: si in ruinam corticis ceciderit/ nōnunquam pullulat: fitque vt in quercu aliaue arbore/ cerusus aut alterius generis planta reperiatur. In his autem que per surculi insertionem in alieno stipite crescunt. natura stipitis in surculi naturam cōmutatur. Sed his finē faciamus. Nam vt ait sanctus Ambrosius in hexameron libro 3. ca. 15. Inexplicabile est singularū rerum proprietates exquirere: & vel diuersitates earum manifesta testificatione distinguere: vel latentes occultasque causas indeficientibus aperire documentis. Et rursus. Quis autem possit comprehendere varietatē/ speciem/ gratiamque pomorum: singularum quoque vtilitatem arborum/ fructuum/ sucorūque proprietatem.

Varietas plantarū.

Plantarum distinctio.

Plantarum sexus.

Plinius

Aristoteles.

Ambrosius

De Animalibus. Ca. XXVIII. Disci.

Ad sequentis igitur ordinis mixta descēdas. Magister. Que sequūtur quinti generis mixta/ animalia sunt irrationalia: que in presenti quadruplici ordine distinguimus. Sunt enim quedam vt ait scriptura volatilia: quedā reptilia & quedam gressibilia. Quorum exordia/ propagationes & naturas in medium ferre: ingenium vacillat/ calamus tepet/ & epitomatis breuitas nō admittit. Discipulus. Saltem que iam in prompto sunt/ verbis planis succinctaque oratione in vniuersali patefacias. Magister. Facile quidem tuis petitionibus acquiescerem: sed ea breuitate quam expetis: & obscurus fio: & emulis quibus me feriant iacula administro. verūtamen cum non illis/ sed tibi optime indolis adolescenti in hoc epitomate obsequi statuerim: vt petis prememorato ordine singula sub breuitate transcurram. Discipulus. Probe.

Geñ. j.



De volatilibus & generatione ouorum. Capitulum XXIX Magister.

Volatilia. Volatilia aues sunt/que alis seipsas per aera quo tendunt mouent. Horum primordiale exordium similiter a creatore est: qui distincta elementa pro capacitate sua viuentibus decorauit: aera quidem volatilibus: aquam natatilibus: terram gressibilibus: & hec vtraque reptilibus. ignem autem qui propter sui debilitatem & siccitatem viuentibus habitaculum prestare non potest/ a viuenti anima nudum reliquit. Disci. Hec legislatoris historia pandit/naturalem volatilium generationem edoceto. Magister. Volatilia quia se in numero conseruare non

Gen. j. d possunt (quoniam corruptibilia sunt) ab auctore nature dicente: Crescite & multiplicamini/propagationis vim acceperunt: qua se in specie conseruent. Fit autem hec propagatio per seminis decisionem. Unde & in ipsis sexuum discretio est: & nos in sequentibus masculum gallum: & femellam gallinam appellabimus. His equidem duobus coeuntibus/in matrice galline oua concipiuntur: & ex illis pulli nascuntur. Primum

Ouorum generatio. de ouis: deinum de pullorum formatione tractabimus. Disci. Oua vnde/aut quomodo generantur? Magister. Ex spermate galline: cuius pars humidior ad extremitates se expandit/& fit albumen: terrestris vero ad centrum se contrahit/& hec citrina: & vitellus dici solet: & hec duo propter nature diuersitatem telis paruis separantur. In quibusdam tamen propter caloris debilitatem: colores hi distincti non sunt: vt in ouis piscium. Ouum conceptum/calore matricis cui colligatum est vegetatur: donec ad complementum perueniat. exinde vinculo quo matrici iungitur rupto in lucem prodit eo ordine: vt pars acuta que matrici adherebat vltimo exeat. Testa in ventre mollis est: ne parturiendo ledat: mox autem edita

Ouantium diuersitas. frigore durescit. Ouantibus non eadem est natura. Nam quedam semel tantum in anno pariuntur. vt rapaces: quedam pluries: vt columbe. Galline autem domestice multotiens: & he cito deficiunt: quoniam cibus in sperma transit.

Dis. Scite hec dicta videnť. Sed ad q̃d galli coitũ necessariũ arbitrare: cum ouũ ex solo galline (vt ais) spermate formeť? Mag. At seminalem spiritũ immittat: quo ouũ et sustentať et fecunditatem accipit. Vñ gallina sine gallo ouans: aut ex inani alterius galline concubitu/ aut osculo vel olfactu galli/ vel flante zephyro: oua quidem parit/ sed sterilia: que oua venti appellanť: fit aũt hoc sepius. non eñ gallina tantũ quantũ gallus coitum appetit: ideo multis gallinis gallus vnus sufficit. Fecunditas oui

De pullorum ex ouis generatione: formatione et diuersitate. Cap. XXX. Mag.

Oua itaq; galli concubitu concepta a gallinis: nonnunq̃ a gallis/ interdum alternatim ab vtrisq; foueñť. Albumen qđ calidum est et humidum: in quo et vis seminalis a gallo transfusa latitat/ calore incubantis alterať: et in triduo vel circa guttula q̃dam sanguinea in albumine/ versus oui acumen apparet: ex qua cor pulli formať. Fitq; circa idem vena magna in vmbilicos duos ramificata: quorũ alter ad telã vitelli/ alter ad eam qua pullus contineť ꝓtendiť. per primũ pullo cibus de vitello ministratur: reliquus secundine deputať. Dis. Substantiã igitur pulli ex albumine nutrimentũ vere ex vitello asseris? Mag. Sane. In argumentũ huius accedit: q̃ vitellus continue minuiť: et si quod residuũ est/ nascentẽ pullum in vmbilico sequiť: vt statim natus cibum habeat conuenientẽ: in perfectis aũt vmbilicus iam nõ apparet. Dis. Nondum nascentis conditionẽ/ sed exurgentiũ membroꝝ formationẽ quero. Mag. In decẽ diebus oĩa membra pulli manifeste apparent: et inter hec caput maximũ. sequẽtibus decẽ fortificanť et ordinatius distinguunť: et a spiritu vitali singula viuificanť: ita vt die vicesima pullus iam vociferare incipiat. Hec aũt est positio ipsi⁹ in matrice: vt caput supra pedem dextrũ habeat: et ala dextra caput tegat. Omnis tñ in pedes nascitur ex acuta oui parte. Ex ouis aũt oblongis galli: ex rotundioribus galline frequentius generanť. Dis. Sed quid de ouis in quibus nõnunq̃ duo vitelli conspiciunť. Ma. Hec ex duplici coitu/ per aggregationẽ duorum spermatum concipiunť. Et si q̃dem sit tela vtrũq; distinguens/ gemellos: sin autẽ/ pullum monstruosum ꝓcreant. Vultures aũt. vt refert sanctus Ambrosius in hexameron. li. 5. c. 20. sine concubitu concipiunt et generant. Et de carnis premortue phenicis humore vermis exurgit que et processu temporis in prioris speciem reparatur.

De formatiõe pulli

De nutrimento pulli i ouo.

Vultur

Fenix

Ambrosi. idẽ ca. xxiij.

De membrorum in pullis diuersitate. Capitulum. XXXI. Disci.

Vnde queso tantam in organis et membris volatilium diuersitatem natura ingeniauit? Magi. De interioribus si queris/ ea ad opera vegetatiue necessaria ex his que posthac dicem⁹ cognosces Exteriora vero ad alia opa: maxime aũt ad ea que prede deputanť acommodata sunt. Vñ quibusdam visum acutiorẽ/ alijs autem obtusiorẽ dedit. Acutum quidem rapacibus. vt a remotis predam cognoscant. Ceteris vero que circa terram aut aquas versanť obtusiorem: quia alimento sunt ꝓpinquiores. Palpebras habent membranulas non carneas: nec oculos nisi per inferiorem claudunt: propter duriciem corij continentis caput. Dentibus carẽt:

Ambrosius in hexa.li.v.ca. xxij. et ꝑ his vtunt̃ rostris. Que rursus in rapacib⁹ acutiora sunt et adunca: vt q̄dam cape/et captā facilius dilaniare possint:qm̄ carnib⁹ vescunt̃:īō etiā vngues ceterꝭ hn̄t magis adūcos. In aq̄ticis rostra sunt lata: vt ipsis ꝑ hamo et collo ꝑ arundine hami:et pedib⁹ latis (q̄ꝝ ꝛ digiti mēbranis ligant̃) pro nauigio vtant̃. loco anteriorū pedum alas habent. volando se cauda dirigūt

Idem ca. xvj Aues nō mingunt Pectus est acutū: vt volando paucū aeris moueat/et aera citi⁹ diuidat. Carnosum tn̄:ne ex freq̄nti aerꝭ īpulsiōe aut ledat̃:aut interiora infrigident̃. Nō mingūt:qm̄ paꝝ bibūt:et si quid sup̄flui sepat̃/in plumaꝝ substantiā vertit̃: Cetera pticularius inq̄rere nō est p̄sentis negocij. Sunt em̄/vt ait Ambrosius/auiū gn̄a diuersa:q̄ memoria aut cognitione cōprehendere q̄s possit?

De aquatilibus. Cap. xxxij. Magi.

Ps̄.103 AB aere itaqꝫ in aquā delapsi/eā si possum⁹ trāsnatabim⁹. ipaciosum et magnū eq̄dē est mare:et illic reptilia q̄ꝝ nō est numerus. et aīalia

Ps̄.106 inq̄t ꝑpheta pusilla cū magnis. Dis. Et q̄ hec viderūt? Ma. Qui

Ambrosius i hexa.li.5.c.2. Mirabiliora maris q̄ terre descēdunt mare in nauib⁹/faciētes opatonē in aq̄s multis:ipsi inq̄t viderūt opa dn̄i et mirabilia ei⁹ in ꝑfundo. Plura eq̄dē in mari q̄ in terris sunt ait Ambro. in hexa. Et ea q̄ in terris viuūt/ab his sibi noīa vendicarūt:eo q̄ prius in mari ista ceperūt/diuersis q̄ꝫ fluminibus. Et ea q̄ timem⁹ in terris/a=

Lib. 2. senten. dis. 15. mamus in aq̄s. Etenim noxia in terris/in aq̄ innoxia sunt. Atqꝫ ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris:dulcis in fluctibus. sic videre est de ceteris. Verūtn̄ vt testat̃ Petrus Lōbard⁹:oīa creata sunt innoxia:sꝫ ꝑpter peccatū facta sunt noxia. Nihil itaqꝫ hoi nocuissent/si nō peccasset. Sed hec theologie reseruātes/ad ꝑpositū reuertamur. Dis. Videris astruere et aquatilia p creationē in esse ꝑdijsse. Mag. Moyses hec docuit. Dixit em̄ deus (vt

Gen̄.1. Ambrosi. vbi supra.c.1. ait) ꝑducant aque reptile aīe viuētis. Om̄e aūt qd̄ natat/reptādi hꝫ vel spe



Gen̄.1.d. ciē vel naturā. vt asserit Amb. Et ne hec in seipsis deficerēt/ipsis gn̄ationis fecūditatē creator cōicauit/dicens: Crescite et multiplicamini et replete aq̄s

Fit aũt plerũq; hec gñatio p seminis ꝓpagationẽ. Vñ ⁊ in aquatilib⁹ seu piscibus sexuũ discretio est. et in pluribus corpis mole patet. Nã femine maribus et maiores sunt et longiores: carne q̃q; duriores reperiunt. Discretio sex⁹ in piscib⁹.

De pullificatione pisciũ. Cap. xxxiij. Mag.

Qui sexu discernunt ventrũ attritiõe coeunt: tanta aũt celeritate vt visum fallant. Ordinẽ tñ nature seruãt in sexu et gñe: vt nunq̃ piscis cũ alterius gñe pisce cõmisceat. dempta murena: q̃ sibilo vipere ad littus euocata cũ ea coit. vt refert Ambro. in hexa. Tpe itaq; coitus par cũ pari ambulat. Femella oua ↄcipit i matrice: que tñ nõ pficiunt donec pariant. tũc eñi mas ea subito sequit/ et semine suo aspgit: aspsa ab aqua/ vt a blanda nutrice fouẽda suscipiunt: post diẽ albescunt: dehinc oculi apparere incipiũt. et celeriter complent: maxime aũt si multo semie pfusa fuerint. Primum ex residuo oui humore/ dehinc ex aq̃ nutriunt. Que aũt masculino spermate tacta nõ fuerint/ sterilia manẽt. Femella etiã maiorẽ ptẽ suoꝝ ouoꝝ pt⁹ tpe deglutit: qḋ fortasse sagax natura ꝓuidit: ne tota vnda piscibus impleat Hinc etiã magni corpis pisces paucoꝝ filiorũ sunt. Dis. Quid aũt de his q̃bus nõ inest sexus diuersitas? Ma. In oib⁹ vtrũq; sexũ eẽ astruũt sola dempta anguilla: q̃ scopulis se atterit: eaq; strigmẽta virtute influentiaꝝ viuificata in anguillaꝝ speciẽ transeunt. vel vt ait Phũs viscositatẽ p aures ↄcipit: atq; fetũ generat. Quedam etiã e pisciũ genere rore celesti (vt aiunt) ↄcipiũtur. sicut ostree et q̃ in ↄchilibus degũt: et q̃dã ex limo et putredine erũpũt. Dis. Facile his fidem habeo: cum sermonẽ diui Augusti. de mũdi fecũditate mẽte reuoluo.

Murena. Ambrosi. vbi supra. c. 7. Formatio piscium

Anguilla Aristot. v. de animalibus.

De diuersitate membrorũ in genere pisciũ. Capitulum XXXIIII Magister.

Nec in hoc gñe aĩantiũ natura in mẽbroꝝ distinctione defecit. Nã primũ corpus oblongũ edidit/ q̃ aquas facilius diuidãt: id q̃q; corio leni/ aspero squamoso aut spinoso texit: loco manuũ pedumq; brancias et pinnulas q̃b⁹ se moueant ordinauit. Cauda aũt natando oẽs se regunt. hanc etiã cũ dormiũt parũper mouent. asserit Plini⁹. Sensuũ vias habent occultas: ne aqua ledant: pter oculos q̃ duriores sunt: nec colores medios discernere ꝓpter visus debilitatẽ facile pñt: ob id et piscatores eo colorum genere vtunt sepius. Non spirant. Qḋ nobis est spiritus/ illis est aqua Sicut nobis spiritus/ ita illis aqua viuendi ministrat substantiã. Brancias habent: quas nunc plicant et colligũt: nunc explicãt atq; aperiunt. In hanc ergo collectionẽ et apertionẽ dum suscipit aqua/ et transmittit ac penetrat/ respirationis munus implet. pulmone itaq; carent. Humorem sanguini proportionatũ possident. Linguam habent: sed non vndiquaq; discretã a palato Dentes sunt ipsis ex vtraq; mandibula acuti et prominentes: vt cibum in ore tenere/ diuidere et deglutire citius possint: ne humiditate aque effluat. Dis. Si aqua nutriuntur vt premissum est/ dentibus non indigent. Magister. Aqua q̃dem nutriunt: sed nõ pura/ sed ea que viscositatibus terrenis impinguata est. vt est pluuialis/ et p stercoꝝ loca transiens. Nec illa solum: verũetiam vermibus/ herbis/ stercoribus/ carne/ pane. et generaliter semper minor est esca maioris: ita vt tpe pullificationis etiam nonnulli pullos deuorent.

Ibidẽ. c. 14. Pisces corp⁹ habent oblongum Plini⁹ in speculo naturali

Ambrosi. vbi supra ca. 4.

De nutrimento piscium.

Habitatio pullorum Idem ca.viij.

Habitatio eorum cõfusa nõ est:sed vt ait Ambrosius: Hoc genus piscium in illo sinu maris alit/illud in alio:et qd hic abundat/alibi deest. Fouendi tñ partus necessitate quidem loca mutant. Hec de aquatilibus cõmunibus accipiẽda arbitror:nõ de singulis monstris marinis. Nunc stilus vndarũ procellis madidus terras reuiset:et alis excussis reptilia gressibiliaue peruolet.

De reptilib⁹ et gressibilib⁹. et quare deus tã diuersas rerum species cõdidit:q etiã nobis nociue et inutiles videntur. Cap. xxxv. Dis.

Reptilia q dicis? Ma. Que corporis cõtractioni et extensioni innituntur:qb⁹ se in anterius mouent. parte eqdem anteriore se extendũt qua si aliqd solidi apprehendunt/reliquũ corporis post se trahunt.

Serpẽtia

Et hec rursus trifarie partiunt. Sunt enim q squamis pro vnguibus/et costis cruriũ loco vtunt.et serpentia dici possunt.vt colubri. Et sunt q ore solidũ cõ



Trahentia

ꝓhendẽtes se trahũt:q trahẽtia dici solẽt.vt vermes. Et sunt q quis pedib⁹

Reptilia Gressibilia

moueant:magnã tñ corporis ptẽ terre applicãt/et cõi noĩe reptilia appellãtur:sicut lacerte/stelliones/et plures vermiũ spẽs. Que vero pedib⁹ gradiunt duob⁹/pluribusue sp tñ equalib⁹:et reliq corporis pte terre nõ innitunt:gressibilia sunt. Et hec oĩa cõditor rerum ab initio verbo suo in esse pdire iussit/dicens:

Geñ.i.b.

Producat terra animã viuentẽ in genere suo:iumenta et reptilia et bestias terre ẽm species suas. Dis. Quid creator significare voluit tanta aĩalium diuersitate. cũ multa sint humano generi nõ modo inutilia / verũetiam nociua? Mag. Noli ponere os tuũ in celum:aut in altũ extollere cornu tuũ et loqui aduersus deum iniquitatẽ. Sed pone ori tuo custodiã:et ostiũ circũstantie labijs tuis:et phibe linguã tuã a malo:et labia tua ne loquant dolũ.

Plato in Tymeo

Non enim potuerũt a deo bono nisi bona fieri. et vt Plato in Ty. affirmat

et Aug. in Enchi. ca. 11. comprobat: Nature igit omnes: qm naturarū ꝑsus oīm summe ꝯditor bon⁹ est: bone sunt. Et in de ciui. dei li. 11. nullam oīno naturā malam astruit: Sed a terrenis vsq₃ ad celestia inquit / et a visibilibus vsq₃ ad inuisibilia sunt alia bona alijs alia meliora: ad hoc inequalia vt essent omnia que artificis sapiētia metienda sunt. Faciunt em̄ oīa ad decorē vniuersi: queadmodū multe rerū spēs diuersis colorib⁹ a pictore i eodē pariete effigiate. Et sicut in specie visibili hoīs / si vnū radatur superciliū: ꝙ ppemodū nihil corpori / et ꝙ multum detrahit pulchritudini. Vñ et Ambrosi. in hexa. Singula eoꝝ que generant e terris specialem quandam ratione habēt: que ꝑ virili portione cōplent vniuerse plenitudinē creature. alia ergo esui: alia alio nascunt vsui. Nihil vacat: nihil inane germinat terra. Qd tibi putas inutile / alijs vtile est: imo ipsi tibi frequēter alio est vsu vtile. Qd escā nō adiuuat / medicinā suggerit: et sepe eadem ꝙ tibi noxia sunt / auibus aut feris innoxiū ministrāt pabulum. Et rursus. Laudant etiā dracones dn̄m: qꝛ natura eoꝝ et species cū videtur / non minimū vel decoris offendit / vel inesse rationis ostendit. Non igit oportet res insipienter vituperare (inqt Aug.) sed vtilitatē reꝝ diligenter inquirere: ⁊ vbi ingeniū nostrū vel infirmitas deficit / ita credere occulta sicut erant qdam ꝙ vix potuimus inuenire: qꝛ et ipsa vtilitatis occultatio aut humilitatis exercitatio est / aut elatiōis attritio. Et ꝙ noxia putas / hoī quadruplici ratione conueniūt. vt ait idē super Genesim. Aut em̄ penaliter ledūt: aut salubrit exercēt: aut vtiliter ꝓbāt: aut ignorāter docent. Vñ diuus Hiero. sup psal. 91. sup illo. ꝙ magnificata sunt opera tua dn̄e: Marcioni et Manicheo hereticis querentibus: Si deus oīa in vtilitatē hoīm fecit: quid culicē / cimicem ac pulicē necesse facere fuit? Respondet dicens: Vt ostēderet tibi fragilitas tua ꝙ cognitionē tuam in celum ponis. Respice morderis a culice / et cōtremuisti: qd in celum erigeris ꝙ a culice vulneraris? Sed longius euagantē calamum ad ꝓpositā methadum reuocemus. Dis. Operepreciū est: ne quā cepimus de rerum origine disceptationē descendente sole truncatā relinquamus.

Nature omnes bone
Aug. de ci. li. 11. c. 22. et lib. 83. q.
Idē vbi. s.
Ambrosi⁹ in hexa. c. 12.
Aug. vbi. s.
Idem super Gen. ad literam lib. iij.
Hieronymus
Noxia qdrupliciter ꝓsunt

De multiplicatione aīaliū diuersis modis ꝑ multa scti Augustini dicta. Ca. xxvi. Dis.

Qui et reptilia ⁊ gressibilia ꝯdidit / ipsis spēꝝ ꝯseruationē ꝑ seminis ꝓpagationē ꝯcessit dicēs: Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Est itaq₃ et talibus sexuū differentia: qbus coeuntibus ex semine in matrice femelle fetus format: Salamandra dempta: quā sexus diuersitatem insciā aiunt. Lacertulos quoq₃ et cocodrylos / tortucā / et camelo i. em inter quadrupedia ouare nature inqsitores asseuerāt. Dis. Num ⁊ ex reptibilibus qdam sine seminis ꝓpagatione / ex putredinibus qbusdam exoriri ꝯspicimus? Mag. Etiā fili. Sunt em̄ (vt ait diuus Aug. in de ci. dei li. 5. ca. vi. et de tri. li. 3. c. 8. et sup Gen. ad litterā li. 6. et. 5. et in. 3. de tri. c. 9.) ꝙ de qbusq₃ rebus sine ꝯcubitu ita nascunt / vt postea concubant et generent: sicut musce. Alia vero in qbus nihil fit maris vel femine. sicut apes: ꝙ semina filiorum inquit non coeundo ꝯcipiunt: sed tanꝙ sparsa per terras ore colligunt. Oīa em̄ que seqntib⁹ erant euoluenda tpib⁹: primitus deus simul creauit cū faceret mundū. Sed quō? In semine inqt oīa ꝓducta sunt primitus: nō mole magnitudinis / sed in potentia causali. et rursus: Multi hoīes nouerūt ex ꝙ

Gen. 1. d.
Augustinus
Aīalium gñatio imꝑfecta duplex.

bus herbis/aut carnibus/aut quarūcunq₃ rer̄ q̄buslibet succis et humorib⁹: vel ita positis/vel ita obrutis/vel ita ɔtritis/vel ita cōmixtis que aialia nasci soleant. Et horū q̄ ex corruptis aialiū corporibus nascunt̄/in primordio nō nisi materialiter: q̄ vero ex terra/aq̄s vel eis q̄ terra germināte orta sunt

Mgr̄ senten. Mgr̄ in sen.li.2.di.15.tota creata nō negat. Dis. Nunq̄d vero que per seminis ꝓpagationē et rerum putrefactionē nascunt̄/eiusdem speciei censenda sunt? Mag. Sunt vtiq₃. Nam que ex putredine oriunt̄/postea concubūt.

Auerrois vt visum est. Quod vero Auerrois Auicenne impingit: oīa nata per propagationē etiam nasci posse per putrefactionē: nō nisi in imperfectis accipiendū est: hoīem equidem ex putredine nasci quis sane mentis asseruit?

De modo propagationis animaliū et formatione corporis humani: ac de natura seminis siue spermatis. Cap. xxxvij. Disci.

Modum itaq₃/ordinē ac tp̄s ɔceptiōis/formatiōis ac ꝑtus discurras. Ma. Rē petis fili quā non tp̄s nobis ɔcessum/nō ingeniū nec cōpendij huius breuitas admittit/de his autē vniuersaliora

Therentius in Eunucho intelliges/si ad humani corpis ɔstitutionē stilo habenas laxabim⁹. Dis. Si itaq₃ iuxta Comici v̄bū: nō pōt fieri qđ volo/velim ergo qđ fieri possit. Ma.

Hō ꝑfectissimum aialum Hoi ꝑfectū cōpositiōis gradū q̄ est sext⁹ attribuūt: cū sit q̄dāmodo finis oīm et animantiū ꝑfectissimū. hui⁹ corpus sator mūdi in principio de limo terre formauit/ait scriptura: et eidē spiraculū vite insufflans/ adiutoriū ex costa vna fecit: et ipsis cōiunctis creata subiecit: et gignēdi virtutē cōi verbo indidit/dicens: Crescite ₇c. s. ꝑ seminis ꝓpagationē. Nā masculū et feminā crea

Gen.1. uit eos: q̄ si tp̄e/modo/loco et ordine naturali ɔcubant: celor̄ influxu ɔcurren

2. physicor̄. te sibi simile ꝓcreant. Homo em̄ inq̄t phūs et sol generant hoīem. Di. Ne

Aristo.1. de genera. oīm obscuritas intelligendi semitā precludat: seminis ratiōnē afferas. Ma.

Semen Semen qđ et sperma dicunt/est pars vtilis vltimi alimenti post tertiā digestionem decisa: et pro ɔseruanda specie in vasis seminalibus (que sunt testes) conseruata. Hoc nonnulli ab epate: alij a cerebro: alij vero ab omnibus mem-

Unde semen bris deriuari contendunt. Quor̄ sententie contrarie nō sunt: si semen ab epate principaliter/a cerebro pro parte maiore/et ab oībus mēbris originaliter descendere intelligimus. Manifestum tn̄ in superflua eius emissione corpus totū debilitari/ac tandem emori: qđ heu multis euenit: q̄ facti sunt sicut equ⁹ et mulus quibus nō est intellectus. Cum em̄ sit ex substantia alimēti vltimi vtilis et vitali ꝑfusa spū: in eius inordinata delectione alimentū membris et vita corpori subtrahit̄. Multum itaq₃ coeuntes citius deficiūt et moriuntur.

Galienus vt patet in passeribus. Eunuchi vero teste Galieno diutius viuere pħt. Sed de hac re post hec si placuerit/medicorū libros diligentius perspicias. Nūc quod cepimus sub breuitate percurramus.

De formatione corporis humani in vtero materno. Cap. XXXVIII. Magi.

Formatio corporis hūani. Seminibus itaq₃ viri et mulieris decisis/et in matricem femelle receptis/vniunt̄ vnitiua virtute: et actione qualitatū alteratur. et vt physici dicunt: diuus q₃ Aug. lib. 83. q. q. 56. testatur: in primis sex


pulmo
cor
iunctura humeri
adiutorium
iunctura cubiti
duo focilia
rasceta
epar
stomachꝰ
splen.
ren.
vesi=
ca

diebus totũ quasi lactis aut spume formã accipit. sequentibus tribus est in-ceptio linearum et punctorũ vesicularũ. post hec diebus sex penetrat in toto san-guinitas. Sequentibus duodecim solidatur in carnem/ et extenditur humiditas nuche. Deinde post dies nouem separatur caput ab humeris/ et extremitates a lateribus et ventre. et vsque ad perfecta membrorum lineamenta formatur: vt quat-tuor sequentibus diebus singula discerni possint. Primum tñ membra princi-palia formantur: que sunt cor/ epar/ cerebrũ. et seruientia. vt vmbilicus: stoma-chus: testiculi: dehinc his propinqua. vltimo manus/ pedes et reliqua. Cõstat enim humanũ corpus multis diuersisque membris: videlicet venis/ neruis/ arte-rijs/ lacertis/ musculis/ ossibus/ cartilaginibus/ adipibus/ carne: cute insuper. et quattuor humoribus: que sunt sanguis/ phlegma/ cholera/ et melancholia. Ex his aũt cetera: que sunt cor/ epar: cũ alijs in humana effigie conspectis/ con-stant: quarũ creationes per virtutes quas quidam digestiuã/ formatiuã/ assi-milatiuã et conseruatiuã noiant. specialius distinguere epitomatis breuitas fa-stidit. Veruntñ hoc silentio transire nõ licet: quod organisationis motus simili-ter et partus tpa variantur/ si est calor fortior et cõplexio melior. Nã corpus viri citius formatur corpore mulieris. Sed rursus in vtroque est diuersitas. Nã masculi corpus ad minimũ in. 35. diebus formatur. et in tali motus vitalis inci-pit die septuagesimo: partus vero in mense septimo expletur. Si vero corpus quadragesima die formatũ sit: motus est die octuagesimo: et partus in mense octauo. et illi frequentius moriuntur. Quod si corpus in. 45. compleatur die/ motus erit die nonagesimo: et partus mense nono. Corpus autẽ femelle nunquam ante quadragesimũ diem/ sed cõmuniter quadragesimoquinto completur: et in tali motus die nonagesimo/ et partus mense nono sequitur: qui est cõmunior et par-tui conuenientior. Nã in. 2. Macha. c. 7. legimus: matrem septẽ fratrum vni dixisse: Fili mi miserere mei quia te in vtero. 9. mensibus portaui. sic sapiẽs ait: Decem mensiũ tps coagulatus sum in sanguine. Sap. c. 7. Si aũt corpus. 50 die perfectum sit: motus in centesima/ et partus mense. 10. sequitur. Natum tñ femelle corpus citius quam masculi cremẽtũ perfectum attingit. Patet itaque iuxta Macrobiũ doctrina de somno Scipionis: quod dies qui sunt ab hora cõ-ceptionis vsque ad diem motus triplicati/ natiuitatis mensem indicant: men-si cuilibet. 30. dies tribuendo. Habent enim omnia animalia certũ pariendi tem-pus/ scribit Aristo. homine dempto.

Humores quattuor. — *Tempus formationis fet⁹ motus et pt⁹.* — *2 Macha. 7.* — *Sap. 7.* — *Macrobius* — *Aristo. ix. de animalibus c.*

De nutrimento fetus in vtero materno. De secundina et venositate sanguinis menstrui mulieris. Capitulum. XXXIX. Disci.

Menstruorũ partitio in impregnante.

Fetus in vtero vnde cremẽtũ sumit? Ma. In muliere grauida cõ-ceptu/ menstrua consueta fluere desinunt: et in tres partiuntur partes: quarũ vna ad mamillas transit: in quibus in lacteam substantiã de-coquitur. Secũda in epate matris perfecte digeritur. Tertia que superfluitas est stat/ donec hora veniat vt expellatur. De prima infans natus pascitur: de secunda in vtero fetus a die motus cibari incipit et augetur: non tñ eam per os sed per venas que in vmbilico quibus et matri cõiunctus est/ sumit. Cum autem hic sanguis menstrualis optime sit digestus: superfluitates nullas/ nisi vrina-les paucas in alendo fetũ relinquit: que inter pelliculas circa secundinã reci

piuntur: ꝛ in natiuitate simul expellunt. Disci. Secūdinā quid dicis? Magister. Folliculū in quo fetus continet: ꝛ sequēdo cū eo nascit: vnde ꝛ nomen sortitur: hic per cotiledones matrici alligat. Est ꝛ alius pāniculus cui nomē biles: qui dimidiā partē fetus circūdans/recipit aquositatē vrinalem ex vena vmblicali. Est ꝛ tertius panniculus/quē abgas nomināt: q̄ totū fetum circūdat. Necessarius est autem hic folliculus preter alia: vt fetū a nociuis custodiat: maxime vero a sanguine menstruo indigesto: qui si nudū fetum attingeret/statim necaret: cum ꝛ mulieres mēstruose solo visu speculū nouū macula rubea depingūt: ꝛ tenerū infantē inficere possint. Unde ꝛ nōnunq̄ guttule quedā ex eo infantē contingentes/maculas rubeas in ipso causant: quas nec etiam per cutis excoriatiōnē deleri contingit. Hic sanguis in viris ꝑpter calorē fortiorē superflua digerentē nō est: etsi qd residui est in pilos transit.

Secundine

Biles

Abgas.

Uiri mēstrua nō habent

De Gemellis: monstris et abortiuis fetibus Capitulum XL Discipulus

HAce clarius que volui tradidisti. Sed restat vt causas diuersitatis sexuū/gemellorū/monstrorū ꝛ abortiuorū edoceas. Magi. Audisti seminū conceptionē esse in matrice. hec autē (vt aiunt) septē diuisa est intersticijs: quorū tria ad dexteram/tria ad sinistram/ ꝛ vnū in medio collocat: dextera aūt sinistris calidiora sunt: sinistr ꝛ semen testiculi dextri/semen testiculi sinistri in calore superat. Si itaq; semen testiculi dextri in vnam

Matricis diuisio.



ex cellulis dextre partis ceciderit/mas: si aūt semen testiculi sinistri in vnam de cellulis sinistre partis recipiat/femella generat. Si vo semen testiculi detri in partē sinistrā ceciderit/virago concipit: ꝛ cum semen testiculi sinistri in partem dexteram transfertur: vir effeminatus nascetur. In mediū vo intersticium cum semen recipitur: fetus ex vtroq; genere ꝑmixtus nascetur: quē hermaphroditū dicimus. Si aūt semen sit multum/ ꝛ in duas cellulas diuiditur/

Mas
Femella
Uirago
Effeminatus
Hermaphroditus.

D

Gemelli gemelli nascunt: qui tamen quandoqꝫ sed raro/duplici coitu concipiũtur. Si-
militer si semen plus debito aut deficiat/aut abũdat: aut indebito ordine con
cipiatur: aut diversi specierũ cõmisceantur: vel etiam si coitus super coitum se-
Monstrum cundũ iteratur/fetus monstruosus nascetur. Fetus autem nõnunq̃ ex inordi-
nato motu/saltu/cibo/potu/vehementi terrore matris: alijs quoqꝫ pluribus
Abortiuus causis ante aut post completã organisationẽ interficitur: qui eiectus a matre
leprosi. aborsus siue abortiuus dicitur: Leprosi vero ꝛ elephantici (vt ait Hierony-
Hierony. sup mus super Ezechielem) tunc nascuntur: cum vir cum muliere tempore men-
Ezechielem struorum cõmiscet. Causas alias si que sunt nõ excludit. Disci. Est ꝛ aliud
cuius causam pandas queso: vnde scꝫ infans nõnunq̃ plus vni parentũ q̃ al-
teri/interdũ xõ nulli assimilat in effigie? Magister. Hui⁹ rei causam nõ ean-
dem asserũt. Sed si rem perpensius considerabimus: assimilationis causas/
virtutem generãtis calorem/fortitudinẽ/ꝛ imaginationẽ inuenienmus. Qua-
Gen. 30. rum vltima/patriarcha Jacob in discolorãdis ouibus nõ improuide ꝑ varie-
Augustinus tatem virgarũ vsus est. Inheserat eñ (vt ait Augustinus) anime illorũ disco
lor phantasia ex contuitu variarum virgarum per oculos impressa: que non
potuit nisi corpus qđ sic affecto spiritu animabit/ ex compassione cõmixtio-
nis afficere/vnde teneris fetuum primordijs coloretenus aspergeretur. Sic
reperte sunt mulieres que ethiopes nigerrimos parerent/cum vterqꝫ parẽs
candidior esset: quia tales imagines in cubilibus depictas coitus hora contẽ-
plabant. Quod autem de virtute generantis/calore/ꝛ fortitudine seminũ di-
ctum est: non modo de matre/sed etiam de patre intelligi debet. Mulier equi-
dem non modo passiue (vt quibusdam visum est) verũetiam actiue ad prolis
Aristoteles generationẽ cõcurrit: teste Aristo. libro de animalibus. Attamen semen viri
actiuitatis maioris reperit: in eo nãqꝫ igneitas ꝛ aeritas in semine vero mu-
lieris aqueitas ꝛ terrestreitas vincũt. Unde sperma viri se habet ad sperma
mulieris vt coagulum ad lac. ob id dictum est: Sperma viri qualitati/ꝛ sper-
ma mulieris quãtitati infantis congruit. Hec autem missa facientes: in par-
tu huic libro finem imponamus.

De partu infantis. Ca. XLI Magi.

CUm itaqꝫ infans tẽpus suũ in vtero materno expleuerit numero su-
pradicto: natura instigante fortitudine sua neruos quib⁹ matri alli-
gatus est embrio rumpit: via qua conceptus est super caput/ mani-
bus super coxas extensis/mundum erumnosum ingreditur. Interdum vero
non sine periculo in latus/aut pedibus aliqui nascuntur: ꝛ tales nisi sagax
obstetrix vertit communiter periclitantur. Discipulus. Qua de re infa[illegible]s
mox natus doloris ꝛ fletus vocem emittit? Magister. Quia frigus incon-
suetum sentit: ꝛ crudas tenerrime carni admouere manus abhorret: quemad
modum c[illegible]ro sauciata. vnde in aqua calida positus compescitur. Aut quia
quid malorum ingressus sit prophetat quodãmodo. vnde ꝛ marem A/semel
iam vero E/vagire dicunt: quasi protoplastos nostros Adam et Euam in-
Zoroastes so culpantes: qui et sibi ꝛ nobis iusticiam originalem amittẽtes has miserias
l⁹ natus risit. meruere. Solus autem Zoroastes (vt refert Augustinus) natus risit: nec
Aug. de ci. dei ei bonum monstruosus risus ille portendit. Rem magicarum artium per-
li. 21. ca. 14. hibetur fuisse inuentor: que quidem illi nec ad presentis vitam vanam fe-



licitatē contra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorū cū esset ipse Bactrianorū rex/bello superatus est. Hactenus de origine rerum naturaliū/ꝛ modo nascendi hominū in hanc vallem lachrymarum.

De sex etatibus quibus tota vita hominis metitur. Capi. XLII Magister:

Quid autem post hec circa naturā hominis agatur/patientie exemplar Job clara voce deprompsit in hec verba: Homo natus de muliere breui viuens tēpore/repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur ꝛ conterit: ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nunq̄ in eodem statu permanet: Variatur equidē per sex etatis gradus. qui vt scribit Isidorus in etymologijs: sunt infantia ab ortu infantis vsq₃ in sempiternū. Hinc pueritia vsq₃ in annum quartūdecimū. Ab hinc adolescētia generationi apta vsq₃ ad annū vicesimūoctauū. Ab eo iuuentus omniū etatum firmissima vsq₃ in annū quinquagesimū. Grauitas que est declinatio a iuuentute in senectutē anno septuagesimo secūdo finitur: post has quantūcūq₃ vite est senectuti deputat. Hinc et regius propheta: Dies annorū nostrorū septuaginta annis. Si autē in potentatibus octoginta anni: amplius eorū labor ꝛ dolor. Nec de hominis ortu scire perutile/ignorare vero turpe: quis est: qui ignoret? Ceterum si quid aliud te moueat/alio volumine cōmodius pertractabimus. Nunc iuxta illud Ambrosianū/artus solutos nocturna quies laboris reddat vsui mentesq₃ fessas alleuiet. Vale. Discipulus. Et tu semper bene valeas:

Job. 14. b

Etates hominis sex.

Isidorus etymolo. li. 11.

Ps. 88.

Ambrosius

Finis libri Noni.

Liber X De Anima ꝛ potentijs eiusdē. Tractatus I De Potētijs anīe vegetatiue.

De Opinionibus philosophorū circa naturam anime. Capitulū I Discipulus

Salue preceptor colendissime. Magister. Et tu semp saluus sis fili. Unde est q̄ preter solitū ante solis ortum gressu celeri aduenis? Sane ne omnia que hesterno vesperi de humani corporis generatione disseruimus intelligis? Discipulus. Sane omnia vt videre videor. Unū est aūt me iudice scitu dignissimū: de cui⁹ natura plurima coniectans/totam pene noctem insomnem duxi: formidans vehementius/ne fortasse id silentio transire decreueris. Est autem (ne longioribus ambagibus vtar) qđ viuentibus vitam ꝛ motum prestat. Magi. Nō ab re hoc scitu dignissimū iudicas: de quo ferme totius mundi sapientes retroactis seculis dubij/diuersa posteris reliquere opinionis sue monumenta: non quia tale aliquid esse dubitarent. Quandoquidē (vt ait diuus Augustinus libro decimo de trinitate) etiam si quis dubitat/viuit: si dubitat/vnde dubitet meminit: si dubitat/dubitare se intelligit. Sed que eius natura substantiue sit in dubium versum est. Unde quidam (inquit Augustinus) id corporis animam existimabant/quod amplius valeret in corpore. vt Empedocles et

Aug. li. 10. de trini. ca. 10.

Idem vbi supra ca. 7.

Opiniones de aīa in genere quid sit.

Ericates opinati sunt. Alij sanguinē: alij cerebrū alij cor eā esse putauerūt: alii ex minutissimis indiuiduisq corpusculis (quos athomos dicunt) cōcurrentibus in se atq coherētibus eam confici crediderunt. Alij aerem: alij ignē substantiā eius esse dixerunt. Alij eam nullā esse substantiā: quia nisi corpus nullam substantiā poterant cogitare: et eam corpus esse non inueniebant: sed ipsam temperationē corporis nostri vel compagem primordiorū quibus ista caro tanq̄ connectitur esse opinati sunt: eoq omnes eam mortalem esse senserunt: quia siue corpus esset/siue aliqua compositio corporis: non posset vtiq immortaliter permanere. Qui vero eius sustantiam vitam quandā nequaq̄ corpoream/sed vitam omne viuum corpus animantē ac viuificantē esse reperierunt: consequenter et immortalē (quia vita carere vita non potest) vt quiq potuit ꝓbare conati sunt. Disci. Que huius dubietatis causa tam ingens: vt tot eleuata sapientū ingenia attonita redderet? Magister. Hec nimirum quoniā cū omnis nostra cognitio a sensibilibus ortū habeat: spirituales aūt substantie/de quarū numero est ea que viuentibus vitam et motū largit/sensibus nō percipiunt: facile non erat nisi ex operationibus ad substātie illius cognitionē deuenire. vnde et ex his pene omnes positionis sue argumēta sumpsere: Qui eñ eam principalē aliquā corporis particulā dixerunt/inde moti sunt: q ab ea principalius motū aut sensum originari credebāt. Qui vero eā sanguinē/humorem/aerem/vaporē/ignem: aut aliud hmōi corporū putauere cosyderabāt/quia sine calido et humido vita esse nō potest. Qui autem ipsam ex elementis omnibus aut numeris compaginatā tradidere: ea ad vim intellectualē/cuius est omnia discrete cognoscere referebant. Quorū singillatim deducēdi argumēta hic locus nō est: ne epitoma opus in immēsum accrescat: breuibus autē et planis sermonibus ipsam ad mentem peripateticoꝝ principatū Aristotelis tenet describā: dehinc vero quid religio nostra ex his/pͤsertim aūt de intellectiua recipiat: q̄due respuat cōmemorabim⁹. Dis. Optime.

Ericates

Aristote. j. posterioꝝ.

Opinionum diuersitas

Aristoteles

De quidditate anime: gradib⁹ viuēdi: et tribus animarū generibus. Ca. II Magi.

Aristoteles p̄memoratas de natura anie positiones libro primo quē de anima inscribit enumerās/eas tanq̄ a veritatis tramite deuiantes abijcit: et consequēter opinionē suā hac definitione explicans ait: Anima est actus primus substantialis: corporis physici organici: vitam habentis in potentia. Anima inquit (actus est) id est forma: quia actuat et informat corpus: adiūgit aūt (primus) a quo actus secūdarij qui sunt ōpationes vitales: vt sentire/videre et similes imediate ꝓcedunt. Substātialis vero addit: ne animā formā accidentalem crederemus: vt sunt scientia et albedo: sed substantiā p se subsistentem: ex qua et corpore cui iuncta est vnum per se ens cōstituitur. vnde sequit (corporis nō autē artificialis vt est statua: sed qō subiungitur (physici) id est naturalis in quo cum diuersas habeat exercere vite operationes: partium in situ et figura discretionem expostulat. hinc additur (organici.) Huiuscemodi vero corpus a natura (vt hesterna luce in calce libri noni docuimus) formatum in potentia est: vt vitam/id est animā recipiat: adiunctum est ergo (vitam habentis in potentia.) Quod nōnulli ita intelligunt: vt corpus organicum informatum vita prima/que est anima: in potentia sit ad vitam secundam/ id est vitales operationes s̄m diuersos viuendi

Anima

Gradus viuendi.

gradus: qui sunt vegetare / sentire / mouere ẜm locũ: ꝛ intelligere. Hos in aliã anime diffinitione explicans ait: Anima est principiũ quo viuimus / sentimus / mouemur ẜm locum / ꝛ intelligimus primũ. Discipulus. Et hanc expositionem planiorẽ reddas. Magister. Plana esse videtur ex dictis: ni forte hoc te moueat: quia non omne animatũ sentit / mouetur ẜm locum / aut intelligit.

Alia anime diffinitio

Discipulus. Hoc ipsum est qđ dubietatis scrupulum iniecit. viuunt eñ (vt aiebas) plante: nõ autem sentiunt / nec progrediuntur localiter. Magister. Num sentire videntur frigora ꝛ calores intensos: a quibus etiã se contrahũt / debilitantur / marcescunt: ꝛ nisi horum excessus temperamentũ acceperint / totam plante harmoniam corrumpunt: quo facto animã eius deficere / ipsamq; plantam emoriri necesse est. Discipulus. Ita esse experientia testatur. Magister. Non ergo superiorum perfectiones omnimodo ab inferioribus negãde sunt. Sicut eñ inferiorum perfectiones in superioribus inueniuntur grادu tamen excellentiore: sic ꝛ superiorum in inferioribus gradu cernuntur obscuriore: in qua re mira totius vniuersi partium harmonia attendatur: ꝛ gratissime speculationi materia copiose ministraẜ. Sed nunc ad incepta redeundum est. Disci. Non itaq; plantas eo modo quo animalia sentire astruis.

Si plante sentiant.

Magi. Probe. Nec phi oẽm animã corpus suũ omnibus viuẽdi gradibꝰ viuificare intelligunt. Vegetatiua nãq; viuificando vegetat. Sensitiua viuificãdo ꝛ vegetat et sentire dat: cui vt in plurimũ ẜm locum mouere coniungitur. Intellectiua autem omniũ harum perfectiones in se complicans / corpus qđ informat viuificando vegetat: sensibile reddit: localiter mouet ꝛ intelligit.

Animarũ genera tria sunt

Discipulus. Tria itaq; animarũ genera distinguis: vegetatiuũ scʒ / ꝛ sensitiuum / ꝛ intellectiuum. Magister. Recte. Verũtamen nõ omnia simul discutienda suscipiamus: ne ordine rerum pretermisso singulorũ naturas nõ explicare / sed implicare magis videamur. Disci. Singillatim igiẜ hec percurramus: primũ autem vegetatiuam animarum infimam aggrediamur.

De Anima vegetatiua ꝛ potentijs eiusdẽ de nutritiua ꝛ digestionibus. Ca. III. Mag.

Anima vegetatiua. Potentie aĩe vegetatiẽ tres. Nutritiua. Auicẽna.

Anima vegetatiua vis quedã est in viuentibus: conuertens alimentũ in substantiam aliti: vt ipsum in esse conseruet: ad quantitatẽ debitã proueheat: ꝛ simile in specie generare tribuat. In hac descriptione tres vegetatiue potentie exprimũtur: que sunt nutritiua / augmentatiua / ꝛ generatiua: quaꝝ ꝛ actus ꝛ obiecta differũt. Nutritiua (cuius sunt tres actꝰ: apponere / vnire / assimilare: cui ꝛ alie quatuor potentie ministrant ẜm Auicennam) per attractiuam vi caloris ꝛ siccitatis / alimentum nature aliti conueniens potentia hoc aliquid attrahit: per retentiuam vi siccitatis ꝛ frigoris attractum donec alteretur ꝛ digeratur retinet: per digestiuam vi caloris ꝛ humiditatis. etentum alterat ꝛ digerit: per expulsiuam vero vi frigoris ꝛ humiditatis digestum impurum a puro segregatum expellit. Unde viuens sumptum alimentum dentibus in ore conterit: contritum stomacho infundit: qui missum decoquens / decoctum magno cuidam intestino quod duodenum vocant transmittit: id rursus ab illo per intestinum ieiunum / cui coniunguntur subtiles quedam vene (quas misaraicas dicũt) ad epar vsq; peruenit: superfluum per longationem egeritur. In epate secunda celebrata digestione / hu-

mores quatuor segregantur. Qđ em̄ calidum ⁊ siccū est/cholere rubee deser- — Cholera.
uiens/partim ad cistam fellis: id est cholere: ⁊ qđ frigidum ⁊ siccum/ melan- — Melācholia.
cholie aptum partim ad splenem. Quod aūt frigidū ⁊ humidū/phlegmati — Phlegma
congruū partim ad pulmonē (vt nōnullis placet) transmittit. Qđ vo calidū — Sanguis
⁊ humidū/in epate in sanguinē mutat. Supfluum huius digestionis p venam
kilyn/que spine adiacet ad renes descendit: per quos colatū ad vesicā/⁊ inde
per virgam eijcit. Sanguis in epate generatus per venas maiores ad mino- — Digestio
res vsq ad capillares ad singula mēbra diffunditur: in quibus vltra digestus — tertia:
⁊ in humiditates secūdas cōuersus/ea nutrit: huius tertie digestionis super-
fluitas/partim per sudores emittit: partim per epar ad vias vrine reuertit:
⁊ membroꝝ dispositionē physicis per tres intercapedines quas in vrinali va
se consyderāt/suo modo denūciat. Uerūtamen qđ de humorū segregatione di
ctum est: nō sm pcisionē accipiendū puto: vt nihil cholere/ melancholie/ aut
phlegmatis sanguini admixtū remaneat: nam dictos humores inesse sangui-
ni extracto per venas experiētia docet. Ex corruptione etiam eorundē in ve
nis egritudines ⁊ febres diuersas physici testant. Unde in generatione humo
rum naturaliū cuiuslibet pars cū sanguine vadit ad habilitandū sanguinē/
ad nutriendū membra talis denominationis cuius humor: sed quidē superior
ad membra vadit gratia necessitatis ⁊ vnitatis. vt Auicēna. c. de humorib⁹. — Auicēna
Patet itaq nutritiuā in singulis mēbris opari q̄diu alitū viuit: sed diuerse. — Corporis
Nam dum fortis est in principio/plus de alimēto cōuertit in aliti substantiā — augmētatio
q̄ calor assumpsit: ⁊ tunc quidē augmētatio fit. Post hac nō plus/sed tantum — Status
quantū deperditū est restaurat: ⁊ est status. Deinde debilior effecta/nec dep- — Diminutio
ditū quidē restaurare pōt: fitq aliti corporis diminutio. Demū ea totaliter defi
ciente/ipm viuens quoq interire necesse est. hec causa destinctionis etatum.
Et si rem propensius consyderemus: viuens mori incipit ex quo esse accepit. — Uiuens mox
Humidū nāq radicale membris radicalibus inhibitū in quo vita vehit/re- — natū mori in-
staurari nō pōt: sed per appositionē humidi nutrimētalis impediri ne citius — cipit.
consumat. Unde quēadmodū in lychino olei pars inhibita continua actione
caloris diminuit: sed ne subito tota consumat per infusionem olei qđ ignis in
pabulū attrahit impedit: sic ⁊ in viuente esse/ naturales docuere. Paulatim
igitur humido radicali deficiente/viuens morti appropiat: donec toto assum
pto vita vt ignis lucerne extinguat: licet hoc humidū per viam suffocationis
factum extraneum/mortē caulet: sed hec accidentalis/ superior naturalis.

De Augumētatiua potētia: ⁊ q̄ cuiuslibet rei certus est terminus augmēti: decremēti ⁊ durationis. Capi. IIII Magister.

Potētie aug-mētatiue

Augmentatiua quod purum est vltime digestionis et potentia quan-
tum in aliti substantiam vertit. Subsunt autem eidem potētie tres. — Incorporatiua.
Quarum prima incorporatiua: que alimentum in longum/ latum et
profundum extendens: quod cuiq membrorum deest distribuit: quod plus est
aufert ⁊ alteri addit. vnde quorundam viuentium aliqua membra in princi-
pio magna sunt: et paulopost minora fiunt. Secunda Assimilatiua est: — Assimilatiua
singulis membris assimilans. Tertia vnitiua: que assimilatum partibus — Unitiua.

aliti vnit. vt carnẽ carni/os ossi: ꝛ sic de alijs. Calor equidẽ naturalis conti-nuo agẽs in corpus viuẽtis/nõnullas partes consumit: ꝛ sub effeta cute poros vaporibus impletos relinquit: hos virtus vnitiua expulsis vaporibus/alimẽ-mento assimilato obstruit: ꝙ si tantũ sit alimentum partes porosas extendit/ partem etiam extremitatibus adgenerat.

Augmẽtatio naturalis quõ fiat.

Operatur autẽ augmentatiua non vi caloris ignei: cuius est digerere/etherogenia disiungere/ ꝛ homogenia ag-gregare: sed vi caloris viuificatiui/hoc est naturalis: cui assimilatur calor so-lis: ꝛ vi caloris alteratiui disponẽtis alimentum ad formam carnis medulle ossis ꝛc. Et hic est calor animalis. Per frigus aũt mẽbra coagulat. Per sic-cum continuat ꝛ consolidat. Per humidũ retinet ꝛ terminat. Est autẽ huius potentie operatio a principio viuentis/donec certam ꝛ sue speciei cõuenientẽ quantitatẽ attingat. Omniũ em̃ a natura constantiũ certus est terminus aug menti ꝛ decrementi ꝛ durationis periodus. Ignis autẽ crementũ ꝗ̃si per ap-positionẽ combustibilis in infinitũ posse progredi videat̃: natura tamen hanc appositionẽ non admittit. Si em̃ omnia essent aut ignis/aer/aqua/aut terra: submotus esset decor vniuersi: quẽ in ꝓportione quadã harmoniaca partiũ/ ꝛ in quãtitate ꝛ in qualitate consistere ex dictis manifestũ est. Non solũ autẽ in elementis/sed etiam in his que ex elemẽtis conflata sunt corporibus. Q̃ si

Ignis non nutritur.

enucleatius rem perpẽdimus: ignẽ nec nutriri proprie/nec augeri inuenimus. non enim idem ignis numero comburens ꝛ ex cõbustibili genitus/ sed priore corrupto alius succedit.

De Generatiua potẽtia. Quorũ sit generare sibi sil'e: ꝛ ꝙ oĩa creata creatoris exẽplata sunt in perfectione diuersa. Ca. V Magi.

Generatiua
Seminatiua
Immutatiua
Plasmatiua

Generatiua alimentũ depuratũ ꝛ in potentia animatũ / per seminati-uam in semen descindit: in quo sunt omnia totius membra non quidẽ corporis mole/sed vi causali. Per ĩmutatiuã semen decisum in san-guinem/sanguinẽ in carneam ꝛ embrionis substantiã transmutat. Per plas-matiuam autem (alias informatiuam) singulas partes suis figuris ꝛ formis discriminat: per calidum quippe ꝛ humidũ mollia creat. vt sunt caro/adipes ꝛ medulle: per calidum ꝛ siccum compositiora. vt cor in animalib⁹: ꝛ radices in plantis. per frigidum ꝛ humidum exteriora. vt pilos ꝛ folia. per frigidum ꝛ siccũ solidiora. vt ossa ꝛ cortices celorum accedẽtibus influentijs plasmat. Tempus inceptiõis ꝛ desitionis opationũ hui⁹ potẽtie libro p̃cedẽti exposi-tũ est. Necessaria est aũt hec potẽtia viuẽtibus: vt indiuiduũ qđ se in nume-ro cõseruare nõ potest/in specie saluet̃. Hoc em̃ omniũ viuentiũ naturalissimũ

Creata creatoris exẽplata sunt.

oprũ ph̃i acclamãt. Oĩa nẽpe creata creatoris quedã exẽplata sunt: in q̃b⁹ potẽtia/sapiẽtia/ ꝛ bonitas eius vt p speculũ ꝛ enigma contẽplat̃/in alijs q̃-dem clariu⁹: vt in ĩtelligẽtijs ꝛ hoĩb⁹. in alijs min⁹: vt in ceteris animãtib⁹.

Aug. de ci. dei li.12. ca.2.

In quibusdã vero obscuri⁹: sicut in inanimatis. Deus em̃ (inq̃t Aurelius Au gustinus li.12. de ciui. dei) summa essentia est: ꝛ alijs esse dedit: sed nõ summũ

Gradus rerũ.

his amplius/alijs minus: atq; naturas essentiarũ gradibus ordinauit. Unde in ordine vniuersi virtus virtutũ in intellectibili. hec in intelligẽtiali. q̃ rur-sus in rationali: hec in imaginatiua: que rursus in sensitiua. Hec in vegetati-ua: que rursus in minerali: hec in elementatiua: que demum in chaos confuso

occultata ꝯspicit: tali nimirum ordine per ascensum/inuisibilia dei ꝑ ea q̄ facta Ad Rom. 1.
sunt intellecta ꝯspiciunt. Quid eñ (inq̄t idem li. 11. de tri.) nō pro suo gene= Aug⁹. de tri.
re/ac ꝓ suo mō habet similitudinē dei? Sꝫ hic cibus solidus est grandiū: nō li. 11. c. 5.
lac puulorꝝ. Unde digressi sumus reuertamur. Unūquodq; igit creatorꝝ nitit
se assimilare suo creatori mō perfectiore. generaliter aūt in eo qđ est semꝑ es=
se. Omne eñ qđ est (inq̄t Aug. de ci. dei. li. 11.) naturaliter desiderat suū esse Aug⁹. de ci.
ꝯseruare: ita vt miserrimi nolint interiri/sed potius miseriā eorꝝ auferri. In dei. c. 27.
viuentibus aūt cum viuere sit esse: animata pro modulo capacitatis sue natu
re semꝑ viuere/saltem in subsequentibus gñationibus contendunt. Hanc nō Paterna
minimā parentū ad prolem amori causam scriptura sepius cōmemorat. ve= affectio
rūtñ posteritatis ꝯseruatio ꝑ gñationes: nec oībus aīantib⁹/sed ꝑfectis tñ
nō orbatis/nec spontaneā generationē habentibus ꝑfecte cōpetit. Tenes ne
fili que modo digesta sunt? Dis. Teneo. Aptissime eñ singula ꝓsecutus/ et
nulla penitus circūitione vsus es: vt q̄stionū stimulis te excitatū iri supuaca
neū q̄dē/indefessa aūt aure cuncta potius auscultando existimarem. Mag.
Sensitiuā igit si placet simili ꝑcurramus cōpendio. Dis. Placet.

Libri decimi Tractatus. II. De anima sensitiua et obiecto eius. Que sensibilia ꝓpria cōmunia: per se et per accidens. Si substantia sentiri possit. a quo fiat sensatio. de sensu actiuo et passiuo. Capitulum I Magi.

SEnsitiua aīa ea est q̄ foris et intus/rerū corpaliū formas corporeas
presentiū et absentiū percipit. In hac descriptione et obiectū et po Aīa sensitiua
tentie sensitiue aīe innuunt. de illo aūt prius: de his vero posteri⁹
dicendum. Dis. Obiectū ergo sensitiue q̄d dicis? Magi. Rem corporalem Obiectū sensitiue.
per speciē sensibilem. Sensibile aūt est: quod natū est sensu percipi et bifarie
diuidit. Quoddam eñ per se/quoddā per accidens sentit. Per se q̄dem sen= Sēsibile ꝑ se.
sibile sentit: quod per ꝓpriā speciem sensum immutat. vel vnū tñ: et est sen Proprium
sibile ꝓprium. vt color visum. sonus auditū. vel plures: vt numerus/motus/
magnitudo/figura et tempus. Magnitudinē enim non modo videmus: sed et Sensibilia
tangimus. sic figura et reliqua a pluribus sensibus percipiunt: ꝓpter sensum cōmunia.
cōmunē cui particulares sensus ꝑticipant. ideo sensibilia cōia dicūtur. Nec
tñ sunt ita sensibilia per se/vt sine alio sensum immutare possint: sed cū sen=
sibili per se mouent sensum. magnitudo eñ sine colore nō videt: nec sine qua
litate tangibili tactu percipit. aerem namq; magnū non videmus: nec orbem
celestem (vt aiunt) tangere possumus: eo q aer coloris/et orbis celestis pere
grinis expers sit impressionibus/tñ per propriam speciē immutat. vt tenet
Truß. 2. teg. Sensibile per accidens vero est: quod non per propriā/sed alie
nam speciem sentit. vt campana per speciem soni audit/et lapis in specie co
loris oculo cernitur. Hoc aūt ex eo dinoscit/q substantie per proprias speci= Sensibile ꝑ
es sensum immutare neutiq; possunt. cuius quidem manifestissimū indicium accidens
est: q presentiā substantie panis ante consecrationē/et eius absentiam facta Substātie ꝑ
consecratione sensu nō percipimus. Sunt aūt qui substantiarū species cū ac ꝓpriā speciē
cidentalibus multiplicari/et intellectui tanq; ꝓportionate presentari opinā non noscunt

A quo causetur sensatio
Aug⁹. de tri. li.II.c.2.
Sēsus actiu⁹ Passiuus
Aristot.2.de anima.

tur. Dis. Obiectū ne/an sensus sensationē causat? Ma. Neutrū vt causa totalis: vtrūq₃ vero vt causa partialis cōcurrit. Vñ Aug. de tri. li.II. ait: a visibili et vidente gignit visio: et hoc quidē effectiue. Instrumentaliter eñi videmus oculo: et formaliter visione. pariformiter et in alijs sensibus distinguendum est. Dis. Actiua igit potentia sensus est? Magi. Actiua q̄dem: quia cū obiecto sensationē efficit. Est et sensus potentia passiua. vt ait Aristo. vel. q: in potentia est ad actū primum q̄ est esse: et in eū a generante reducit. vel q: in actu primo est/et in potentia ad actū secundum/q̄ est sentire: in quē per obiectū reducit. Sentire eq̄dem d:/eo q sensationē recipiat. siue aūt sensationē recipiat/siue ab obiecto immutet/semper patit. Immutari eñi quoddā pati est. Qd si a sensibili ꝓportionato fiat/saluatiua est passio et iocunda: si aūt a sensibili excellenti fiat/passio est corruptiua et dolorosa. Nā excellens sensibile sensum corrūpit. i. nō facit distinctā et determinatā sensationē. Dis. Una ne res est sensus actiuus et passiuus? Mag. Una: nomina aūt diuersa.

Que res sit sensibilis: vnde causata: ad q̄d necessaria. ⁊ si accidēs sine subiecto possit subsistere. ⁊ q ad sensationē necessariū sit mediū proportionate elongatū. Cap. II. Dis.

Species sensibilis.
Idolum
Imago.
Intentio.

Sensibiliū rationes ex dictis manifeste vident: speciez aūt sensibiliū naturas latius deducendas arbitror. Mag Species sensibilis qualitas est tertie speciei. Et est idolum siue imago eius qd sentit. Etiā intentio dici solet: nō q: in ipsam sensus vt in obiectū tendat: sed q: est id per qd sensus formaliter in obiectū tendit: cuius ipsa est ꝓpria imago siue similitudo. Vñ sensibile qd ꝓpter sui materialitatē in sensu per essentiam recipi non pōt: sui imaginē a sensu receptibilem ꝓducit/p quā discerni possit Quēadmodum si me petro carcere recluso manifestare voluero: fores carceris totus penetrare nō valens/saltem imaginē meam in charta effigiatam mitto: quā si forte p rimulam receptā ꝯspexerit: qualis ego sum statim agnoscit. et quanto hec imago mihi similior/tanto petrus de ꝑsona mea certior fit Sic suo modo de sensibili et eius specie accipiendū est. Intelligis ne? Dis. Sane. Sed cū species sensibilis accidens sit (q: qualitas) quō de obiecto ad sensum vsq₃ deueniat nōdum manifestum est. accidens enim subiectū suum deserere: et in aliud transmigrare via nature impossibile esse/a te sepius audiui Dico aūt via nature. dubiū namq₃ non est/deum accidentia absoluta a subiectis posse separare: et in esse ꝯseruare. vt credimus circa altaris sacra mysteria. Mag. Forti argumento oppugnas: erronee tñ inniteris imaginatiõ. Opinaris enim vnā et eandem speciem numero ab obiecto productam p medium vsq₃ ad sensum ꝑuenire: sicut nauis de ripa ad ripam per aquā defluit. Disci. Aliter tu ne sentis? Mag. Longe aliter. Aut enim obiectū continuo aliam et aliam speciem per mediū vsq₃ ad sensum multiplicat: aut in eodem instanti totā speciem in toto medio inter ipsum et sensum causat/si sufficiat virtus eius. Ad sensationē itaq₃ necessariū est medium vt per ipsum species multiplicet. Sensibile enim positum supra sensum sensationē non facit. Hoc quidem manifestum in visu. non enim videt nisi res quanta et sub pyramide quanta: que mediū necessario requirit/ne basis et conus pyramidis coincidāt

In alijs aũt sensibile positum supra sensum facit sensationẽ realem. vt cultel lus neruum incidens dolorem causat. Intentionalis vero immutatio per speciem sine medio non fit. Necessaria est etiam debita inter obiectum et sensum distantia: per quam virtus obiecti speciem multiplicare possit. vnde remotiora sentire non possumus.

Si specierum multiplicatio per medium sit instantanea aut successiua. Capitulum III Discipulus.

Necdum oẽm de hac re tulisti dubietatẽ. Magi. Nec id pretendebam: sed dic quid te moueat. Disci. Instantanea ne/an successiua est harum specierũ per medium multiplicatio? Magi. Instantaneam ait Aristo. contra Empedoclem/luminis esse mulplicationẽ ab oriente in occidentẽ. Sunt tñ que nec totam speciem ab obiecto produci contendunt: sed speciẽ in parte ꝓpinqua medij productam/rursus aliã in sequenti medij parte producere astruũt: et hanc rursus aliã et aliam/donec aut ad sensum deuentũ sit: aut vltimo producta species propter sui imperfectionem et debilitatem aliam ꝓducere nõ possit: semꝑ enim aiunt posterior erit debilior. Hi specierũ multiplicationem successiuã/et in tempore fieri necessario fatentur. tempus aũt illud propter sui breuitatem imperceptibile: et sic instãs dici posse dicunt non enim medij diuersitas tarditatẽ efficit. eodem eñ tempore aer densus et subtilis illuminan̄t. De tñ in progressu specierũ densitatem faciunt. In occursu namq medij densioris aut subtilioris species aut reflectuntur/aut refrangun̄t: quod qualiter aut quando fiat facile erit eo loco quo de visu loqui cepertmus demonstrare. Dis. Hi ergo Aristo. instans ꝓ tempore imperceptibili accepisse arbitantur? Magi. Ita aiunt. Contrariũ tamen ipse astruit: dicens propter tantam distantiã posse sentiri si successiua esset luminis multiplicatio. Posset tamen pro hac opinione dici Aristo. conditionaliter locutũ esse ad sensum: Si lumen in instanti medio apto pro luminis receptione applicitũ fuerit: ipsum in instanti illuminabit. Et hoc quidem certum est ex hoc quod Aug. de tri. lib. 6. affirmat dicens: Splendor qui gignitur ab igne atq diffunditur/coeuus est illi: et esset coeternus si esset ignis eternus. Reuunt̃ radium a luce totũ et non partẽ genitã alterã gigni perspectiua docet lib. 1. dicens: Quelibet punctũ luminosi/aut illuminati: obiectum sibi medium totum illustrare: spherice quidem/si a nulla parte opacum habeat: aut hemispherice/si ex vna parte opacum obstat. Unde et consequenter subiungit: Omnem punctum luminosi hemispherialiter super medium radiare. Pars itaq luminis a luce genita/si consequenter aliam de se gigneret: nõ mõ indirectum radiũ cõmutaret/sꝫ et orbiculariter aut hemisperialiter se diffunderet. et sic obiectũ luminosum eque in speculo late. aliter ⁊ directe opposito reluceret: cuius contrariũ experiẽtia approbat. Instantaneã esse igit̃ totius speciei ꝑ medij multiplicationẽ probabilius habetur.

Aristo. 2. de anima.

Instantanea medij multiplicatio.

Aug⁹. de tri. lib. 6.

Perspectiua ca. 1. cõis. li. 1 ꝓpositione. 3 Ibidẽ ꝓpositione. vj.

Quõ spẽs contrariorũ distinctim simul per mediũ multiplicãtur et in sensu recipiuntur.

Quid vmbra: q̄d tenebra: et q̄ accidentia solo numero diuersa in eodē subiecto esse possint. Capitulum IIII Discipulus

Restat aliud qđ specierū multiplicationē per mediū oppugnat. multa nāq3 sunt sensibilia contraria q̄ simul a sensu percipiunt: quorū si species (vt astruis) per mediū ad sensum vsq3 ꝑueniūt ꝯtraria simul esse necesse est. Hoc aūt nō posse fieri ratio ꝯtrarioꝝ approbat. Mag. Non est idē de sensibilibus et specieb9 eorundē. Spēs em̄ cū habeat esse spiritali9 et a materia depuratū: nec ꝯtrariant: nec cōmiscent: sed impmixte per idem mediū simul multiplicant: silr ꝛ in eodē sensus organo simul recipiunt. alr̄s album et nigrū visui simul p̄sentata distinctim videri nō possent: cuius oppositum expientia indicat. Vn̄ ꝑpositio. 7. prime ptis pspectiue dicit: radios visibiliū impmixte mediū illustrare. hoc aūt facile tali expimento cognosces. Sint plures candele ardentes in eodē cubili. qđ illumināt: quaꝝ si successiue altera post alterā auferat, illuminato ꝯtinuo minuet: eo q̄ q̄libet candelarū ablata lumen suū tollat, et a ꝑductione ipsius in tali medio desinat. Rursus videmus plures candelas circa idem opacū ꝯsistentes diuersas relinquere vmbras: etiā simul ex eadē pte: si altera in lumine sit vigorosior. Vmbrā aūt esse lumē diminutū ꝑpositio. 25. prime ptis pspectiue docet. Sicut em̄ lumē primariū est qđ a luce p radiū directū, reflexum aut refractū gignit: sic qđ a tali lumine nascit vmbra siue lumen secundariū dr̄. illud aūt non in rectū, sed lateraliter diffundit. Dis. Aliud igit noīe vmbre, et aliud noīe tenebre significari intelligis? Ma. Aliud q̄dem. Vmbra eq̄dem res est: qr deriuatio lucis scd̄arie. Tenebra aūt oīmoda luc' ꝑuatio ē: et nō aliq̄ res ē. vt li. 8. c. de ꝑuatiōe ostēdim9: ꝛ fortasse apud nos reꝑibilis nō est. Vmbre aūt variationē in q̄ntitate rōne lumis et opaci. li. 7. c. de eclipsib9 enodauim9. Dis. Memini. Verūtn̄ plres spēs simul esse in eodē medio, dictū Arist. 5. li. meta. refutare videt, q̄ ait: duo accidētia solo nūero differētia in eodē subiecto esse non posse. lumina aūt duo in eodē medio solo nūero differre q̄s dubitabit? Ma. Dictū Aristo. itelligēdū est de accidētalib9 realib9, absolutis, eductis de potentia materie p motū naturalē. Spēs aūt sensibiles cū sint accidētia intētionalia simul esse pnt. Silr due in eodē p̄re paternitates, qr sunt relatiōes: sic ꝛ plures species memoratoꝝ solo numero diuerse simul, in organo memorie reseruant: qr de potētia materie minime educunt. Lumina q̄q3 diuersaꝝ candelaꝝ: q̄ etsi de potentia materie educta sint, nō tn̄ per motū: qr in instanti: ideo simul esse pnt. Dis. Sane. Sz vnde est q̄ sensus haꝝ spēꝝ in medio discretionem nō attingit: sed plures vnā iudicat? Ma. qr numer9 nō nisi varietate deprehendit, q̄ sine materia nō est. Species igit a materia plus repurate min9 discernunt. Hec aūt de obiecto: nunc sensitiuā ipsam percurramus.

Spēs sensibiles nō ꝯtrariant: nec ꝯmiscentur.

Ibidē ꝑpositione. 7.

Ibidē ꝑpositione. xxv.

Vmbra est lumē diminutū.

Lumen primariū et secūdarium.

Aristo. v. lib. metaphysice.

Plura accidētia quō possint esse i eodē

De potētijs aīe sensitiue in gn̄e. Ca. V. Ma.

Huius aīe duo potētiaꝝ gn̄a sunt: vnū apphensiuū: alteꝝ f'm locū motiuū. De illo pri9: de hoc aūt posteri9 tractādū est. Dis. Apprehensiuā quā dicis? Ma. Per quā aīal obiectū p speciē apphēdit. ꝛ hec rurs9 biptita ē. q̄dā nēpe sēsibile nō nisi actu pn̄s apphēdit. hec i exteriorib9 corpis ptib9 situat. alia xo etiā absētia ꝯgnoscit: ꝛ i cerebri vētricul' habitat

Potentia aīe sensitiue apprehensiua Exterior

Prima rursus in quinq; potentias particulares (quas sensus exteriores dicunt) distinguit. q̄ sunt: visus/auditus/olfactus/gustus/et tactus. q̄ etsi eiusdem nature et essentie sint cū aīa: separant̄ tñ et discernunt̄ organis/obiectis medijs/et modo apprehēdendi: que oīa de singulis per ordinē edocēda sunt

Sensus exteriores quinq;

De visu et excellentia eius. Cap. VI. Magi.

Primum aūt de visu exordiamur: qui cū sensuū sit subtilior et agilior/plures rerū nobis differentias demonstrat: ꝓpter qd̄ et ipsum pre ceteris diligimus: et ꝓ defensione ipsius oēs alios exponim⁹: nimirū q̄ sensus corporis (vt ait Aug⁹. li. 11. de tri.) maxime excellit. Disci. Quid est visus? Ma. Est potentia sensitiue apprehensiua visibilis in oculo mediante diaphono. Obiectū nāq; visus est visibile: organū oculus: et mediū diaphonū: Dis. Hec eo que iā cōmemorata sunt ordine explanes necesse est.

Aristo. 1. metaphysice.
Aug⁹. de tri. li. 11. c. 2.
Visus

De obiecto visus: et de luce q̄ res sit: si videri possit. Quid lumē: et quō sine obiecto opaco videri nequeat. Cap. VII. Magi.

Obiectū visus visibile q̄dē est. Visibiliū aūt aliud lux: aliud lumē: aliud color: et si que sint alia in ratione dictoꝝ vident̄. Dis. Quid est lux? Ma. Est qualitas in corpore lucido/nata moueri ad motum eius in quo est: in suo esse nō dependēs ab aliquo extrinseco. Accepit autem esse a creatore in prima rerū productione dicēte: Fiat lux. et facta est lux Hec quippe ante luminariū ꝓductionem solis vices agebat per triduū: in cuius naturā (vt quibusdam visum est) quarta die transijt. Nam et Dionysi⁹ de diuinis noībus. c. 4. hanc lucem/vel lucem vel substantiā solis fuisse disserit: sed adhuc nō plene formatam. Est aūt lux in sole tanq̄ per se lucida. in alijs aūt participatiue/et oīm visibiliū hypostasis est: ea ꝓpter claritas eius vti est videri nequit: potentiā enim visiuā longe antecellit. Manifestat aūt se in visibilibus/in vno q̄dem clarius: in altero vero obscurius: s̄m q̄ a diuersis diuerse participat̄. Nullum eñ corpus lucis expers est. Hac manifestatione se magis inuisibilem ꝓbat. cū enim oīm visibiliū claritatē in se cōplicet: in nullo vti est explicatione perfecta representat̄. quolibet eq̄dem dato aliud semper clarius esse pōt. qui ergo intelligit ipsam perfecte in visibilibus videri nō posse/verius eā videt. Tante aūt nobilitatis est: vt etiā corporalia/quāto plus lucis participant/tanto perfectiora et nobiliora censent̄: sicut videri est gradatim in elementis. A nōnullis etiā nō minime auctoritatis an ne substantia/accidens ne potius estimanda sit/in dubiū versum est. Nā et Aug⁹. lib. de libero arbitrio. ait lucem in corporibus primū tenere locū. Similiter et super Geñ. ad litterā lucem corpus nominat. Rerum naturaliū indagatores nō sensu tardi: ipsam nec corpus/nec corporis formā substantialem multis argumentis astruunt: sed ad mentē Arist. lib. 2. de sensu et sensato eā qualitatem corporis lucidi dicunt: vti premissa indicat definitio. Sic et Auicen. 6. naturaliū lucem qualitatē: que est perfectio translucentis s̄m q̄ translucēs est/descripsit. Et Dañ. lib. 2. Lux est qualitas accidentalis solis. Aug. aūt et ceteros qui lucē corporis noīe appellant: non ipsam qualitatē/sed corpus aliquod multe lucis intellexisse affirmant. Dis. Lumen attamē que res est? Mag. Lucis imago et primaria eius deriuatio. Nunq̄ enim inq̄t Ptoleme⁹

Obiectum visus:
Visibile triplex
Lux
Geñ. 1. a.
Dionysius.
Lux solis per se lucida
Aug. li. 2. de libe. arbitrio.
Idē sup Geñ. ad lrām. li. 7. cap. 15.
Aristo. de sensu et sensato.
Auicē. 6. nat.
Damascenus
Ptolemeus
4. Almeges.
Lumen.

Augustinus lumen aduenit absq corpore luminis causatiuo. Hinc et Aug. Lumen habet pmanentiā per ɔtinuā solis influentiā. Sicut aūt lux in lumine/tanq̄ in ppria specie cernit: sic lumen in vmbra (quā secundariā lucis deriuationē superius diximus) videt. Aū queadmodum colorꝫ species primarie in occursu opaci/de se secundarias species gignunt: per quas vident/que in medio videri nō poterant: sic lumen species primaria lucis/in medio est inuisibilis: in occursu aūt opaci de se speciē gignit per quā cernit. Primū patet de specie coloris vitri rubei multiplicata cū radio penetrante vitrū vsq ad obiectū parietem/in quo videt. Secūdum patet in fulgore emisso ab oculo moto in tenebris/q̄ in obiecta vuea tunica opaca videt. Silr radius solis per foramē tenebrosum carcerē ingrediēs/ab hoīe incluso videt minime/si in opposita pte alterū foramen reperiat p qd trāsire possit: quod si obstruat/iam radius per secundariā speciem in obiecto opaco videt. Patet itaq si aeris regio in infinitum ptenderet sine obstaculo corporis opaci/etiā sole in medio celi existē te nihil in aere videret. Dis. Sed dic queso: Cur lumen incidens per foramē angulare rotundat. Mag. Quia sol a quo pcedit rotundus est: et quia talis figura vt nobilior nobiliori cognata est. Facit ad hoc etiam radiorꝫ coincidentia. In eclipsi tn̄ solari lumen incidens foramen figurā assumit nauicularem f̄m portionē quam luna de sole abscindere videt. Lumen ergo qualitatem a luce genitā intelligo. sed subiectū eius quod dicis? Ma. Corpus/ma-

Lumen nifestius aūt diaphonū siue transparens. Aū et Auicenna. Lumen est quali-

Auicenna tas quam corpus nō translucens a lucido mutuat. et Aristoteles: Lumen est

Aristoteles actus diaphoni inq̄tum diaphonū. i. lumen forma est corporis transparētis f̄m q actu transparens est. Aquam eñ aer/berillus/vitrū/et cetera huiusce modi nature/fiunt actu transparētia a lumine ipsa illuminante/in cuius absentia perspicua potius q̄ diaphona dicenda sunt.

De colore et speciebus eiusdem: de generatione colorū tam extremorum q̄ mediorū scd̄m diuersas philosophorum opiniones.

Capitulum VIII Magister.

Lux que perspicua reddit diaphona/facit et perspicua et opaca colorata. Huius aūt intellectus ex coloris definitione et ḡnatione pla-

Color. nior fiet. Dis. Quid est color? Magi. Est extremitas corporis perspicui/in corpore terminato. i. color est qualitas in extremitate corporis terminati siue opaci: que perspicuū tangit. Non ergo innuit definitio colorē esse extremitatē perspicui per inherentiā: sed contingentiam qualitatiuam. Dis. Nunquid non color etiā pfunditati opaci inest? Mag. Inest. Diuisa eñ massa auri/color nō modo in superf[icie] exteriore/ sed etiam in interiore conspicitur. Definitio aūt colorem explicat f̄m esse formale quo visibilis est in lumine. Aū lumen extremitatē diaphoni illuminans: colorem existentē in extremitate opaci contigui/actuat et visibilem reddit. Cum eñ hec pars illuminata est/color videtur: etiā si mediū/aut locus oculi illuminatus nō fuerit. Si aūt locus coloris illuminatus nō sit/ etiam ceteris illuminatis vide-

Aristoteles. ri nequit. Hinc phūs ait: Lumen facit quodāmodo potentia colores actu colores: quia facit eos actu visibiles qui in tenebris/aut pfundo opaci erāt po-

tentia visibiles. Per se aũt color dicit̃ visibilis: quia in seipso habet causam esse visibilis. Dis. Colorẽ itaq; non a luce in esse reali et materiali ꝑduci: sȝ existentẽ et visibilem in potẽtia remota a lumine reduci et fieri visibilem in potentia ꝓpinqua astruis? Mag. Cõmunior hoc philosophoꝝ affirmat sententia. Dis. Essentia aũt coloris vnde causat̃? Magi. Nec de hac re cõcors oĩm reperit̃ opinio. Quidam eñ lucem coloris ⁊ oĩm visibiliũ hipostasim esse sentiunt: nec colorẽ aliud q̃ diuersam lucis terminationẽ in diaphono aut opaco credunt. sicut videre est de colorib⁹ iridis: halo: et pennaꝝ in collo pauonis aut columbe. Alij aũt colorẽ generari aiunt ex multiformi admixtiõe opaci cũ diaphono: cuius per se actus est lumen ꝑductũ a luce tanq̃ prima colorũ hipostasi. lucis aũt ꝯcursum necessariũ ex eo arguunt / q̃ in eclipsi solis oẽs colores solita priuant̃ venustate. Nonnulli vero colores iridis et halo reales esse negant: qm̃ vt supra dictũ est: ex radioꝝ diuersa vel reflexione / vel refractione causant̃. Nec permixtione corporum colorẽ fieri posse ex eius simplicitate arguunt: sed ipsum qualitatẽ simplicẽ ex actione qualitatũ primarũ in corporibus derelinqui asseuerant. Videmus eñ ex actione calidi in humidum nigredinẽ: et rursus ex actione calidi in siccũ albedinem generari. Primũ planum est in carbone generato ex ligno humido. Secundũ patet in cinere genito ex carbone sicco perusto. Huius aũt causa esse videt̃: q: calidũ in humido partes aqueas terre cõmixtas exhalat in fumũ nigrum: et aereas et claras consumit: grossum aũt terrestre nigrũ relinq̃t. cuius si rursus grossicient' consumpserit / substantiã albam relinquit. Suo modo in alijs qualitatibus imaginandum / ꝺm magis et minus in diuersis materiebus. Sed nec ista quibusdam sufficere vident̃: nisi lux vt radicalis colorũ causa cõcurrat. Frigidum equidem qđ nec humidum aqueũ / nec aereũ consumit: sed vtcunq; cũ terrestri constringens et condensans: non nigrũ / sed vt in plurimũ album colorem relinquit. Est enim frigiditas mater albedinis: sicut calor nigredinis. patet in niue / crystallo / marmore albo et similibus. Et vnde hoc: nisi q: hec corpora perspicua / si condensant̃ lucem receptam fortius tenent. in opacis autem maiorem densitatẽ nigredo / raritatẽ vero albedo consequitur: ceteris paribus. Discipulus. Ad generationẽ igitur colorum qualitatum primarum actionẽ / et lucis diuersam in alteratis terminationẽ concurrere probabile videtur: et hoc quidem in extremis. Medij autẽ ex diuersa extremorum permixtione fortasse fieri habent. Magister. Nequaq̃: cum sint qualitates eque simplices sicut extremi. Extremorũ tamen naturã participare dicuntur: quia ex diuerso causarum extremorũ concursu generari habent. Et in generatione rubei / cause extremoꝝ eque concurrunt: ideo color locum medij verius obtinet. nonnunq̃ etiam ex supernatatione peruij colorati / super coloratum terminatũ / medij colores vident̃. vt est color apparens ex supereminentia vnguis super sanguinem digitorum. hac via plerũq; pictores varias colorum species effingunt. Insuper et colores diuersificari apud visum ꝺm diuersitatem lucium super eos orientiũ / ꝓpositio duodecima prime partis perspectiue cõmunis affirmat. Insuper oĩs color ex distantia visus tandem in nigredinẽ permutari videt̃: ideo et ip̃a oĩm coloꝝ finis esse ꝯuincit̃: in quo vniuscuiusq; visus deficit. Dis. Num aũt coloꝝ species certo numero designentur? Magi. Certo. Septem eñ sunt: scȝ Albus / flauus / croceus / ru/

Color vnde causetur

Colores medij

Colorum species beus/purpureus/viridis/niger:ad quos ceteri reduci habēt ſm nature participationem. Hactenus autem de obiecto visus: nunc organum perquiramus.
Discipulus. Sane.

De organo visus et natura oculi: qui ex septem tunicis et quattuor humoribus integratur. Cap. IX Magister.

Oculi declaratio

ORganum visus oculum cōmunis sententia affirmat. Hunc ex pelliculis siue tunicis quattuor et humoribus tribus integrari compertum est. Prima tunicarū consolidatiua dicitur siue coniunctiua: quia totam oculi substantiā continet: ideo fortis est et pinguis: ne humores quoquo modo congelari/aut effluere possint. Huius partem posteriorē sclroticā dicunt. Hec tunica etsi alba sit/diaphona tñ non est. ideo in ante foramen habet ne ingressum specierum prohibeat: similiter et in parte posteriore/que ad neruum obticū pertingunt. Hanc sequitur cornea/cornu albo et subtili simillima: clara/lucida/dura/solida: et ex multis frustulis composita: cuius etiam sunt quattuor pellicule subtiles: et est diaphona/ vt speciebus sit peruia. Huius partem posteriorē nonnulli cerusinā dicunt: alij duram. Post eā est vuea: quia nigra vt vua: vt in ea claritas glacialis aliquo modo obscuretur et in ea species resplendeant. sicut subijcitur plumbum vitro in constitutione speculi. In antea lenis: intrinsecus villosa. Hec similiter in antea foramē habet / vt sit speciebus peruia. Huius extremā partem secundinā appellant. Quarta subtilissima est similis reti aranee: hinc aranea dicitur. et posterior pars retina: retinet enim humorē secundum subtilissimū: quem glacialem vel crystalloidē propter limpiditatē appellant. in eo situantur species visibiliū. qui vt in eo figi possint aliqualiter spissus est. Post hunc est humor tertius in textura venarum quē vitreū dicunt. claritatē habet qua cū crystallino conuenit: ruborē aūt ex sanguine venarum oculum tangentiū: quē et ipse digerit: et digestū crystalloidi pro nutrimento mittit. Primus aūt humorū albugineus est: albugini oui non omino dissimilis. Hic īterpositus aranee continet crystalloidem ipsum a duricie cornee et villositate vuee custodit: et suo humore/ne siccitate tele circūdantis exiccari possit/preseruat. transitus foramē vuee corneā contingit. Oēs humores et tunicas in parte anteriore concentricas quidam aiunt: dempta consolidatiua et humore vitreo: ne propter fractiōes multiplices generetur confusio. Alij tñ vueā et corneā ecentricas opinantur: et albugineū cornee concentricū describūt. Glacialis aūt portio est sphere maioris. et vitreus sphere minoris. Oim aūt horum causas/insup et ecentricitatis rationes exquirere/non tā necessariū quam laboriosum videtur. Dis. Ad reliqua igitur sermonē vertamus. Magi. Oculos rursus duo nerui complectuntur: per quos spiritus visiuus diffunditur/et species visibiliā deferuntur. Sunt hi nerui rami vnius nerui a sensu communi progredientis: qui circa oculos fit bifidus: et partes ad instar fistularum amplianturi: ramus dexter oculum dextrū/et sinister sinistrū oculum complectitur. Locus aūt bifurcationis neruus obticus dici solet: in quo et visio completur. Hinc est quod res duobus oculis conspecta/non due/ sed vna videtur. Hec de organo: restat vt mediū transcurramus.


palpebra
Comũ


Coniunctiua
Sclirotica
Septi
Secundina
sexta
quinta tu.
nervus obticus
humor vitreus
tela aranee quarta tu.
humor albugineus
uvea
Cornea

De medio videndi et noctulucis unde lumen habeant: et quare in die non videntur in lumine proprio. Capitulũ X Discipulus

Mediũ visus

MEdium videndi qd est? Magister. Corpus pspicuũ et perviũ/ et saltẽ in ultima parte qua colori coniunctũ est actu diaphonum. Necesse est eñ colorẽ a lumine excitari: ut visum moveat: pter materialitatẽ nãq suã/ visui se minime ingerere potest: gignit ergo de se species a materia depuratas: quas in lumine et in imagine lucis tanq in pncipio suo oculo imittit. Ea tñ visibilia que noctuluca dicunt: cum intrinsecũ et conatum lumen habeant/ etiã in nocturnis tenebris videri possunt: ut sunt quedã ligna putrida/ vermiculi/ squame piscium/ et similia. Disci. unde hec corpa ingenitũ lumen habẽt? Magi. Ab igne. omne equidẽ mixtũ elemẽtis constat: eo modo quo pcedenti libro expositũ est. In vermiculis igit quibusdam/ qui sine sanguine sunt et frigidi: ignee partes circa digestionis locũ cõcurrũt/ et ibi lucẽt. Sic et piscib' q frigidi sũt/ et in frigido degũt elemẽto/ natura squamas pvidit multũ duras et terrestres/ partes igneas conservãtes pro fortificatione caloris naturalis. In lignis aũt putridis/ ignis cũ humido acreo ad extremitates colligitur. Simil'r et in ceteris hec non sine causa ordinata sunt quarũ tñ paucissimas a phor turba enodatas inuenies. Hic ignis aũt est vel cum qualitate priore que est lux: vel posteriore que est caliditas non existenter aut adurens non est: sed nature mixti cõveniens. Disci. Quid subest cause edicito/ q hec corpora non in die in lumine suo congenito videntur. Magi. Quia in die a lumine solis qd maius est illustrant: a quo etiã lumen cõnatũ tanq minus et debilius obfuscatur. Ob quã causam etiã stellas in die nõ nisi ab acutissimo visu/ et in puteo aliquo posse conspici diximus.

De qualificatiõe medij ut videat res sub debita quãtitate. Quid radius visualis: direct' reflexus et refractus. Et q pfecte rotundũ ppter se sit inuisibile. Caplm XI Magister

OPortet aũt mediũ vidẽdi p certification: quãtitatis visibilis ... totũ esse uniforme: et visibile pportionabil'r elongatũ. Nulla enim quãtitas rei imoderate distantis est oculo certificabilis: dicit ppositio. 75. prime partis pspectiue. Unde stellas vix in ovi quãtitate iudicam' que terra longe maiores sunt. Et solus radius ppendicularis porrigit directe alterius diaphoneitatis medio occurrẽte. dicit ppositio prima tertie partis pspectiue. Hic radius reflectit per eandem lineam opaco obstãte. Omnis autẽ radius oblique incidẽs: medio alterius diaphoneitatis occurrente: aut frangitur/ aut reflectitur. Discipulus. Continue paulisper calami habenas: donec quid radius perpendicularis et obliquus/ quid insuper inter refrãgi/ et reflecti intersit planius innotescat. Magister. Radium visualem spe

Radius visualis




dem rei visibilis dicimus:nō vt lineā aut superficiē mathematicā profundo carentē:sed corpalē ⁊ pyramidalē:cuius basis in re visa/ ⁊ conus in oculo vidēre est. Totum autē luminosum pyramidē sui luminis in quolibet puncto medij terminat. ideoq́ ⁊ oculus in qua cūq́ parte medij existat/luminosum videre potest:sed diuerse. Nā quāta pyramis breuior/tanto fortior:⁊ angulū coni habet maiorē: ideo rem repsentat maiorē. Ex his facile cōcludit̄ pfectā rotunditatē esse inuisibilem. cū eñ superficies eque a centro distat/extremitas eius in puncto indiuisibili terminatur: itaq́ basim pyramidis fundari nequit. Hinc ⁊ Mercurius Trimegistus mundum ex se inuisibilem dixit:quia rotundus est. Sed ⁊ corpus quodcūq́ proprie visibile non est:quia eius profunditatem nō videmus: sed eius vel solos angulos/aut latera/⁊ extremas superficies intuemur. Qđ aūt solem ⁊ astra rotunda videmus:ex eo est/quia multum distant ⁊ pyramis iam non in puncto supremo/sed linea arcuali sumitur. hec autem remotiori maior/et propinquiori minor apparet. Nec talia corpora spherica/sed plana videntur. Si quando autem aliquid rotunditatis habere conspiciuntur/perfecta tamen rotunditas videri nequit: vnde oculus superficiem sphere in puncto contingens nihil eius videret:si etiam defectus medij non obstaret. Hec in perspectiuis latius indagari possunt. Radius directus siue ppendicularis est ex cuius incidentia super superficiem ex vtraq́ parte relinquuntur anguli recti et equales. Per oppositum dinoscitur radius obliquus. Radius autem reflecti dicitur:qui in occursu opaci per eandem/aut aliam lineam versus suum originem proijcitur: sicut pila in parietem proiecta resilit: sed in hoc est differentia. nam eadem pila numero per motum localem resilit: non autem idem radius reflectitur:sed alius a principali obiecto luminoso generatur/si vltra distantiam qua opacum occurrit agere sufficiat. Radius vero refrangitur/qui in occursu medij alterius diaphoneitatis non in directum multiplicatur:sed versus perpendicularem a puncto incidentie et fractionis erigibilem accedit: aut a perpendiculari huiusmodi recedit. Hoc autē quomodo aut quando fiat sequentibus conclusionibus manifestabitur.


4. propositio prime ptis pspectiue. propositio. 19.

Perfecte rotunda inuisibilia.


Radiorum differentie.





Cur res quandoq́ videtur maior vel minor remotior vel propior q̄ in veritate est. Capi. XII Magi.




Conclusio prima. Radius perpendicularis in superficie media diuersarum diaphoneitatum coniungente nō frangitur:quia non esset ratio quare magis ad vnam partem q̄ aliam declinaret. in occursu tamen opaci in se/vel ad latus reflectitur. Hec conclusio patet ex ppositionibus 14 prime ⁊ prima tertie partis pspectiue cōmunis: vt sit supficies media inter aerem










⁊ aquam a.b.⁊ radius perpẽdiculariter incidens.c d: Conclusio secunda. Radius oblique incidens in occursu medij densioris ad perpendicularem frangit̃:patet per propositionem.15.prime partis:vt sit superficies incidentie media inter aerem ⁊ aquam a b.et radius oblique incidẽs d c.veniens a corpore luminoso d per aerẽ in aquam:frangitur in superficie media a b.in puncto c.versus perpendicularem c f et cadit in e.qui si medium esset vniforme/procederet in b. Conclusio tertia. Radius oblique incidens/ veniens a medio densiore in rarius a perpendiculari diuertit. Patet per.16. prime partis:vt sit superficies media inter aquam ⁊ aerem a b. radius incideus d e.veniens a corpore luminoso d existente in aqua medio densiore in aerem mediũ rarius:in puncto e.superficiei a b. frangitur:⁊ a perpendiculari que est e f recedit:caditq̃ in g.qui si medium esset vniforme procederet in l. Harum autem duarum conclusionum causa est/resistentie ⁊ actionis diuersitas. Unde radius veniens de medio rariore in densius/penetrando fortius agat necesse est:Ideo ad perpendicularem tanq̃ organi suo propinquiorem declinat. E contrario autem qui venit de densiore in rarius/ fortificatione non eget:a perpendiculari euagatur. Conclusio quarta. Locus imaginis rei vise est:vbi pyramis sub qua res videtur/cum perpendiculari (a re visa versus superficiem medij rem visam continentis erigibili) contũgitur. Ideo rem visam per radios fractos extra locum suum necesse est apparere. ⁊ sic denarium existentem in fundo vasis/superfusa aqua ab oculo posse conspici/ qui ab eodem sine aqua nequit videri. Exemplum conclusionis ⁊ primi correlarij. Sit d c.superficies aque continens rem visam b.⁊ perpendicularis erecta b d.⁊ oculus existens in aere o.radius veniens a visibili b. versus oculum frangitur in puncto c. a perpendiculari c f.⁊ cadit in o.que si medium esset vniforme/procederet in g. Pyramis itaq̃ sub qua videtur res b.coniungitur linee perpendiculari b d.in puncto l.in eodem oculus o iudicat esse b. Patet ⁊ secũdum correlariũ:q̃ oculus o videt b in aqua per radiũ refractũ:qđ videre non posset per radium directum b o. qui propter latus c k. vasis b c d k ad oculum transire nequit. Patet itaq̃ rem existentẽ in medio densiori ab oculo existente in rariori / videre propinquiorem : ⁊ sic maiorem q̃ sit : quia videtur sub pyramide breuiore ⁊ angulo maiore. Exemplum est b.res visa ab oculo o in figura precedenti. Res autem existens in medio rariori/oculo existente in densiore:videtur remotior:⁊ sic minor q̃ sit: quia videtur sub pyramide longiori ⁊ angulo minore:vt visibile f existens in aere visum ab oculo e.existente in aqua videtur in puncto m. Est enim radius incidens f c qui in superficie media inter aquam ⁊ aerem a b. in puncto c. frangitur ad perpendicularem c d.⁊ cadit in e.qui si medium esset vniforme protẽderetur in h. Pyramis autem sub qua videtur visibile f. coniungitur perpendiculari erecte a b f versus superficiem a b in puncto m. Hinc facile concluditur quare baculus partem habens in aqua ⁊ partem extra aquam fractus apparet.oculus enim existens extra aquam/eam partẽ que est extra aquam in loco

suo videt:illam vero que in aqua est/in loco ꝓpinquiori q̄ sit/iudicat:ideo he partes directe cõtinuate videri nequeunt. Verũtamen omnes hi radij refracti aut reflexi/directis sunt debiliores: quia a fonte ⁊ origine suo magis elongati: ⁊ ex obliquitate debilitati: rectitudo em̃ luci cõnata est. Hinc etiam ꝑ hos res videnꝫ debiliore modo. Vñ ⁊ apl's Jacobus ait: Vir qui cõtemplaꝫ faciẽ suã in speculo/⁊ se auertẽs/statim qualis fuerit obliuiscitur. videt em̃ homo faciem suam per radium a speculo reflexum.




De natura ac diuersitate speculorũ q̄ in coclearí polito ostẽdi p̄nt. De stella q̄ videꝫ cũ sole in speculo ĩmerso aque: et q̄ idolũ rei vise: nec est in profunditate speculi: nec in aere propinquo: sed in superficie speculi. Ca. XIII Disci.

De natura speculorũ perpauca saltem in hac digressione in mediũ ferre/haud graueris p̄ceptor amãtissime. Magister. Ad speculi integritatẽ requiriꝫ cõtinuitas ⁊ lenitas intensa: sup̄ficies regularis. Insup ⁊ eiusdẽ necessaria est perfecta politura: patet in marmore ⁊ chalibe pluribusq̧ alijs lapidib⁹ ⁊ metallis politis. Diaphoneitas aũt si speculari corpori acciderit necessario opaco aliquo subduciꝫ superficiẽ eius terminante: ob id diaphonis/vt sunt vitra/plumbũ supponiꝫ: vt radij ꝑtransire prohibiti/ad videntẽ reflectanꝫ. Quod autẽ plumbũ vitro/hoc aque est fundus terre: radios em̃ aquã intrare manifeste ꝓbat: q̄ oculus existens in aqua solem videre potest directe. Radios aũt nõnullos a sup̄ficie aque reflecti/ex eo deduciꝫ: q̄ in ea tanq̄ speculo ⁊ solem ⁊ cetera obiecta oculus existens in aere contẽplaꝫ. ⁊ si aqua fundũ nõ haberet: nihilomin⁹ in sup̄ficie radios aliquos reflecteret. Oĩs em̃ sup̄ficies media inter duo corpa diuersaꝝ diaphoneitatũ rõnẽ specularẽ ꝑticipat. Sunt autẽ specula varia: quedã nãq̧ sunt vniformia ⁊ plana: in quibus res videri poteſt vti est: cõuersa tamen: ⁊ dextra videnꝫ sinistra ⁊ ecõtrario: maxime aũt aqua quieta. Hinc Vergilius Nuper me in littore vidi Placidũ dum staret mare ⁊c̃. Sanguis hominẽ ostẽdit nigrũ ⁊ pallidũ: oleum iuuenilẽ ⁊ amabilẽ: gladius latũ aut oblongũ hec autẽ potius difformiũ speculorũ naturã participãt. Sunt aũt ista aut concaua/aut conuexa. Concaua rem maiorem: interdum vero minorem aut equalem: conuexa minorem representant. ⁊ latam quidem/si sint spherica: oblongam vero/si fuerint pyramidalia aut columnaria. Omnia hec in cocleari polito continenꝫ. in manubrij quidẽ basi/planũ: in columna manubrij/columnare vel pyramidale: sinus autẽ ab intra/concauũ: exterius vero/conuexum ostendit. Accedit autẽ imagini rei vise multiplex variatio s̓m diuersum ⁊ obiecti ⁊ speculi situm. Unde in speculo multe cõcauitatis pars inferior apparet superior ⁊ ecõtrario: eo q̄ vna pars speciem supra aliã proijciat. In concauis Insuper speculis eiusdẽ rei/plures quatuor imaginibus apparere nõ possunt:

Speculorum genera.

Vergilius in Bucco.



eo q̄ in ipso ad eundē oculū/in pluribus q̄ in quatuor punctis reflectionē fie-
ri sit impossibile. Speculū in vna parte cōcauū/ꝛ altera planū duas repñn-
tare pōt facies: in collo quidē ꝯiunctas/si sit planū inferius: aut in vertice col
ligatas/si planū superius situet̄. Sic ꝛ in speculo imerso aque ꝛ soli obiecto
stella videt̄: que stella nō est/sed secūdariū solis idolū ex diuersitate supficieꝝ
speculi ꝛ aque resplendēs. In alijs tñ lucidis hoc fieri nequit/ propter radij
debilitatē. Hec aūt enucleatius in pspectiuis pquirēda sunt: ad reliqua ꝑpe
remus. Disci. Restat qḋ fortius angit: an idolū obiecti in aere ꝓpinquo/
aut ꝓfunditati speculi sit imersum/nec ne? Magi. Neutrū affirmo: ipm eq̄-
dem in aere speculo ꝯtiguo nō esse/hoc maxime approbare videt̄ q̄ tali aeris
parte cōtinue agitata ꝛ variata/idolum rei vise imobile ꝑsistit: vt fortissimo
subtiliq; ante speculū vento spirāte: qḋ vtiq; neutiq̄ fieret: si idolū hic aer cō
Aristo. in tineret. Motis eñ nobis inquit Aristoteles mouent̄ ꝛ ea que in nobis sunt.
topicis. Rursus aūt idolū ꝓfunditati speculi imersum non esse. ꝓpositio 19. secūde
partis pspectiue adiuncto cōmēto late ostendit. Q̄ aūt idolū quādoq; pro-
fundius imersum videt̄: ex distantia obiecti est/ad cuius situm ꝛ motum ido-
lum variat̄: ꝛ nō ad motū speculi. Unde ꝛ res visibilis in tāta ꝓfunditate spe
Mirabile culi apparet/ quāta est eius a speculo distantia. Mirabile tñ quoddā in spe-
speculorū culis reperiri est/qḋ etiā Augustinus ad nebridium occultū esse dixit: q̄uis
Augustinus specula ingentia sint/nō reddunt maiores imagines q̄ sint corpora: etiā bre-
uissima obiecta. in puis aūt specul' sicut in pupillis oculoꝝ/ꝛ si magna facies
sese opponat: breuissima tñ imago ꝑ modulo speculi format̄. Hic aliquid la-
tet. Probabilius itaq; videt̄ idolū rei vise in superficie speculi recipi: nō qui-
dē supficietenus/sed in puncto saltem naturali. Huius aūt certissimū argumē
tum est: q̄ nō maius in maiore/nec minus in minore apparet supficie. Simili
ter si speculū frangit̄: in qualibet parte totum videt̄: ꝛ celi medietas in paruo
speculo cernitur: que vtiq; nullatenus fierēt/ si dimensio longitudinis ꝛ latitu
dinis attenderet̄. Nec idolū dimensiones habet: sed est dimensionū species: si
cut forma lapidis existentis in anima indiuisibili. Hoc autē necessariū esse di-
noscit̄ vt species in oculo distinctum per partes locari/ꝛ rem vt est in suis li-
neamentis representare possint. Necidem idolum est qḋ videtur: sed semper
aliud ꝛ aliud ad presentiam obiecti generatur. Hoc autem ex eo apparet: qḋ
ad situm ꝛ motum obiecti/variatur situs ꝛ motus idoli: nō eiusdem vt dixi-
mus in numero/sed similis per continuatā generationē in specie. Possibili-
tas autē dictorū facile apparebit: si visionem ab angulo pyramidis cuius ba
sis est in re visa fieri considerauimus. Hinc ꝓpositio. 15. secunde partis perspe
Buictilo ctiue asserit: a superficie speculi infinitas fieri completas reflectionis forme
Alacen rei visibilis. Hec omnia ex pspectiua Buictilionis Alacen Bacchonis ꝛ a[illegible]
Baccho rum: insuper ꝛ libro de speculis latius demonstrari habent: presens autem
cōmuniora prelibasse sufficiat. Ad Methodum nostrā/vnde longius digres-
si sumus iam tandē reuertamur. Discipulus. Optime. Uerūtamen qḋ pau
lo ante hac de visionis modo cōmemorabas/indiscussum haud ꝑtermittas.

De modo videndi: si fiat extra mittendo vel intus suscipiendo: ꝛ quomodo omnis sensatio sit via assimilationis vnde spiritus sen-

sitiui omnino a sensibilibus sunt depurati. Capitulum XIIII Magister.

Visionem fieri per egressum spiritus visibilis/ et ab oculo ad rem vi
sam nō contemnēde auctoritatis viri tradidere. et Aristoteles cau Plato linco-
sam assignans cur oculi ꝓfundi/ aut in puteo existentes clarius vi- niensis.
dēt: idē sentire videt: cū ait ob id hoc fieri/ ꝙ radij exeūtes min⁹ disgḡunt. Aristoteles
Hūc spm̄ imaterialē et agillimū dicūt: vt ī momēto ad remotissima etiā visibi Alchindus
lia egredi et regredi possit. Sūt tn̄ q̄ spēs visibiliū et egredientē spm̄ in medio Oculus spūs
cōcurrere imaginat. Hāc positionē de egressu spūs/ fortasse nō oīno esset dif- agillimus.
ficile saluare. a multis tn̄ tanꝙ phie et ꝑspectiue dissona explodit. Ea ꝓpter et
nos cōiorem sententiā amplectētes: dicam⁹ visionē fieri ꝑ receptionē speciez Modus
visibiliū in oculo: ꝑ modū pyramidis: cui⁹ basis in re visa et conus in oclo est. videndi.
Spūs aūt visiuus lucidus et clarus/ et a cerebro ꝑ neruos (de q̄bus supra) ad
oculos vsq; descendēs: et a spēbus imutatus/ sensatiōe ꝯfusa regredit: ad cui⁹
regressum excitata aīa/ et cernēs diaphoni sui purissimi et penit⁹ incolorati su-
ꝑficiē/ in silitudinē tingi: se ꝯuertit ad obiectū/ vn̄ splēdor venit: et ipm̄ discre
ta sensatiōe ꝑcipit. Fit aūt hoc assimilatiōis via. Sicut em̄ cera flexibil' artifi De visione
cis ingenio ꝯfigurat rei artifici p̄sentialr apposite: vtputa faciei humane/ leo exteriore vide
nis/ vel asini: nec artifex hāc ꝯfigurationē facere posset/ si aīam nō haberet. Si ca. 2. li. 11. de
igit cera esset aīata: mēs int⁹ existēs/ ꝯfiguraret cerā oīni figure sibi p̄sentare trini.
Sic spūs visiu⁹ aīat⁹ aīa sensitiua/ ꝑ aīmā ꝯfigurat speciei visibili: quā offē
dit in oculo. Patet igit discretā visionē sine attētione rōnis fieri nō posse: q̄n-
quidē multos p̄tereūtes (q̄rū spēs in oculos recipim⁹) minime agnoscimus:
dū attēti alijs/ nō aduertim⁹. Pariformiter de auditu/ olfactu/ gustu/ et tactu
intelligendū est. Nā sicut spūs in oculo ꝯfigurat spēb⁹ oculoz: ita in aure as
similat spēb⁹ sonoz: in narib⁹ spēbus odorū: in lingua spēbus sapoz: et in to-
to corpe spēb⁹ tāgibiliū. Operepreciū est igit hmōi spūs a sensibilib⁹ oīno eē
depuratos: ne intus existēs extranea ꝓhibeat. Qū si spūs visiuus colore par
ticiparet: non indifferenter omnem colorem/ sed eum tm̄ quo tinctus esset per
ciperet: queadmodū videns per vitrū rubeū oīa visa rubea existimat. Spēs
em̄ mutuo se tingunt. ait ꝓpositio prima secūde ꝑspectiue. Hactenus de visu:
nunc auditū ꝑcurramus. Discipulus. Id ꝓmissorū ordo expostulat.

Q visus et auditus sint sensus discipline Auditus definitur: organū et mediū audiēdi declarantur. Capi. XV Magister.

Verū quidē: nam in ordine sensuū auditum secundū obtinere locum
phi tradidere: quia preter visum sentit remotius/ et ad disciplinam Auditus.
magis est necessarius: que em̄ a cunabulis discimus: aut visu/ aut
auditu percipimus. Est autē auditus potentia sensitiue appzehensiua soni in
aure mediante aere vel aqua. Disci. In hac descriptione similiter obiectū/ or
ganū/ et medium auditus enumerasse videris. Sonū em̄ obiectū/ aurē orga-
num/ aerē vel aquā mediū auditus accipio. Magi. Sane accipis: et eo qui-
dem facilius quo hec sepius audisti. Disci. Verū. nam in principio logices
et in musice theorematibus de sono haud obscure dissertum esse memini. Hic
tū et organum et mediū latius veniunt explicāda. Magister. Auris (in qua Auris

organū additus) substantia est cartilaginosa: vt fortitudine sua sit semp patula. Tortuosa vero ꝛ anfractibꝰ ornata: ne extrinsica ꝛ auditui inimica/ipm quoquo modo p subitū ingressum ledere possint. In pfundo auris os quoddam est porosum/siccum ꝛ durum: in quo rursus pellicula quedā (quam alij meringā/alij timpanū auris vocāt) aeri cōnaturali repleta continet: speciebus soni prorsus vacua: vt omni sono assimulari possit. Mediū audiēdi/aerē/vel aquā esse ex eo manifestū est: ꝙ auris sana in vtroq₃ constituta sonū percipit. audiūt eñ in aere aues: ꝛ in aqua pisces. Unde etiā circa aquas silentium facimus/si quādo prendere pisces attentamus. Discipulus. Quis his ꝯtradicere posset? sed modū audiendi dilucida.

Pisces audiunt.

De modo audiēdi ꝛ quare dormiētes patētibꝰ auribꝰ nō audiūt. Insup qualr orbicularis multiplicatio soni a Boetio declaratur: et ꝙ idē sonus p diuersas species a pluribus auditur. De sono echo: ꝛ quō per murū audire possumus. Insup qualr sonus acutus stuporē dentibus ingerat. Ca. XVI Magi.

Modus audiendi.

A Cerebro neruus quidā protēdit: ꝛ paululū ꝓgressus bifurcatur: cuius rami singuli ad singulas aures descendunt/spiritū auditiuū ad timpanū vsq₃ deferētes: quia speciebus soni aerem inclusum pulsantis immutat: ꝛ his configuratus regreditur: ad cuius regressum excitata anima/ipm imutatū cernēs: ad obiectum vnde species multiplicant se cōuertit/ipsumq₃ discrete percipit. Egressum autem spiritus sensibilis ad organū esse necessariū/ex hoc facile patet: ꝙ in somno sonus in aure receptus multotiens minime auditur. Nerui equidem vaporibus opilati/spiritum audibilem exire prohibēt: fortior autem sonus meatus aperit: ꝛ causato calore vapores resoluit. hinc spūs audibilis exiens dicto modo imutat. Multiplicationē vero speciei sonore ab obiecto versus aurem: Boetius vir vtiq₃ doctrina ꝛ eloquio clarissimus in primo musice per simile manifestat dicens: Cum in paludibus vel quietis aquis iactum eminus mergitur saxum: prius in paruissimū orbē vndam colligit: deinde maioribus orbibus vndarum globus spargit: atq₃ eousq₃ dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibus conquiescat. sempq₃ posterior ꝛ maior vndula pulsu debiliore diffunditur: ꝙ si quid sit qđ crescentes vndas possit offendere/statim ille motus reuertitur: ꝛ quasi ad centrū vnde profectus fuerat retonditur. Ita igitur cum aer pulsus fecerit sonum/pellit aliū proximū: ꝛ quodāmodo fluctum aeris ciet: itaq₃ diffundit: ꝛ omniū circūstantium simul ferit auditū. Atq₃ illi est obscurior vox/qui longius steterit: quoniam ad eum debilior pulsi aeris vnda peruenit. Discipulus. Unus itaq₃ sonus numero ab omnibus circūstātibus ꝑcipitur? Magister. Idem ꝛ vnus/per diuersas tñ species: sicut idem color a pluribus simul videtur? Formato enim sono: alie eius species multiplicantur versus aurem meam qui sum ad dexteram: alie versus tuam qui es ad sinistram: similiter alie ab ante et retro: sursum et deorsum in modum sphere: sicut globus ignitus orbiculariter

Dormientes non audiunt.

Boetius. j. musice. xiiij.

Soni multiplicatio.

de se diffundit radios:et in quolibet puncto medij pyramidem sub qua videri pōt terminat. Dis. Intelligo. Sed vnde est/ꝙ siluas muros ⁊c nobis vocā tibus reclamare audimus? Ma. Audisti sonū et eius species in occursu obstaculi reflecti:et ad locū vnde ꝓfecti fuerant quasi ad centrum retondari. si igiꝰ reflectio sit fortis/ad aures nostras vsq̄ pueniunt. Sic eundē sonū quē ore emisimus/ reflexe ꝑcipimus:modo tñ debiliore:q2 virtutes reflexe directis sunt debiliores. Hic sonus reflexus a grecis icho/latine vero echo ꝓferri solet. Attamen nō ita sonū reflecti accipiendum est:vt oīno nulla eius spēs murū aut obstacula penetret. experientia nāq̄ testaꝰ per murū /parietē/ aut similia auditionē fieri:et si nonnunq̄ ꝯfusam. in penetratiōe nempe figura cōfundiꝰ/substātia remanente. hinc sepius sonū audimus:sed an ne vox ⁊ qualis sit/nō ꝑcipimus. Sic colorꝫ nōnullas species opaca penetrare dicunt: q̄ a visu acutissimo/et linceis oculis appħendi pñt. Dis. Subest questiuncula: cuius solutio tractatū de auditu claudat. Est aūt:qua via sonus acutus dentibus stuporē ingerere possit? Mag. Neruus sensitiuus in mandibula singulis dentibus ramusculis colligaꝰ. huic neruus audibilis coniungiꝰ: quem quidā acutiores soni penetrantes ramusculos nerui sensibilis pulsant/et obstupescere faciunt. Dis. Optime:nunc olfactum videamus.

Echo

Unde stupor dentium

Quid olfactus. quid odor. quō generetur: et que odoris species. de organo olfactꝰ. Et quare homo non nisi excellentia olfacit: ⁊ que animalia in singulis sensibus homini prestāt Capitulum XVII Magister.

Olfactus est potentia sensitiue apprehensiua odoris per nares: mediante aere vel aqua. Obiectū enim olfactꝰ est odor. organū in naso. mediū aūt aer vel aqua. Dis. Odor q̄d est? Mag. Est passio sicci digesti in humido:alteratiua olfactus de potentia in actū. Unde cū siccitas terrestreitati coniuncta vi caloris in humido digeriꝰ/ generaꝰ qualitas quā odorem dicimus. Patet in pomis:in q̄bus siccitas terrestris in humido calore solis digeriꝰ donec odoriferū fiat pomū. Dis. Principia igiꝰ odorū sunt siccitas in humiditate et calor agentis? Ma. Aperte dicis. hec aūt principia q2 in harmonia et ꝓportione varianꝰ:nec semꝑ eodem mō concurrunt: hinc varie odorū spēs gignunꝰ:que sunt odor aromaticus/ salsus / amarus/ acutus/acetosus/stipticus/ponticus/vnctuosus/dulcis/ insipidus siue fetidus:et si qui alij reperiunꝰ ad hos reduci habent. Dis. Organū despiciamꝰ Mag. Organū olfactus in cerebro supra nasum sitū est:ne facile possit a cōtrarijs offendi. Sunt aūt due caruuncule ad modum mamillarum concaue ⁊ spongiose. versus cerebrū suspense:habentes cooꝑculum qđ per aeris inspirationem et respirationem aperitur et claudiꝰ. Id organū natura calidum et omnium odorū expers est. vt oīm sit susceptiuū. In homine aūt ꝓpter magnitudinem cerebri/cuius complexio frigida est olfactus multū leditur:ideo nō nisi excellentia olfacit:ob hec rarissime etiam odorum somnia patitur. Uñ a quibusdam dictum est: Nos aper auditu/linx visu/ simea gustu: Uultur olfactu/et aranea tactu excellit.

Olfactus
Odor

Species odoris

Organum olfactus.

De medio et mō olfaciēdi. Et si odor realiter vl' spūal'r p mediū diffūdatur. Ca. xviij. Di.

De medio q̄d noui affers? Ma. Nihil. nam sicut sonus per aerē vel aquā ad auditū vsq̧ puenit: ita et odor. olfacimus em̄ nos in aere
Modus olfaciendi — et in aqua pisces. Dis. Olfaciendi aūt modus quis est? Magi. A corpore odorifero/calore resoluente/odor per mediū diffundit̄ vsq̧ ad nares: ibi inspiratione attrahit̄: et aperto coopculo ad caruunculas pertingit: ad quas rami vnius nerui a sensu cōi exeuntis ptendunt̄: per quos spirit⁹ olfactiuus delatus in occursu specierū odoris immutat̄: fitq̧ olfactio confusa. anima aūt ad regressum spiritus excitata cernens ipsum immutatū specieb⁹ se ad obiectū vnde huiusce pcessere species conuertit: ipsumq̧ assimilationis via secernit atq̧ dijudicat. Ueruntamen de odoris per mediū multiplicatiōe
Si odor realiter vel spiritualiter p mediū diffundit̄ — est nō parua inter philosophos disceptatio: alijs opinantibus odorē non per species et spiritualiter/sed realiter a corpore odorifero vsq̧ ad organū peruenire: q: per longinqua terrarū spacia percipit̄. Unde et vultures occisor̄ cadauera ante Troiam p q̄ngenta miliaria olfecisse scribunt̄. Species aūt ppter sui spiritualitatē citius in multiplicatione deficiunt. Accedit ad hoc/ q nonnulli habitatores indie odore cuiusdam pomi viuere: a quo et diutius seiuncti emori dicuntur: Species aūt a materia sequestrate: nec calide/nec sicce sunt: nec nutrire/aut cerebri humiditatē et frigiditatē temperare pn̄t. Odor
Ambrosius. — aūt (vt ait sanctus Amb. in hexa. li. 6. c. 6.) ideo nō perfunctorie transit/ sed diutius inheret naribus: vt cerebrū sensusq̧ depascat. Ab alijs vero oppositam partem nō omnino respuentibus/dicit̄: odorem in principio realiter per fumalem euaporationē per mediū transire: circa organum aūt iam nō realiter/sed per species diffundi. spiritus em̄ olfactibilis ob sui spiritualitatē non nisi a speciebus pōt immutari: sensibile q̄q̧ supra sensum positū non sentitur. Dis. Hec opinio singula pcordans/amplectenda videt̄. ad alia pgrediamur

Quid gustus: quid sapor: que eius species et quō generantur: de medio et modo gustandi: et cur febricitanti dulcia videntur amara. Capitulum XIX Magister

Gustus — Ui sequitur in ordine sensuū Gustus/est potentia sensitiue apprehensiua saporis in lingua/medio humido saliuali: Sapor equidem gustus obiectū: in lingua organū: et humidum saliuale est medi[um].
Sapor — Dis. Saporem describas. Mag. Sapor est passio seu qualitas humidi digesti in sicco terrestri: alteratiua gustus de potentia in actū. Nam sicut odor generat̄ ex digestione sicci in humido: sic econuerso sapor generat̄ ex digestione humidi in sicco. vtrobiq̧ aūt causa efficiēs est calor solis vel ignis. vnde et fructus immaturi cocti igne dulciores efficiunt̄. Et sicut ex diuerso pcursu in harmonia et pportione sicci in humido cū calore/odores multi pueniunt:
Saporis species — sic ex multifario pcursu humidi in sicco cū calore diuersi sapores procreant̄: qui sunt sapor insipidus/dulcis/amarus/acutus/salsus/acetosus/ponticus/stipticus/vnctuosus/insuauis/asper et durus: et si qui alij repertunt̄ horum naturas participant. Ex quo manifestū est/odor̄ et saporū principia ita esse

connexa vt separatim nō inueniant̄. sic nec he qualitates: quobrem etiā in nobis concurrunt. Dis. Aperte loqueris: ad organi explanationē nunc stilum vertas. Mag. Organū gustus neruus q̄dam est a cerebro descendens: in lingua ramificatus: et per eam ad instar retis expansus. Medium aūt est caro lingue porosa/humido saliuali delibata. Cum igit̄ hic sensus omni animali sit necessari⁹: nulli taliū lingua aut caro loco lingue deesse pōt. Cum itaq̄ ab obiecto saporifero species per hoc mediū vsq̄ ad organū multiplicant̄: spiritus gustatiuus per dictum neruū descendens/in occursu specierum imutat̄: fitq̄ gustatio ꝯfusa. regresso aūt spiritu/anima excitat̄: et cernens ipsum immutatum/ad obiectū vnde multiplicant̄ species se ꝯuertit/ipsumq̄ dijudicat. Dis. Unde aūt febricitans dulce/amarū iudicat? Magi. Ex eo: quia pori lingue eius impleti sunt crudis et amaris fumositatibus a stomacho ascendentib⁹ p quas dū species saporis multiplicant̄/amaritudinē ꝯtrahūt: sicut spēs luminis transeūtes vitrū coloratū tingunt̄: aut q2 int⁹ existēs forti⁹ mouet

Organum gustus

Gustandi modus

Cur febricitāti omnia sunt amara

Tactus qui omni aīali necessarius est definitur: obiectū organū et medium tactus enumerantur: ꝛ quare obiecta sensuum contraria amplectātur aperitur. Hinc visio corporalis et intellectualis beatorum iucundissima ostētatur. Et hō melioris tactus esse ꝓbatur: insuper quomodo tactus plures sensus et organum habere circa cor exponitur. Capitulum XX Magister.

Nostremo loco sensuū/Tactum collocauimus: q̄ omni animali ita necessarius est: vt sine eo/similiter et gustu (qui q̄dam tactus est) nequaq̄ viuere possit. p ipsum nāq̄ vite ꝯtraria fugit: et amica ꝓsequit̄. Est enim tactus potentia sensitiue aīe/appħensiua qualitatis tangibilis: in neruo expanso ad instar retis p totū corpus mediante carne. Hic neruus/quem et organum tactus dicimus: a cerebro oritur: per ceruicem ad medullam spine dorsi deducit̄: et per illam que continēt in ossibus/quibus spina dorsi contungit̄/inde tenuissimis quasi riuulis per cuncta se membra diffundit. Discipulus. Cum hic neruus organū tactus sit: carnem ipsum cooperientem mediū tangendi: qualitatē vero tangibilem obiectū tactus intelligo. Magister. Optime. Nec ista dilucidatione egent: nisi forte/ vt p qualitatem tangibilem intelligas/ commune quoddam ad calidum/ frigidum/ humidum et siccum: ad quas qualitates secunde reducuntur. de quibus libro nono cum de transmutationibus elementorum ageretur/dictum est si meministi. Discipulus Memini. Sed vnde est q̄ non modo tactus/verumetiam omnium sensuum obiecta contraria complectuntur. Magister. Ex eo: quia sensitiue cognitio debilis est: nec sine contrarietate differentias sensibiliū facile apprehenderet. sagax igitur natura obiectis ꝯtrarietatē indidit. Opposita enim iuxta se posita magis elucescunt. hinc et ipsorum ea

Tactus

Contrariorũ sensatio

dem est disciplina. Ueruntamen hec contrarietas in obiectis ita ad sensum moderata est quadam harmonica proportione/ vt excellens sensum corrũpat: disconueniens dolorem causet: delectationem vero debite proportionatum ingerat: et quidem tanto maiorẽ/ quãto quod sentit plus de natura obiecti participat. viuere enim sensitiue est sentire: et obiecto suo refici. Unde si visibile esset quod lucis/ luminis/ et oĩm colorũ naturas includeret: id delectabilissimã visui proportionato sensationẽ prestaret: Pariformiter et de alijs sensibus dicendum arbitror. Qualis igitur istec erit visio quo oculus beati perfectissime dispositus intuebitur humanitatẽ christi: oĩm visibiliũ pulchritudines complectentẽ Qualis denique visio/ oculi intellectualis intuentis intimus diuinitatẽ: nõ modo visibiliũ/ sed et oĩm sensibilium et intelligibiliũ exemplar perfectissimũ? Di.

1. Cor. 2. Qualis sit nescio: sed mirũ in modũ gaudiosam ex his facile coniecto. Ma.

Esaie. 64. Sane dicis: qualis sit nescio. Nam nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit/ que preparauit deus diligentibus se. testatur ille qui raptus in tertiũ celum vidit: et arcana audiuit que nec loqui licet. Sed vnde digressi sum⁹ reuertamur. Sicut enim sensibilia nõ eq̃ rationẽ obiecti participant: sic nec in omnibus aĩalibus (vt premissum est) sensus eque viget. Nam linx visu/ aper auditu/ vultur olfactu/ simea gustu/ aranea vero tactu preualere perhibentur. Hominem aũt temperatissime complexionis/ et ideo ad equalitatem magis accedentẽ/ hinc et subtiliores tangibiliũ differentias sentientem asseuerant: et in ipso per tactus diuersitatẽ ingenij discrimen dijudicãt. Molles enim carne/ aptos mente autumant: ceteris concinentibus. de quib⁹ physionomia tractat. Dis. Gratissima hec fuere. Sol aũt occiduas mersus in vndas/ tractatũ de sensibus claudere iubet. Ueruntamen in modo tangendi si quid speciale est paucis edicas. Mag. Nihil: nisi fortasse q̃ organũ qualitatiuis dispositionibus informatur: quibus diuersis obiecti differentijs proportionatur. Hinc et Aristoteles hunc sensum plures astruit. In libro quoque

Aristoteles

de sensu et sensato organum eius/ similiter et gustus circa cor ordinauit: ideo forsitan/ quia sensus sunt alimenti: quod post digestionem completã formam vi caloris in corde orientis accipit. Nos aũt eos secundum q̃ obiecta discernere habent prosecuti sumus. Uale. Discipulus. Et tu semper bene valeto.

De natura: numero: et organis sensuũ interiorum in genere. Capi. XXI.

Dis. Salue preceptor colendissime. Magister. Et tibi salus fili. Quid sibi vult quam vultus ostentat leticia? Discipulus. Audies. Que hesterno vesperi de sensuum naturis disseruimus/ dormiens recolui et intellexi luculenter. mirari aũt haud sufficio: dormitantẽ que vigilans agit posse recolere. Magister. Postq̃ sensuum interiorũ quemadmodum et exteriorum naturas agnoueris/ finem accipiet istec tua admiratio. Discipulus. Censen istoc die singulos dilucidari posse? Magister. Etiam: perpauca enim habeo que de his in mediũ ferre conor. Est aũt (ne diuti⁹ inhiantẽ aĩm tuũ morer) potentia sensitiua interior: q̃ sensibilia in eorundẽ absentia apprehendit. Nã vt p̃missum est: sensibilia per species et idola propria sentiunt. Hec aũt a sensibus exterioribus recepta/ per neruos organorum ad cerebrũ vsque descẽdunt: vbi cũ sensibus interioribus etiã remotis sensibilib⁹ sensatiões causant

De potentijs anime sensitiue



Sensus interiores

Et vt enucleatius que volo intelligas/sensuum interiorũ et numerũ et organorum discrimina premittam: Dis. Optime. Mag. Sensus interiores numero quinq; sunt: videlicet. Sensus cõis: Imaginatiua: Estimatiua: Phãtasia/ que etiã imaginatiua dici solet: et Memoratiua. Horũ organa in substantia cerebri subtilissimis secernunt pelliculis. que primũ totum cerebrũ tribus distinguunt ventriculis: quoꝝ anterior et medius (qm̃ maiores sunt) rursus bipertiuntur. Prima portio ventriculi anterioris/organũ est sensus cõmunis Secunda imaginatiue. Prima aũt ventriculi medij attribuit estimatiue. secunda phantasie. Posterior vero ventriculus totus memoratiue deputatur. Hec de organo dicta sufficiant: operationes percurramus eodem ordine.

De operationibus sensuum trium primorum qualiter estimatiua intentiones elicit: et q̄ in homine cogitatiua siue ratio particularis dicitur. Capitulum XXII.

Sensus communis opus

Discipulus

Operationes sensus cõis que sunt? Mag. Tres sunt. Primo enim cognoscit sensationes et sensibilia oĩm sensuum exteriorũ / etiã non presentibus obiectis. ideo cõis dr. Secũdo conuenientias et differentias inter obiecta ꝛ sensum discernit. cum eñ primo obiectũ vnius cognoscit: secundo obiectũ alterius apprehẽdit: tertio actũ format continentẽ virtualiter notitias amborũ obiectorum: in quo et ipsorũ conuenientias et differentias ponit. vt album est dulce. sonus non est frigidus ꝛc. Tertio absentias obiectorũ dijudicat. vt q̄ visus nõ videt auditus nõ audit. sic de tenebra/silentio ceterisq; obiectoꝝ priuationibus iudicat. Dis. Hic ne is sensus est: a cuius organi centro/nerui ad organa exterorũ protenduntur? Magi. Is est. vñ et per hosce neruos omniũ visibilium species recipit: et quidem facile/propter organi humiditatẽ et calorem. diutius aũt retinere nõ põt. quapropter facta sensatione eas per neruorum meatus/imaginatiue transmittit. cuius operatio est receptas species et imaginationes reseruare: vnde et nomen accepit. Hinc organũ huius siccius et frigidius esse describit. Ne aũt que sequunt potentie ociose permaneãt/species ab imaginatiua ad estimatiuã transeunt: ex quibus hec potentia intentiones nõ sensatas eliciat. quemadmodum ouis ex speciebus lupi/colore scilicet figura et alijs inimicitiã non sensatam eliciens ipsum fugit. ẽm Auicennã sexto naturalium. et hoc vel naturali instinctu: si forte prius fraudem lupi experta non sit. vel experimento. vt asinus fouee qua nuper periclitatus est appropinquans casum timet et declinat. vel ratione coniuncti: vt cerusa purpuree estimamus dulcia. Di. Intentiões que res sunt? Magister. Species sunt sensationũ: ideo sensibilium speciebus multo simpliciores/ꝛ a sensibus exterioribus imperceptibiles: propter organorũ indispositionem. huic autem potentie sunt ꝓportionate: quã si ratio decorauerit: vt in hominibus: iam non estimatiuam/ sed cogitatiuam appellare solemus siue rationem perticularem.

Imaginatiue opus

Estimatiue opus. Auicenna

Intentiones quid sint.

De opationibus phantasie diuersis in homine et bruto: et an in vigilantibus phantasia operetur Capi. XXIII. Disci.

Phantastice potẽtie opatio q̃ est? Ma. Ex specieb⁹ p̃memoratis cũ ad organũ ipsius puenerint/diuersas imagines cõponit: q̃ a sensu cõi pcipiunt: dũ rursus ad ipsum descenderint. Cũ vero hec potentia in hoie ratione decorat: ideo nõ necessario eodem mõ opat. nonnunq̃ enĩ ex cõpositiõe specierũ intentionũ diuersarũ monstra fingit: quorũ nec aliqs similia vidit. In brutis aũt instinctu nature regit: qui in oib⁹ eiusdem speciei similis est: ideo in talibus phantasie opa non variant. simili eq̃dem ingenio oĩs hirundo nidum/et aranea telam texit. Huius potentie opera etsi vigilãtibus nõ desint/raro tñ ab ipsis pcipiunt: pter fortiores motus exteriorũ. Dormientes aũt quorũ sensus exteriores vacant frequentius hec sentiunt: et somnia appellant: quia in somno appareant.

Somnij et vigilie descriptiones ponũtur et cause eorundem varie declarãtur. hinc omi animali necessaria esse concluditur. Capitulum XXIIII Magi.

In huius dilucidatione parũp ab instituto tramite digredi fortasse nõ oĩno erit inutile. Dis. Immo pnecessariũ. nã fere q̃rtã ptẽ vite aut amplius inerti somno trãsigo: et vnde in me pueniat nõdũ plene ĩtelligo. Mag. Somnũ quidam phõrũ impotentiã sentiendi et mouẽdi definiunt. Ea dem q̃ppe via est spũs mouentis et sensitiui. Vigiliã ecõtrario potentiã sentiendi et mouendi describũt. Alij somnũ ligamentũ sensuũ: vigiliã aũt solutionẽ eorundem aiunt. In somno eq̃dem sensus exteriores ligati ab opib⁹ cessant: sil'r et sensus cõis in ea opatiõe qua respicit sensus exteriores. In vigilia aũt q̃ finis est somni ligati/sensus rursus soluunt. et ad solita pcedũt opa Dis. Hec ita se habere in meipso experior: sʒ vinculum hoc quale sit/ aut vnde pueniat edicito. Magi. Dũ nutrimentũ digerit/ab ipso euaporationes grosse cerebrũ petunt: a cuius frigore in aquã resolute/ob grauitatem descendunt: et cũ ceteris vaporibus similiter a frigiditate reuerberatis/ meat⁹ spirituũ ad sensus exteriores opilant. et ne egredi possint in occursum specierũ sensibiliũ cohibent. Vñ q̃uis dormitãtis aures sonorũ species penetrẽt: et ad organũ vsq̃ perueniant/auditionẽ tñ facere nequeunt: eo q̃ spũs audibilis per opilatos neruos egredi non possit. completa aũt digestione separat sanguis: cuius pars purior supiora ascendit/grossior vero interiora nutrit. Similiter et calor q̃ fuerat circa digestiuã agregatus/et ab exterioribus ad interiora collectus rursus diffundit: meatus spirituũ penetrat: et residuum vaporum consumens spiritibus viam apertt. Hinc Algazel somnũ definiẽs ait: est attractio spiritus ab exterioribus ad interiora. Sic somni causa effectiua/ est caloris et spirituũ in organis sensuũ absentia: et causa vigilie eorundem presentia. Sed causa absentie taliũ multiplex est. scʒ euaporatio nutrimenti: labor: egritudo: etas prima. id est infantia: studij attentio: cura et pauor.

Somnus
Vigilia.
Cause somni
Algazel
Somnus alit
Causantia somnum

Discipulus. Sane. Nam in omnibus his reperire est quod aut neruus opilet/aut calorem minuat. Sed cum omne animal necesse habeat nutriri quoad vixerit/nullum somni expers esse potest. Mag. Optime. tamen in quibusdam vix est momenti aut more perceptibilis.

De somno quid sit: et qualiter a sensu communi cognoscitur: et quod aliqui in somno loquuntur: et ambulant: et nisi excitati non cadunt: quare etiam eorum que gesserunt non recordantur. Capitulum. XXV.

Somnium

Dis. Nunc demum quid sit somniũ describas. Mag. Somniũ (vt aiũt) est apparitio vel apprehensio phantasmatũ facta in dormiendo. Phantasmata aũt imagines et rerum simulacra dicimus: q̃ potẽtia phantastica ex specieb⁹ diuersis fabricat: hec eñ in spũ lucido et claro q̃si in speculo resplendent: vel sicut figura in aqua. Vñ sicut turbata aqua figure indistincte in ea relucent: sic turbatis spiritibus indistincta somnia habem⁹: quorũ vix aut raro recordamur. vt sunt somnia in primo somno/ cũ grossa fumositas ex prima digestione cibi ascendit. Deferunt aũt ad sensum cõem: a q̃ apphensa ad organũ phantasie: nõnunq̃ ad cellam memorie reuocunt. multorũ namq̧ somniorum reminiscimur. Rursus si sensus cõis sup p̃sentata simulacra conuersus fuerit: vt sunt q̃ causant a sensibilibus proprijs: dormiens se videre/audire/bibere/loqui/aut similia agere somniat. Interdum etiã dormiẽtes nõ modo huiuscemodi somniant: sed ad instar vigilantiũ exercent. Sunt eñ qui ambulant/loquunt et silia operant. Dis. Causam huius si potes afferas. Mag. Alberthus naturaliũ indagator studiosissim⁹ causam in his duplicẽ inuenit. videlicet phantasmatis impressionẽ fortem: et solutionẽ sensus a calore accidentali. qui cũ sangnine cholerico ad caput eleuatus/p organa virtutis aĩalis descendens/sensus quosdã et maxime remotos soluit: silr et virtutẽ motiuã ad motum progressiuũ excitat. Adde ꝯsuetudinẽ. Dis. Cur aũt per abrupta ascandentes minime cadunt: mox aũt excitati nonnunq̃ precipites ruunt? Mag. Casus his q̃ per abrupta ascendunt/tũc maxime euenire solet cũ pericula attẽdentes/formidare ceperint. eo eñ virtutes ab exterioribus ad cor formidulosum se colligunt: et lacertos neruos et musculos motiue organa destituunt. dormientes igit in talibus securiores sunt: vbi excitati sepius cadunt. Dis. Sed vnde est q̃ eorum q̃ dormientes gesserũt/euigilantes recordari nõ p̃nt? Mag. Recordatio vti in sequẽtibus patebit/ nt p species eorum q̃ sensimus in memorie arca reseruatas. cũ aũt actus illorum fiãt a sensibus accidẽtaliter solut⁹/spẽb⁹ ad memoriã liber nõ ptz introit⁹: q̃ aũt ĩ ipsis actib⁹ excitant/facili⁹ saltẽ in semiplenã memoriã eorũdẽ deuenire p̃nt

De noctiuagis Alberthus magnus

De varijs somniorũ causis naturalibus et ab anima et a corpe somniãtis prouenientibus Capitulum. XXXVI.

Disci. Optis plane assentio. Sed si q̃d cause subest/cur nõnunq̃ que videmus somnia vana sunt: interdũ nobis vigilãtibus euenisse cogno-

scimus/edicito. Magi. Somnijs somniorumque euētibus causas subesse certū: sed easdē pilucidare pdifficile. Disci. Libeat saltē ab his que presto sunt cō memorare. Magi. Somniorum quasdā causas naturalis pbia reliquas sacra eloquia manifestant. quas oēs diuus papa Gregorius in. 8. moraliū libro ad sex genera reduxit. Aliqñ nāque ait somnia ventris plenitudine. vel inanitate aliqñ illusione: aliqñ cogitatione simul et illusione: aliqñ reuelatiōe: aliqñ aūt cogitatione et reuelatione generant. Prima duo genera ex naturalibus nota relinquit. sequētia testimonijs scripturarū cōfirmat. Omniū equidē somnio- rū causa si rem ipsam attētius cōsyderemus: vel intrinseca est/ vel extranea. Intraneā dicimus corpus vel animā somniātis. Sepius eñ que vigilantis mens cogitauerit sollicitus/ sopitis sensibus recogitat: et qđ optat speratque vi gilans/ in somnijs videre solet. Hinc Aristoteles in ethicis: somnia studioso rum laudabilia asserit. et Vergilius: Amātes sibi somnia fingunt. Hinc et de amicis nostris de quib9 magis solliciti sumus/ multa per somnia puidemus. Interdū etiā trāquilla dormiētis aīa cupite dubietatis solutionem inuenit. Corpis etiā diuersa habitudo varias somniorum causas administrat. Hinc me lancholici res obscenas formas horribiles et teterrimas demonū species nō- nunquam vidisse se attestant: maxime aūt dum hic humor p medicinas aliquas aut balnea motus fuerit. Sic cholerici de igne/ bellis/ cede hominū et similia somniāt. Phlegmatici se in aquis vel niue consistere: aut etiā mel comedere si modo phlegma dulce ad palatū lingue distillauerit. Ex sanguinis aūt abū dantia incubos somniamus: quos physici appoplexie future nuncios dicunt: ideoque his a carnibus ouis/ vino et ceteris que multū sanginē generant/ absti- nendū esse psuadēt. Quādoque necessitas vires naturales exequi corporis sui curas coartat. Ideo famelicus comedit: sitibūdus fontib9 labra admouēs sa- tiari nequit. Nōnunquam ad mēbrorum passiones cōformes imagines formant: sic pueri dum vrinā emittūt/ se in horto vel ameno loco vigilātes hec opari exi- stimant. Sic et interdū dū natura seminalia vasa alleuiare studet/ pruriginē quā semen in mēbris efficit in descensu/ deformitas quedā nefarij amplexus/ aut osculi comitat. Aug9. vero. x. confessionū lib. asserit tantū honestatis ha bitū hominē posse acquirere: vt virtute ipsius dissipabunt phantasie male/ q̄ per somnia ingerunt dormiēti. Disci. Hinc fortasse est vt nōnunquam illicitis in somnis repugnare nitimur. Magister. Etiā fili. Rursus cause intranee ab extraneis sepe mouent. Corpus quidē ab influxu celorum/ et circūstantiū ele mentorū cōtactu: et aīa a deo vel angelo. Fieri eñ pōt vt quas influentia ce- lestis materie elemētari plantis aut metallis imprimit formas: easdē causet et in phantasie organo: sic et elementorum qualitates quas circūdant/ maxime aūt nudati capitis partes consimilr afficiūt. Nōnulli etiam natali constella tioni nō infimū locū in causandis somnijs concedūt. Hinc interrogati astro- logi per duodecim domorū et planetarū habitudines/ quod quisque somniādo viderit/ edicere conant: vt patet in libro Hali Abenragel de iudicijs stellarū eo loco quo interrogationes pertractat: sed illos libro. 7. a vera philosophia explodendos cognouimus. Ad somniorū extraneam spiritualem causam ac- cedamus: quam Simonides solam somnijs assignauit/ dicens: Somnia sunt solius dei immissiones: quod si verum esset/ bruta non frequenter somniarēt.

Cause som- niorum

Aristo. 2. eth. Vergilius in bucco.

Augustinus

Hali

Simonides

Quomodo deus et angeli boni et mali iu-

bente aut permanente deo varia immittunt somnia. Capitulum XXVII Disci.

Numeri.12. Hunc paulo ante deum ꝛ angelum dicebas. Magi. Nec ab re. Deū
nāqꝫ per somnia loqui scriptura testat̄. Per somniū inquit loquar ad
illū. Disci. De angelo autē quale testimoniū affers? Magister.
Matth.2. De angelo bono est id qđ Mattheus euāgelista angelū in somnis apparuis-
se ac monuisse ioseph: pmo ne timeret accipe Mariā coniugē suā. secūdo: vt
cū puero ꝛ matre eius fugeret in egyptū. Similiter de angelo indicanti Da-
nieli ꝛ Joanni euangeliste que vētura essent nouissimis diebus. Et vt sancto
Thomas Thome placet: dum angelus bonus imaginariā visionē causat / siue in vigilā-
te siue in dormiēte / nullā formā imprimit: que prius per sensum saltē aliquo
modo suscepta nō sit. nō eīn facit cecū imaginari colores: sed spūs humoresqꝫ
formis pacceptis informatos mouet ad eam quā pretēdit imaginationē. Et
rursus quandoqꝫ intellectū illuminat: vt quid visio pdicat intelligere possit.
Gen.12.a patet de Joāne euāgelista ꝛ Daniele. Interdū imaginationē sine intelligētia
fabricat: sicut in pharaone / cū vidit septē vaccas ꝛ spicas. Interdū sōnia ꝛ eo
Judicū.7. rundē intelligētia etiā malis immitunt: patet de somnio qđ audiuit Gedeon
Phythonarū somnia. a madianitis: de quo Judicū.7. Multotiēs quoqꝫ deo pmittente angeli mali
mentibus hominū per somnia illudunt: vt testat̄ c. episcopi. 26. q. 5. de scele-
ratis mulieribus que demonū illusionibus ꝛ phantasmatibꝰ seducte credūt
se ꝛ pfitentur cū diana nocturnis horis dea: vel cū herodiade (que caput san
cti Joannis baptiste ab herode adultero expetijt) vel cū innumera multitudi
ne mulierū equitare sup quasdam bestias / ꝛ multa terrarū spacia intēpeste
noctis silentio ptransire ꝛc̄. de quibus li. 7. latius dissertū est: quare aūt deus
talia pmittat / in fine libri. 8. ex sentētia Augustini expositū esse memini. De
Job.3.c talibus illusionibus beatus Job conquerit̄ dicens: Terrebis me per somnia:
ꝛ per visiones horrore cōcuties.

Si ꝛ que somnia euentuum futurorum si gna causaue existant: insuper qualiter somnio rum obseruantia vana sit ꝛ deo odiosa. Ca pitulum XXVIII Discipulus.

Sufficienter pro epitomatis angustia somniorum causas explanasti:
nunc qđ volebā / a quibus futuros euentus expectare possumus edi
Aristoteles cito. Magi. Diuinationē somniorꝫ inquit Aristoteles. 2. li. .. vigi
Somniorū genera. lia ꝛ somno / nec est contemnere idoneū: nec omnino suadere. Somniorꝫ enim
quedā signa sunt euētuū: quedā causa: quedā nec signū nec causa. Signa sunt
ea que a corpis cōplexione ꝛ habitudine accidūt: que etiā medici nō negligē-
da autumāt: vt in causas egritudinū facilius deuenire possint. Signa itē dici
pnt / que a reuelatione dei / vel angelorꝫ bonorꝫ fiunt. Alia quedā causa sunt et
occasio euētuū. Vn̄ cū q̄dā somniasset se mordert a leone marmoreo / ex his q̄
in templorū vestibulis cerni solent: die postero cum templi fores preteriret /
ꝯspectu leone dicebāt. En nocturnus hostis meus ꝛ imissa manu in os ipsius
a scorpione delitescēte inibi letaliter lesus est. His proxima sunt somnia casu
alia: q̄bꝰ extātibꝰ nōnunq̄ euētus illorū eueniūt Hec duo postrema somniorꝫ ge

nera ita vanitate maloꝝ spirituũ illusiõe circũuallata sũt: vt somniãtib⁹ pestifera/ꝛ creatori odiosissima ex sacris lr̃is palã sit. Vñ in Leuitico legim⁹: Nõ auguriabimini: nec obseruabitis sõnia. Et in Deute. Propheta aũt ille aut fictor somniorũ interficiet. Et rursus: Nec inueniatur in te qui hariolos sciscitetur/aut obseruet somnia. In Ecclesiastico autem: Somnia extollunt imprudentes. Et infra. Ne dederis in illis cor tuũ. Et Ecclesiastes: Ubi plura sunt somnia: ibi plures vanitates. Quãta autem pericula euenerint obseruãtibus somnia: hic cõmemorare nec locus/nec tempus admittunt

Leuiti. 19.
Deute. 13.
Ibidem. 18.
Ecci. 34.
Eccle. 5.

De Memoria ꝛ reminiscentia ꝛ quorum aut qualiter recordari possimus: de clausura memoratiue ꝛ qualitatiua eius dispositione. Capitulum XXIX Magister.

Uides fili dum calamo in somniorum campo habenas laxamus instituti callem reliquimus. Discipulus. Quid mirum si somniantium more oberrauit calamus/qui somnia describere aggressus est: cum (vt inquit diuus Ambrosius in hexameron) natura quadam fieri possit: vt hi qui aliquid intuẽtur/vel dicendo exprimere volunt: eorum qualitatẽ que vel intuentur vel loquũtur assumant. Correptis igitur loris ipsum ad semitam reducito: vt quod reliquum est memorie officium velocius percurrat.

Ambrosius

Magister. Memorie est species ꝛ intensiones ab antefatis potentijs acceptas reseruare: donec rursus operandum sit. Discipulus. Num id imaginatiue attributum est? Magister. Etiam: sed non eo modo quo memorie. Hec equidem solas species a sensu cõmuni receptas sine temporis differentia custodit. Memoria vero ꝛ has/ꝛ intensiones ab estimatiua elicitas/insuper et phantasie imagines cum differentia temporis preteriti in quo sentiebantur reseruat. Accidit autem vt eas vel totas amittat vel remissas ordine tamen confuso retineat. Quas totas amittimus/ita obliuiscuntur vt nec dum volumus earum recordari possimus. Hinc Aurelius libro 14. de trinitate ca. 12. Quod autẽ quisq͡ȝ penitus obliuiscitur: nec cõmoneri eius vtiq͡ȝ potest. Quarum autem reliquias tenemus/reminiscentia esse poterit. Discipulus. Reminiscentiã quid dicis? Magister. Aristoteles eam dicit resumptionem memorie alicuius non totaliter obliti: per diuersum ratiosignatiuum ex memoratis ad inueniendum partialiter oblitum. Hinc Augustinus: Uoluntas reminiscendi esse non potest: nisi vel totum/vel aliquid rei eius quam reminisci volumus in penetralibus memorie teneamus. Nec nempe adiutorio phantasmatis sumpti aut a simili: aut a cõtrario: aut a loco aut a tẽpore ꝛ sic de alijs potentiam cognitiuam mouent ad apprehendẽdum partialiter oblitũ: talib⁹ equidem memoriam plurimum posse iuuari compertum est. Nõnunq͡ȝ etiam saluis speciebus tardius quod volumus recordamur. Organum enim memoratiue partiuncula cerebri: vermiculo simili clauditur: spiritus igitur in quibus deferunt species nec introeunt nec exeũt: nisi hostiolũ tale apiat. vñ quidã caput inclinãt aut eleuãt dũ oblitũ querũt. Disci. Manifesta sunt hec Sed dic queso vnde hec memoratiue accidat diuersitas? Magi. Ex disproportione qualitatum ꝛ nimia frigiditate ꝛ humiditate. Unde calidi ꝛ humidi faciles sunt recipere; sed non diutius seruare. Rursus autem sicci et frigidi

Opus memoratiue.

Augustinus

Aristoteles
Reminiscẽtia
Aug⁹. lib. 11.

Memorie diuersitas.



tarde est recipere/ ⁊ firmius retinere. Juuenes autem ⁊ senes male memorie sunt: ꝓpter nimium ⁊ augmenti ⁊ decrementi motum in ipsis: sicut eñ recordatio exigit motus agilis: sic memoria animũ quietũ. Hec ⁊ alia memoriam naturalem concernentia in speciali tractatu: de artificiali autem in fine rhetorices disseruimus. Discipulus. Memini.

De Potentia motiua: imperatiua ⁊ prosecutiua: de concupiscibili ⁊ irascibili: a quibus oriũtur quatuor animi passiones. Capitulũ XXX Magister.

HActenus apprehensiue naturã explicauimus: nunc ordo pmissoꝝ expostulat vt ⁊ motiuã pcurramus. Disci. Probe. Magister. Hanc bifarie partitã manifestũ est Quedã nãqꝫ appetit ⁊ imperat: altera imperiũ progrediẽdo ꝓsequit: necesse eñ est omni animali pfecto vt qđ per apprehẽsiuã agnouit: per appetitiuã appetat cõueniens: aut respuat ꝯtrariũ. per progressiuam autem qđ appetebat prosequatur: ⁊ fugiat qđ respuebat.

Potentia appetitiua siue sensualitas

Disci. Est igit appetitiua potẽtia qua aĩal inclinat ad ꝓsecutionẽ vel fugã eius qđ cognoscit? Magi. Scite definis appetitiuã: quã ⁊ sensualitatẽ ⁊ appetitũ animalẽ dicũt. Huic rursus subsunt: cõcupiscibilis ⁊ irascibilis. Disci.

Cõcupiscibil.

Concupiscibilis que est? Magi. Que tendit in bonũ verũ vel apparens: maxime aũt delectabile. Disci. Irascibilis que est? Magi. Que cõtra malũ insurgit: ⁊ fert in bonũ arduũ vtile vel honestũ: etiã si dectabile nõ sit: vt potio amara vt cõiter phi autumãt. Nõ desũt aũt q̃ volũt/ ꝙ ꝯcupiscibilis respiciat p se bonũ vel malũ fugiendũ vel ꝓsequendũ: at ꝟo irascibilis impedimentum ꝓsecutionis mali ⁊ fuge boni attendat: qđ magis ꝓbabile videt. Imperat igit cõcupiscibilis moueri ad ea que vident bona ⁊ necessaria. Irascibilis autẽ mandat fugã eorũ que sunt contraria ⁊ nociua. Illa quietat per coniunctionẽ boni optati: hec pturbat p eius ablationẽ ⁊ presentiã cõtrarij: Unde ⁊ ab his affectiones animi oriũtur/ que sunt gaudiũ ⁊ spes: a ꝯcupiscibili dolor ⁊ timor ab irascibili. Has poeta iuxta platonicoꝝ sententiã tanꝙ origines vitiorũ accidere aĩe ex corporis societate phibet. dum inquit: Igneus est ollis vigor ⁊ celestis origo seminibus: quãtũ nõ noxia corpa tardant. Terreniqꝫ hebetant artus/ moribũdaqꝫ mẽbra. Hinc metuũt cupiũtqꝫ dolentqꝫ nec auras suspiciũt. clause tenebris ⁊ carcere ceco. Sed nõ omnia vitia aĩe ex carnis corrupte societate accidere/ diu⁹ Aureli⁹ de ci. dei li. 14. ca. 3. manifestat. Qualr autẽ he affectiones vitiorũ scaturigines existant/ in moralibus apparebit.

Irascibilis

Affectiones animi

Vergilius. 9. eneidos.

Augustinus

Organũ concupiscibilis et irascibilis.

Disci. Institutũ igitur ꝓsequere: ⁊ organa dictarũ potentiarum explicato. Magister. Organũ concupiscilis ⁊ irascibilis circa cor/ vel ipm cor esse autumãt: eo ꝙ cor in actibus earũ ⁊ dilatatur ⁊ constringit: ⁊ sanguis ab exterioribus ad cor vel a corde ad exteriora remittit. Hinc timidi pallent: ⁊ irati excandescunt: in his nempe animalis spũs ad vite fontem vt securior sit retrocedit: in illis anima pro patulo videri desyderat/ ne videatur formidolosa: et in vltionem se extendit.

De triplici virtute motiua naturali: vitali: ⁊ animali: de pia ⁊ dura matre cerebri. Unde

nerui sensuū ⁊ motuū īstrumēta oriunt᷑. quō motus. q̄ trahētia: reptilia: gressibilia: natatilia: ⁊ q̄ res potentia motiua organica ⁊ non organica. Capitulū XXXI Disci.

Consequenter motiuā que imperatū ꝓsequitur paucis ↄstringito. Magister. Motiua trifarie scindit᷑. Est enim quedā naturalis quedam vitalis: ⁊ quedā animalis. Naturalis in epate precipue ex nutrimento sanguinem operatur: quem per venas ab epate ortas ad singula corporis mēbra trāsmittit: vt inde nutriant᷑ ⁊ crescant. Huius naturam in prioribus cū de vegetatiue potētijs dissertū est/ enodauimus. Vitalis operatur in corde: cuius feruorē motibus dilatationis ⁊ constrictionis/ per aeris inspirationē ⁊ expirationē temperat. Et in sanguine ꝑ arterias a corde ortas/ ad singula mēbra exiens/ omnib⁹ vitā largit᷑. Attrahit autē cor aerem a pulmone: ⁊ pulsantes vene (quas arterias dicimus) cordi proxime a corde aera trahunt: que aūt cuti coniuncte vident᷑/ ab extrinseco per poros refrigerant᷑. Inter has medie a venis nō pulsantibus sanguinē subtiliorē accipiūt.

Motus naturalis
Vitalis
Arterie

Discipulus. Vitalis itaq; quā impulsatiuā nominas his solū animatis necessaria est que pulmonē habent? Magister. Optime. Pulmo etem̄ caro est spongiosa: vt follis aera recipiens. In plantis autē motus omnes vis naturalis operat᷑. Simil'r ⁊ in animalibus impfectis: vt sunt conche ⁊ ostree: modo tñ ꝑfectiore q̄ in plantis. Animalis in cerebro est: a quo per neruos inde exeuntes sensibus vigorē/ ⁊ reliquis mēbris motū influit. Unde cerebrū qđ sub craneo locatur/ duabus pelliculis inuoluit᷑: quarū exterior craneo proxima solidior est: ⁊ dura mater dicit᷑. Interior autē que ⁊ tenerior est: pia mater appellatur. A prima oriunt᷑ nerui qui sunt instrumēta motus volūtarij: ⁊ ad capitis puppim ꝓtendunt᷑. A secūda aūt nerui ꝓcedunt: qui ꝑ capitis proram ad singula sensuū organa descendūt: de q̄bus supra. Nerui vō dure matris ꝑ corpus aīalis ramificant᷑: ⁊ in musculis ⁊ lacertis confluunt: per quos motiua vis dilapsa/ animal mouet: eo quo sequit᷑ ordine. Nam obiectū ab apprehensiua cognitū per appetitiuā appetit᷑/ aut respuit᷑. Hec motiue vigenti in neruis/ musculis/ ⁊ lacertis imperat: vt ad ꝓsequēdū desyderatū/ aut fugiendū cōtrariū corpus moueat: que dicto citius obtēperās: ligamēta mēbroꝝ ↄtrahens ⁊ relaxans: primū quidem ꝓpinquiora mouet: ⁊ hec rursus alia/ donec obiectum vel prosequendo obtineant: vel fugiendo abijciant.

Animalis
cerebrum.

Discipulus. Ita re manifestum videtur: nam brachium motum/ mouet manum: manus digitum: digitus obiectum contrectat. Magister. Pariformiter de cruribus/ pedibus/ ⁊ alijs sentiendum. Hoc imperium in brutis eo modo accipiendum est/ quo ꝑfectiones supiorum in inferioribus esse possunt. Sortitur aūt motiua in diuersis diuersa nomina. Nam que dilatationis ⁊ ↄstrictionis motu operat᷑: cōtractiua dicit᷑: vt in vermibus/ conchis ⁊ ostreis. Que autē de loco ad locū mouet/ ꝓgressiua appellat᷑: ⁊ hec rursus in organis diuerse enunciatur. Quedam enim pedibus gradiūtur: ⁊ sunt gressibilia: vt homo equus Quedam alis feruntur: ⁊ sunt volatilia: vt aues. quibus tamen sagax natura pedum vsum/ propter alimenta que in terris venantur non negauit: que in superfluis non abundat/ nec in necessarijs deficit. Quedam costis trahuntur et

Motiua contractiua.
Progressiua.
Gressibilis
Volatilis

Reptilia. Natatilia Operatiua Affectionum indicatiua.

ventre reptant: ⁊ sunt reptilia: vt serpentes. Quedam pennulis aguntur natando: ⁊ sunt natatilia: quorum generationes in superioribus exposuimus. Rursus que in manibus/rostris alijs sue mēbris ad operationem adaptatur/ operatiua dici solet. Que pulmonē ⁊ vocalē arteriā vna cum lingua ad formationē vocis mouet/vocatiue/⁊ affectionū indicatiua dici pōt. Disci. Apte singula discussa videnꝰ: sed nondū que res sit motiua ꝑspicuū est. Magi.

Uis motiua.

Motiua vis substantia quedā est a corde originata: formā accipiens in membris diuersis ad distincta opera. Unde ad operationē nutrimēti formā accipit in epate: ad operationē vite in corde: ad opus vero sensus ⁊ motus formā accipit in cerebro. Animaꝰ autē hec substantia quā ⁊ spiritū dicimus anima sensitiua (vt visum est capitulo de modo videndi) ⁊ sine sanguine corpore nō iungitur. Spiritus eīm inquit Aurelius in sicco habitare non potest. Preter hanc autē homini inesse aliam motiuā nō organicā: que non partem post partem/sed totū simul moueat: ⁊ eiusdē essentie sit cū intellectiua Scotus astruit hac mouebunꝰ corpora gloriosa. Discipulus. Corpus est igitur motiua organica: spiritus autem ꝓpter ⁊ subtilitatē ⁊ agilitatē appellata: non organica autem cuius vltimo mentionē facis: non corpus/sed ipsa anima intellectiua censetur. Magister. Diserte dicta resumis. Discipulus. Restat igitur vt intellectiue conditiones edoceas. Magister. Id ab alio libro cōmodius ordiemur. Discipulus. Placet.

32. q. 2. ca. Moses. Scotus sen. lib. 4.

Liber XI De nature origine ac imortalitate aīe intellectiue: ⁊ si aīa intellectiua sibi ipsi semꝑ cognita sit: in explicatione tm̄ nature eius multum laborauerunt sapientes.

Capitulum I Magister.

Augustinus

Intellectiua/quā ⁊ mentē dicimus: sola est qua a beluis secernimur ⁊ creatoris imaginē expressius ingerimus. Hec iuxta Aurelij sententiā in decimo/simil'r et. 14. de trini. c. 10. sibi ipsi semper cognita est. Ex quo eīm esse cepit: nunq̄ sui meminisse/ nunq̄ se itelligere/nūq̄ se amare destitit. Nihil eīm tā nouit q̄ id qđ sibi ꝑsto est: nec mēti magis quicq̄ presto est/q̄ ipsa sibi. verūtamē terrenis inuoluta rebus/quas ꝑ sensus haurit nō semꝑ se cogitat. Qui ergo in explicatiōe nature ipsius sudauere arabes/greci/⁊ latini ph̄i: se a terrenis ad sublimiora subleuātes/nō tam certas q̄ diuersas de ipsa ꝓtulere sentētias: quarū nōnullas ab initio libri decimi sub breuitate cōmemorauimus: reliquas consequenter nouem campis distributas/auxiliante deo lustrabimus: ⁊ in his quid et ph̄ice ⁊ catholice de natura anime sentiendū sit/venari tentabimus. Disci. Probe. Primū itaq3 campos enumera: dehinc ipsos suo ordine percurramꝰ. Magister. Primus campus sit definitionis. Secundus diuisionis. Tertius idēptitatis. Quartus vnitatis. Quintus impartibilitatis. Sextus originis. Septimus imortalitatis. Octauus miserie. Nonus felicitatis. Discipulus Nunc primum aggrediamur.

Primus Campus definitionis in quo prin cipaliores anime definitiones enumerantur.

Capitulum II Magiſter.

PRimū campū intrantibus/multiplices anime definitiones occurrunt: e quibus pregnātiores tm̄ dilucidande veniūt. Unde quidam animā in ſuo eſſe notificātes dixere: Anima eſt ſubſtantia ſpiritualis/ſimplex ⁊ indiſſolubilis: inuiſibilis ⁊ incorporea: paſſibilis atq; mutabilis: carens pondere/figura ⁊ colore. Hec definitio ſeipſam enucleat. Anima eīm cum ſubſtantia ſit incorporea/quāta eſſe nequit: ideo nec pondus/figurā/aut colorē aut alias corporeas qualitates recipit. hinc inuiſibilis/id eſt nullo ſenſu corporeo perceptibilis: quia ſubſtantia ſpiritualis: ſimplex autem per abnegationē compoſitionis phyſice ex materia ⁊ forma corporali: ſic etiā indiſſolubilis. reliqua in ſequentibus clariora fient. Rurſus in libro de ſpiritu ⁊ anima dicitur: Anima eſt ſpiritus intellectualis/rationalis/ſemper mouens/ſemper in motu: bone maleq; voluntatis capax. Et Plato in Phedone: Anima numerus eſt ſeipſum mouens: intellectus huius in campo immortalitatis edocēdus eſt: nunc definitiones ꝓſequamur. Diſcipulus. Sane. Magiſter. Qui animā reſpectu corporis cuius forma eſt conſyderant/taliter definiunt. Nam ait Aurelius lib. de quātitate anime. Anima eſt ſubſtantia rōnis particeps/regēdo corpori accomodata. Et Remigius: Anima eſt ſubſtātia incorporea regēs corpus. Ariſto. quoq;: Anima eſt primus actus corꝑis phyſici organici: vitam habentis in potentia. Et rurſus. Anima eſt ꝑncipiū quo viuimus/ſentimus/mouemur ſm locum: ⁊ intelligimus primū. Diſci. Manifeſta ſunt hec ex premiſſis. Magiſter. Auguſtinus animā intelligibilib⁹ cōparans ait: Anima eſt omniū ſilitudo. Omnis quippe cognitio ꝑ viā aſſimilationis eſt/vt partim tractatu p̄cedēti expoſuimus: mens aūt q: oīa intelligit: oībus ſe aſſimilare poſſit neceſſe eſt. Seneca aūt eā in ordine ad finem ꝓpriū definiēs ait: Anima ſpūs eſt intellectualis: ad beatitudinē in ſe/⁊ in corpore ordinatus. qđ in cāpo penultimo ⁊ vltimo manifeſtū fiet. Sed num doctiſſimi Moyſi ſententiam ſilentio p̄teribimus: ex cuius ꝓphetie initio hec anime definitio emergit: Anima eſt deiforme ſpiraculum vite: ait nāq; deus: Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtram: hominem nō quidem exteriorem/qui corrumpit: cinis eſt enim ⁊ in cinerem reuertetur: ſed hominē interiorem qui iuxta apoſtolicam ſententiam/de die in diem renouatur: ⁊ hec eſt anima: ecce deiforme. Sequitur. Formauit igitur deus hominē de limo terre/inſpirauit in faciem eius ſpiraculū (quantū ad ſenſitiuam) vite (quantum ad vegetatiuā) ⁊ factus eſt homo in animam viuentē. Eſt eīm homo interior anima viuēs: vegetatiuā/ſenſitiuā ⁊ intellectiuam complicans: vt in campis ſequentibus patebit. Diſci. Latiſſimus eſt hic campus ⁊ breui ſermone qđ in ſequētibus venari poſſit demonſtrans: ꝓgrediamur igitur celerius: ne qđ neceſſariorum oculos noſtros aufugiat.

Prima definitio anime.

Secūda definitio anime.

Alie definitiones.
Auguſtinus
Remigius
Ariſtoteles
Auguſtinus

Seneca

Moſes.
Geñ. 1. d
Ibidem. 3. d
2. Cor. 4. d
Ibidem. 2. b

Secūdus cāpus diuiſionis in quo primo aīa in intellectu volūtatē ⁊ mēoriā ptit. itellectus in agentē ⁊ paſſibilē diuidit: et opa vtriuſq;

explicātur: nec intellect⁹ nec obiectū solū: sed vtrūq̧ causa intellectiōis ostendit. Et speciē intelligibilē in memoria intellectiua q̄ alia est a sensitiua reseruari ꝓbat. Ca. III Mag.

Potētie aīe intellectiue.

CAmpo definitionū cōtiguus est campus diuisionū: ⁊ tanto quidem latior/quāto lucidius ea que definitiones cōplicant/ in ipo explicantur. In primis itaq̧ maiorū auctoritas aiam in tres potentias distributā tradidit: que sunt intellectus/memoria/⁊ volūtas: Harum naturas paucis edocebimus. Disci. Primū igitur intellectū ꝓsequamur. Magi. Intellectus est aīe potētia qua oīa intelligit. Hic rursus in agentē ⁊ passibilē distribuit: qui nō essentia/sed opatione secernunt. Disci. Opus ergo intellectus agentis qd est? Magi. Quadrupertiū est. Primū quo cum phantasmate in intellectu passibili speciē intelligibilē concausat. Secundū quo cum specie intelligibili actū intelligendi' ꝓducit. Tertiū quo ad habitū dispositionē inducit. Quartū quo habitū pficit. Disci. Intellectus passibilis opa q̄ sunt? Disci. Eadē suut in causalitate receptiua/que ⁊ agentis in causalitate effectiua. Illius em̄ est oīa facere: huius oīa fieri. Agens em̄ facit oīa potētia intelligibilia actu intelligibilia. Passibilis aūt oīm intellectiones in se recipit. Dū speciē intelligibilē ab agente ⁊ phantasmate causatā recipit ⁊ cōseruat/memoria intellectiua dicit: dum vero actualē intellectionē ab agente ⁊ specie intelligibili ꝓductā accipit: intelligētia appellat: est em̄ memorie fecunde exprimere actualē intellectionē. Disci. Ad intellectionē itaq̧ quatuor concurrere vident: phantasma sc3: species intelligibilis: intellectus agēs ⁊ passibilis. Magi. Scite infers. phantasma equidē: qd acceptū a re p sensus ipsā singulariter sub conditionib⁹ materialib⁹/que sunt hic ⁊ nunc ⁊c̄. repñsentat. Vtriq̧ em̄ sensus exteriores sc3 ⁊ interiores species recipiūt sine materia ab obiectis. Exteriores q̄dē in p̄sentia obiecti: sicut cera mollis recipit sine materia formā p̄sentis ⁊ imp̄ssi sigilli. Interiores aūt sensus recipiētes species eas magis subtiliant: ⁊ etiā in absentia obiecti conseruāt: vtriq̧ tñ cū cōditionibus materialibus a q̄bus depurate ⁊ abstracte cū intellectu agēte species intelligibiles puras ⁊ simplices res in vniuersali repñsentantes ꝓducūt: quas passibilis (in eo qd memoria est) custodit. Rursus agens dum actualē intellectionē facere nitit: in specie intelligibili ꝓpter sui limpiditatē/aciē figere nō valens: iuxta Varronis sententiā/se ad phantasmata huius speciei cōuertit: qd ꝓpter sui materialitatē obstaculū prebet: quēadmodū visus in lumine sine opaco terminānte nō figit. Q3 si multarum rerū species simul in intellectu fuerint: hec tñ intelligit cuius species aut fortius mouet. Concurrūt itaq̧ ad actualē intellectionē species/aut verius obiectū in specie p̄sens relucēs/⁊ intellectus agens: vt cause partiales/totalē complentes: nec em̄ obiectū nec intellectus intellectionē causat: sed vtrūq̧ simul. A cognoscēte em̄ ⁊ cognito peritur noticia. testatur diuus Augustinus. 9. de trini. c. 12. Discipulus. Quare igitur non etiam obiectum/sed intellectum intelligere dicimus? Magi. Nec obiectum/nec intellectum agentem intelligere concedimus: sed intellectū passibilē/intelligentē a suscepta intellectione denominamus: sicut visum in se visionem recipientē videre dicimus: sic non pictorem albū/sed dealbatū

Intellectus agentis opa.

Intellectus passibil' opa

Memoria

Intellgentie so2requisita.

Varro.

Augustinus

parietem/ab accepta albedine album appellamus. Discipulus. Si igitur deus intellectionē pduceret/et eandem intellectui nostro infunderet/intelligere diceremur. Mag. Etiam. Dis. Cursus in pductione actualis intellectionis nullus causalitatis locus intellectui passiuo tribuit. Magi. De hoc q̄d certi proferam nō habeo: diuerse equidem sunt magnoꝝ et philosophorū et theologorū opiniones. Scotus insuper materiā diutius ventilatā sub dubiā reliquit. Sunt preterea qui speciē intelligibilem in intellectu passiuo ꝯseruare inane iudicant. q̄bus ob angustiā epitomatis nō rationes/sed diui Aurelij verba obijcimus. Ait eñ de tri. li. 9. c. 11. Non oīno ipsa corpora in animo sunt cū ea cogitamus: sed eorū similitudines. Sed ne fortasse id de phantasmatibus (que etiā corpoꝝ similitudines sunt) quispiā intelligendum contendat: quod in lib. 14. scripsit aīaduertat. Tunc (inq̄t) et si vite huius mortalis transacte meminerimus: et credidisse nos aliq̄ quo nō videbamus memoriter recoluerimus: in preteritis atq; transactis deputabit fides ista/ nō in presentibus rebus sempq; manentibus ꝛc. manifestum est aūt in exuta aīa phantasmata/que organa quanta req̄runt locū habere non posse. Dis. Alia igit est memoria intellectiua/et alia sensitiua quam pauloante in posteriore capitis parte situatā audiuimus? Mag. Alia eq̄dem. nam sensitiua nobis cum beluis cōis est: intellectiua aūt solius rationalis mentis potentia est: que ad imaginē creatoris formata est. Sed iā hec missa facientes/ceteras diuisiones pcurramus. Dis. Tu festinas ad reliqua: ego vero hic aliquantisper manendum censeo: donec intellectionis vim enucleatius pandas.

Scotus

Aug⁹. li. 14. c. 2. et. 3.

De causalitate intellectionis: et obiecto intellectus. insuper et de duplici cognitione intuitiua et abstractiua. Ca. IIII. Magi.

Augustinus

Liquido (inquit diuus Aug⁹. li. 9. de tri. c. 12.) tenendum est q̄ oīs res quācunq; cognoscimus congenerat in nobis noticiā sui. congenerat dicit. i. cū alio generat. s. intellectu. Vñ subdit: Ab vtroq; eñ noticia patitur: a cognoscente et cognito. Cognitū vero primum et adequatum intellectus nostri quod sit/nō paruo labore a sapientibus quesitum est: alijs deū/alijs q̄dditatē rei materialis/ceteris vo ens inq̄tū ens pro obiecto intellecto assignantibus. Primū de primitate perfectionis: alterū de obiecto pro statu presentis vite: tertium aūt de obiecto intellect⁹ ex natura potentie concedi pōt. Nam deo quid prius in perfectione? quidditate materiali quid conuenientius intellectui immerso materie? Aut q̄d communius ente? cum nihil sit quod rationē eius possit subterfugere/ prima impressione impressum aīe ait Auicen. 1. metha. Quid aūt est quod anima nō possit cognoscere intuitiue: vel abstractiue: cum etiā ab ente minimo vsq; ad maximū creatum/nihil possit intellectū eius vel satiare vel quietare: donec apprehēdat eū qui cunctarū perfectiones in se complectit: et virtutis est infinite? Disci. Intuitiue q̄ cognoscimus? Ma. Dum obiectū presens vt presens est apprehendimus. Abstractiue aūt: si obiectū in alio medio intelligimus: aut sentimus: nam cognitio intuitiua et abstractiua s̄m nonnullos haud infime auctoritatis doctores non tm̄ in intellectu/sed etiā in sensu locū habet. Intuitiue namq; colorē actu presentē videmus: absentē abstractiue imaginamur.

Cognitū primū diuersum.

Cognitio intuitiua et abstractiua.

Intuitiue beati in patria deū contemplant/et omnia creata. de quo tñ aliqui hesitantes ɔtrariū argumentant. Abstractiue rosa in hyeme a nobis intelligitur. Dis. Intelligo ista: latent vero alia q̄ dictis in priori capitulo ɔtraria ri vident. Ma. In mediū profer: si forte et huic tuo errori mederi possit. Di. Dictū esse memini ad intellectionē phantasma concurrere: quō igitur cognosci pñt/que sensibus nec species/nec phantasmata ingerunt. vt sunt virtutes habitus/substātie immateriales: et rer͂ oīm origo simplicissimus deus? Rursus si species intelligibilis a phantasmate abstracta rē in vniuersali repñsentat (vt dictum est) singularia qualiter intelligi pñt? Magi. Hec silentio preterire negligentie esset nō parue: dissoluere aūt difficile: attamen quod in aliorum codicibus legi/haud silebo. Dis. Probe.

Substantie immateriales: virtutes: habitꝰ et cetera huiusmodi: si a nobis pro statu isto cognosci possint: et qua cognitione et per q̄d. et si substantia materialis per propriam speciem cognoscatur. Cap. V. Magi.

Sapie. 9. Fuere q̄ immaterialiū rer͂ q̄ pauloante cōmemorasti noticiā in hac vita/qua corpus quod corrumpit aggrauat animā/haberi non posse astruere conati sunt. Nonnulli vero de his cognitionē negatiuā/non aūt affirmatiuā nobis concedunt. vt scire possumus ꝙ angelus nō est lapis/nec lignū/nec aliud hmōi: sed que res sit scire nō possumus. Ceteri cognitionem quia est/posse hic haberi de immaterialibus concedunt: non aūt ꝑpter q̄d. Talium eīn entiū nobis aliquā cognitionē esse possibilem naturale desiderīū quo hec scire desideramus indicat: q2 ad impossibile et frustra esse non pōt: et tñ oīm est. dicente Aristo. 1. metaphy. Omnes hoīes natura scire desiderant. Igitur (per topicā) maximū scire q̄d est immaterialium entiū maxime scire desiderant: quo adepto felices sunt. Summā equidem felicitatem in hac vita in speculatione altissimar͂ causarū posuit. hinc et sapientē maxime felicem esse voluit. Sapientia eīn circa altissimas causas est. vt in moralibꝰ tradidit. Adde quod ab initio huius libri testimoniū ex Augustini preclarissimo volumine de tri. adhibui. q̄m mens ipsa (que vtiq̧ immaterialis est) seipsam cognoscit. Dis. Possibilitatē mihi persuasam fateor: modum cognoscendi aperias: cum illorum nulla habere possumus phantasmata. Magi. Nec oīm que cognoscimus ꝓpria phantasmata hausisse ꝑ sensus necesse est: q̄m nec materiales quidem substantias per ꝓprias species sentimus. Nam quorū presentiā per ꝓprias species videmus/absentiā eorundem mox eodē sensu notamus. Dis. Nihil verius. Ma. Quia igitur absentiā panis in sacramento altaris post ɔsecrationē nullo sensu ꝑcipimus: ɔsequens est vt panis presentiā ante ɔsecrationē per ꝓpriam speciem nullo sensu percepimus. Dis. Contrarius videris Aristoteli: quē dixisse ferunt in eo. li. quē de anima ɔtitulauit: lapidem q̄dem nō esse in anima (sed dum intelligit) sed speciē lapidis. lapidem aūt esse substantiā materialem haud dubitas. Mag. Si dubito/ab eodem in pede lesus veritatē experior: non aūt ꝓpriam speciem illiꝰ materialis substantie que de se inuisibilis et intangibilis est/in sensu vel ani

Aristo. 1. metaphy. 6. Ethicor͂. Aristoteles.

ma esse concedo: sed speciem accidentiũ lapidis: puta figure et coloris &c. ad hunc sensum philosophi dictũ accipio. Unde etiã in eodem lib. ait: Accidentia magnã partẽ ꝯferunt ad cognoscendũ q̃ q̃d est. Aliqua igit̃ per accidentia apphendimus. vt substãtias materiales. Alia per cõpositionẽ diuersorũ phantasmatũ. vt aureũ montem. Nam vt scribit diuus Aug⁹. ad Nebridiũ: Anima per vim augendi et diminuendi imagines format: quas prius totas nõ vidit. partes vero alijs atq̧ alijs rebus attigerat. Alia in conceptu simplici intelligimus. vt deũ in conceptu entis: vel ex pluribus aggregato. vt q̃ est ens verum/infinitũ/necessariũ et sic de alijs: que simul accepta soli deo conueniunt. Interdum/imo sepius res et causas per effectus et operatiões cognoscimus. sic animã in viuente corpore arguim⁹. Anima aũt seipsam intuitiue/ non per cuiuscunq̧ speciẽ cognoscit: quia nõ ob aliud q̃ eo quo sibi presens est inquit Aug. in de tri. Et sicut corporearũ rerum noticias per sensus corporis/sic incorporearũ rerum per semetipsam: ergo et semetipsam per seipsam nouit: quoniam est incorporea. nam si non se nouit: non se amat.

2. de anima.
1. de anima.
Apprehensionũ diuersitas
Aug⁹. ad Nebridium.
Idem li. 10: de tri. c. 9. Et li. 9. c. 3.

Q̃ parua sit cognitio nostra in hac vita. et quomodo philosophi per creaturas in cognitionem creatoris deuenire potuerunt.

Capitulum VI Discipulus.

Si alijs medijs substãtiarũ corporaliũ et incorporaliũ noticiã haurire nõ possumus/diminuta est cognitio nostra. Ma. Recte ais diminuta: cũ nec minime entis naturã et q̃dditatẽ vti est/ pfecte scire possum⁹ q̃diu in hoc mortali corpore a patria celesti exules peregrinamur. Corpus eñ quod corrumpit̃ (inquit sapiens) aggrauat animã: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. & difficile estimamus q̃ in terra sunt: et q̃ in ꝓspectu sunt inuenimus cũ labore: q̃ in celis sunt aũt q̃s inuestigabit? Nec id omnino Aristotelem latuisse videt̃. cui cũ de hac re sermo exortus fuisset in prima philosophia/dicebat: Sicut oculus nycticoracis se habet ad lumen solis: sic intellectus noster ad ea q̃ manifestissima sunt in natura. Habet eñ cognitio nostra ortũ a sensibus. vt in analeticis ait. q̃bus substantie vt pauloante dictũ est/ subiecte non sunt. quantũcunq̧ tñ has cognoscere concessum est ordine quodam concedit̃: vt de notitia vnius aliud inuestigem⁹ sic p accidentia in substantiarũ/p effectus in causarũ noticias deuenimus ordine ꝑpostero q̃tenus ad rerũ naturas. Rursus ab oibus his finitis ad cognitionẽ infiniti conditoris eleuamur. conceptus eñ quos de eterno incõmutabiliq̧ deo formamus: a sensibilibus et creaturis sumimus. vt diuinus Paulus ad Roñ. arguens ait: Q̃d notũ est dei/manifestũ est in illis. de⁹ eñ illis reuelauit. Sz quõ subiecit? Inuisibilia eñ ipsius a creatura mũd. p ea q̃ facta sunt intellecta ꝯspiciunt̃. Sempiterna q̃z ei⁹ virtus et diuinitas. Omnis eñ creatura inq̃t Aug. vl. li. de tri. c. 4. ꝓclamat se habere ꝑstantissimũ creatorẽ. nã vt ait sapiẽs: A magnitudine speciei & creature cognoscibiliter poterit creator eorũ videri: sed cognitio hec ipfecta et ex pte est. q2 vt ait aplus per speculum in enigmate. Dis. Quõ p ea que facta sunt potuere primi philosophi in noticiam dei deuenire: cum vtiq̧ deus nihil horum sit.

Sapie. 9.
Aristo. lib. 2. meta. Idem posterior. 1.
Ad Rom. 1.
Sapie. 13.
1. Cor. 13.

Augustinus Mag. Hac vtiq via ipsi eū quesiere. vt patet per Aug. lib. 8. de ciui. dei. c. 6 et vt idem ait lib. 8. de tri. c. 2: nō parue noticie pars est/ si anteq̄ scire possumus quid sit deus/ possumus tam scire quid non sit. et lib. 15. c. 2. Sic eñ sunt incōprehensibilia reqrenda: ne se existimet nihil inuenisse si q̄ sit incōprehensibile quod querebat potuerit inuenire. Hec ni fallor est illa docta ignorātia

Cardinalis de Cusa de qua Cardinalis de Cusa secretoꝝ indagator sagacissimus tres edidit libros. Intelligamus itaq (vt Aug. in prin. qnti libri de trini. docuit) deum si

Augustinus possumus quantū possumus/ sine qualitate bonū: sine quātitate magnū: sine indigentia creatorē: sine situ p̄sidentē: sine habitu oīa ꝯtinentē: sine loco vbiq totum sine tp̄e sempiternū: sine vlla sui mutatione mutabilia facientē nihilq patientē. Quisquis deū ita cogitat (inquit idem) et si non pōt omnimodo inuenire quid sit: pie tñ cauet quantū potest aliquid de eo sentire quod non sit. Sed de his altior disciplina est. Dis. Illi igit̄ reseruanda sunt: ne ab incepta methado longius nos abducant.

Si menti nostre concreate sint omnium rerum species siue notiones: et vnde habeat q̄ etiam de his que non didicit iudicare potest: Qualiter insuper accipienda sint verba Aristotelis: quibus animam tabule rase comparat: Capitulum VII Magister.

De imaterialiū noticia sicut et corpaliū facillime respondere pñt q̄ menti nostre oīm reꝝ species ꝯcreatas credidere: quas

Platonici Platonici notiones appellant: q2 incognita notificant: et p illas aīa de oīb⁹ iudicat: et hec honesta/ illa turpia dicit: inter vera et falsa discernit: artificū opa minus pfecta (q̄uis artē operandi talia nō didicerit) vituperat. pfectiora laudat: ꝓportiōīb⁹ in sīlibus reptis ꝯgaudet: nec vt aiūt sine illis ꝑficere posset. sicut nec dñs fugitiuū seruū insequēs/ cuius oīno nullā cognitionē habet apphenderet. et a natiuitate surdus cithareda nō fieret. Dis. Tale q̄d in nobis esse experientia docet: sed an species siue notio sit/ certū non habeo: libenter tñ hanc opinionē si veram iudicas amplector. Magi. Si per notiones huiuscemodi prime veritatis radiū/ oīm entium species et notiones cōplicantē intellexerunt: ceteris in cognitione p̄ferendi sunt. Quantū enim lux ista in mente nostra efficiat: que ad imaginē ipsius creata est: diuus Aug. ꝓfundissime in libro de vera religione disseruit. insuper et in nono libro de tri ni. c. 6. et lib. 14. cap. 15. Si aūt per has notiones species intelligunt/ q̄ sunt intelligibiliū similitudines proprie: quales memoria nostra intellectiua conseruat preterita intellectione. errori huic proximi sunt: qui aīas nostras ante corpoꝝ vnionē retroactis seculis in celestib⁹ habitasse/ ⁊ ibidē deliq̄sse astruunt:

Aristoteles Dis. Hic error in supiorib⁹ explosus est. Sȝ dic q̄so Aristo. peripateticorū primus de concreatis aīe speciebus q̄d sensit: idē ne cū priorib⁹? Ma. Minime. Di. Cur igit̄ aīam a principio tabule rase similem dixisse inuenit̄? cū vtiq rasam tabulam dicere vsus habeat/ in qua deleta sit que prius inerat scriptura vel pictura. sic de aīa dixere priores: qui eam in descensu et corporea molis vnione preteritorū oblitā voluere. vt dictū est in superioribus.

Magister. Quid si Aristoteles minus proprie comparationē dictam expressit: aut forte translator pro tabula nuda ac plana/rasam dixit? Discipulus. Utrumq; fieri potuit. Mag. Si qđ restat ocyus pertractemus. Disci. Alterum de cuius intellectione quesieram singulare est.

Or singulare intelligi possit demonstratur: et qualiter intelligendum sit q̄ Aristoteles sensum esse singularium: et intellectum vniuersalium dixit exponitur. Cap. VIII.

Magi. Singulare nō posse intelligi/nonnulli preter ea que paulo ante di- Aristoteles
cta sunt ex eo ꝓbare conant̄: q̄ Aristoteles sensum esse singulariū/
intellectū vero vniuersaliū scripsit. E regione alij etiā singulare in- Matth. v.
telligibile astruunt. quia sub precepto dilectionis cadit: dicente dn̄o: Diliges Johan. i.
proximū tuum sicut teipsum. Et Joannes in canonica: Qui nō diligit fratrē Augustinus
suū quem videt/ dcū quem non videt quō diliget? Incognita aūt vt sanctus c. i. 2. 3.
Augustinus lib. 10. de trini. testat̄/ diligere nō possumus. Amplius si actum
singularem nō cognoscimus/ velle nō possumus: quia nihil volitū nisi cogni-
tum. Si igitur nec cognitū/nec volitum agimus: dum singulares actus per-
petramus adulterij et rapine/minime peccamus: quia peccatū adeo volun-
tariū esse dicitur a diuo Augustino libro de vera religione: vt nullo modo sit Idem
peccatū si non sit voluntarium. Dis. Facile ex his singulare posse intelligi In singulari
crediderim si intelligendi ipsum modum edocueris. Ma. In singulari tria tria sunt.
reperies: sed non eque intellectū mouentia. Est enim ibi natura: que de se indifferens est esse hoc vel aliud: sed per secundum/quod differentia indiuidualis siue heccei tas dici solet: contrahit̄ ad esse hoc singulare: quād consequenter accidētia quedam concomitant̄. que sunt forma/figura/locus/stirps/patria/tempus. de quib⁹ libro. 2. de indiuiduo dictū est. Per sensum natura sentitur vt quo/siue vt ratio formalis obiectiua. Differentia indiuidualis siue haecceitas sentitur vt conditio sine qua non: cum conditiōibus iam dictis eam consequentibus. Totum aūt singulare sentitur vt obiectū quod. s. sensationē terminat. Mouet igitur ibi potentiam sensitiuam natura/ non singularitas: q̄uis sine singularitate natura sensu ꝑcipi non possit: quēadmodū colorē sine quantitate visus non videt: q̄uis quantitas non sit ratio formalis et primo mouens visionis. Discipulus. Plane sensationē singularis explicasti: q̄uis id quesitum non sit. sed magis quomodo intellectus singulare apprehendat. Magister. Et id ex dictis mox apparebit. Si enim de cognitione intuitiua queris: intellectus singulare vt tria ante dicta includit/intelligit. Si de abstractiua causaris intellectus singulare vt includit naturam cum haecceitate/ sine conditionibus indiuiduantibus apprehendit: non tamen sub ratione singularis/sicut nec sensus. Discipulus. Aristoteli autem quid respondendū censes: qui sensum singulariū/et intellectum vniuersalium dixit? Magis. Bene dixit: nec illis que iam disserta sunt contrariant̄. Est enim sensus singularium tm̄: intellectus autem vniuersaliū: sed non tm̄ vniuersaliū/cum etiam singularia intelligat. Dis. Optime. Nunc si placet ceteras si que latent in hoc campo diuisiones intellectus detegas.

De intellectu practico et speculatiuo. vnde hanc denominationem habeat: et quomodo intelligendum sit intellectū extensione fieri practicum. Cap. IX. Magi.

AMplius intellectū in practicū et speculatiuū diuisum cernimus: non quidem partitiōe essentiali/sed accidentali tm̄. Practicū quippe et speculatiuum q̄uis actuum et habituum sint differentie essentiales et intrinsece: intellectum tn̄ denominant accidentaliter et extrinsece. Vn̄ intellectus informatus actu vel habitu speculatiuo: vtputa scientia aut sapientia/speculatiuus dicit̄. Informatus aūt actu vel habitu practico: vt sunt ars et prudentia/practicus noīatur. Ille speculabilia ꝯsiderat. i. verū in ratiōe veri: vt est principiū scientie aut sapientie. Iste operabilia attendit. i. obiectum in ratione boni/vt est principiū operationis: que a grecis πραξις praxis dicitur: inde intellectus nomen sortitus est. Illius finis est speculari/scire/et veritas. Istius finis est operari et opus. inde intellectus practicus siue operatiuus appellat̄. Imperfecte quidem si operabilia vniuersaliter sine dictamine ꝓsecutionis aut fuge ꝯsiderat. Perficietur aūt si operabilia magis particulariter aut cū dictamine ꝓsecutionis aut fuge intelligat. Vn̄ cum intellect⁹ cibum sub ratione boni delectabilis intelligit: volūtas si determinat ipsum velle sub ratione boni/principiat actum practicū: et intellectui vt media consequendi cibū querat/imperat. intellectus aūt hec media perquirens iā practicus denoīatur: q̄uis imperfecte: dum aūt vltra se extenderit vt inuēta media in executione ponant̄: in praxi perficiet̄. Dis. Intellectus itaq; imperfecte practicus/extensione fit perfecte practicus? Mag. Probe. Actus eīn siue intellectio circa inq̄sitionem medioꝝ conuenientiū ad cibum ꝯsequendum/licet directiua sit: non tn̄ praxim. i. operationē dirigit: ideo intellectū nō nisi imperfecte practicū denominare poterit. medijs aūt inuentis in executione positis/intellectio praxim/id est operationē actu dirigit: ideo intellectū perfecte practicum denominare habet: sitq; iuxta mentem Aristotelis in tertio de anima/intellectus extensiōe practicus. Intellectus inquam primus imperfecte practicus: quia intellectus speculatiuus obiectum tm̄ in ratione veri speculatur: et nunq̄ fit practicus. Actus aūt et habitus si ab obiecto aut a fine habeant q̄ sint practici/magni et philosophi ⁊ theologi diuersa senserunt: q̄ alijs determinanda relinquimus. Dis. Optime. Cetera interim percurramus.

Intellect⁹ speculatiuus practicus.

Finis intellectus specu. et practicus

Aristoteles.

Intellectus quando ratio et intelligentia dicatur: et quomodo in portionem superiorē que vir est: et inferiorem que est mulier diuidi intelligatur. et si in portione superiori tm̄ imago dei reperiatur.

Capitulum. X. Magister.

De potentijs anime intellectiue

Si paulo intimius hunc campum lustrabimus: intellectū rationē/ et huius portionē superiorem intelligētiā/ et virum: inferiorē vero rationem ac mulierē appellari conspiciemus. Synderesim aūt et conscientiam a nōnullis intellectui/ab alijs vero voluntati attributas inuenie/mus. Dis. Hec queso latius explana. Mag. Intellectus qr p discursum et ratiocinando intelligit/ratio ꝯuenienter dicit̄. Cuius portio supior qm̄ incōmutabile ꝯtēplans/supnā et internā ꝯsulit veritatē: intelligētia est: eo ꝙ sim/pliciꝰs et q̄etius hmōi apphendat. Inferior aūt portio inferiorib⁹ tractādis gubernandisqꝫ deputata/a ratiocinādo nomen retinet. In illa est sapientia ad ꝯtemplationē eternoꝝ atqꝫ incōmutabiliū ptinens: in hac scientia actioni qua bene vtimur tpalib⁹ coherēs. Tunc aūt inq̄t diuus Aurelius li. 12. ca. 13. de tri. his bene vtimur: si q̄cquid in vsu tpaliū facimus/eternoꝝ adipiscendorum contēplatione faciamus: per ista transeuntes/illis inherentes. Et in eodem libro hanc virū/illam aūt mulierem appellat. idem quoqꝫ insinuari per Aplm̄ affirmat: dū scribens Corinthijs ait: Uir q̄dem non debet velare caput suū: qm̄ imago et gloria dei est: mulier aūt gloria viri est. Di. Quid per velamen intelligis? Mag. Potestatem cohibentē. Quoniā quantūcunqꝫ (inquit) se extenderit in id quod eternū est/tanto magis inde format̄ ad imaginem dei: et propterea non est cohibenda: vt se inde contineat ac temperet: et ideo vir (id est portio superior: cuius est eterna contēplari) non debet velare caput. Quia vero illi rationali portioni que in rebus corporalibus/ temporalibusqꝫ versat̄/periculosa est nimia in inferiora ꝓgressio: debet habere potestatem super caput: quod indicat velamentū: quo significatur esse cohibenda. s. inferior portio: cuius est temporalibus intendere. Fit aūt hec cohibitio a portione superiore: que in speculo consilij presidet: et viri officiū exercet: et cum a carnali sensu magis elongata sit/validior est. Inferior aūt portio sensualitati vicina sepius emollit̄ et facile consentit. hinc mulieris naturā imitatur. Unde sicut in paradiso terrestri Gen. 3. a. serpens mulieri illecebrā ingessit: cui consentiens de ligno vetito comedit: et vt vir in idem consentiret illexit: qui cum vxoris insolentiā nōn cohibuit/diuinū mandatum transgressus est: et nobis mortē intulit. Sic in paradiso spirituali/ mentis nostre sensualitas illecebras corporis portioni inferiori exhibet: que vt mulier emollita consentit: et portioni superiori de eadem ad manducādum consentiendūqꝫ prebet: que si non viri officiū exerceat/mulierem cohibendo: sed membra iniquitatis arma peccato exhibet: vt si potestas sit etiam corpore compleat̄: iamiam simul de cibo vetito comedit: et anime mortem per peccatū intulit. Dis. Diuersarū ne/an vnius essentie sunt he portiones? Magi. Unius. Uā cum eas cōmemorasset Augustinus/subiunxit: Cum igit̄ disserimus de natura mentis humane/de vna quadam re disserimus: nec eam in hec duo que cōmemoraui nisi per officia geminamus. Dis. Cur igitur in vna tm̄. s. superiore imaginem dei dictū est? Magister. Quia vt idem astruit. ex hac cōspectam consulit veritatem. Illa aūt intenditur in agenda inferiora. Quod quidem ita accipi potest/vt in superiore imago dei sit magis expressa: in inferiore autem minus expressa: ideo in illa/non aūt in altera esse dicitur. Qua aūt ratione mens dei imaginē gerat fortasse in sequentibus enodabitur: nunc qđ reliquū est breui sermone transcurramus. Dis. Ex prelibata distributiōe restat vt de synderisi et conscientia loquamur.

Intellectus ratio.
Intelligentia
Augustinus
1. Cor. 11.
Gen. 3. a.
Rom. 6. c.
Augustinus.

De synderesi et conscientia vnde nomina habeant: et si intellectui aut voluntati attribuenda sint. ⁊ qualiter ad syllogismum practicum concurrunt. Capitulum XI

Magi. Qui synderesim et ꝯscientiā voluntati attribuunt: in intellectu ꝙ̃ꝗ duo ponunt correspondentia. Primũ est lex nature: que est vniuersalis regula operandorũ. huic in voluntate correspondet quidam motor vniuersalis: stimulans ad talia principia vniuersalia semper ꝯcordās dictamini legis nature. ideo synderesis dicitur a syn quod est con: et heresis electio: quasi electio concordans legi nature. Lex aũt nature dictat bonũ eligendum: et malum fugiendum.

Augustinus Huic igitur synderesis concordans / bonum appetit:

Synderesis. semperq̃ malo remurmurat. Hanc Aug⁹. in lib. de baptismo paruulorũ describens ait: Synderisis est lumen innatũ ⁊ aie ꝯcreatũ: quo dirigimur et mouemur ad faciendum ea q̃ ꝑtinent ad vitationē culpe et pene: et ad adeptionē glorie. Vñ sicut in intellectu est lumen naturale quo principijs intelligibiliũ naturaliter assentimus: ⁊ intellectus siue habitus principiorũ dicitur: sic in voluntate lumen est naturale / respectu operabiliũ appetendoꝝ: quod synderisis dicitur. Secundum quod in intellectu ponunt est ratio recta de particularibus agendis: cuius dictamen quasi subsumit sub principijs vniuersalibus. Huic in voluntate correspōdet quidam motor particularis stimulans ad opus s̃m

Conscientia dictamen rationis recte. Hinc dicitur ꝯscientia: eo ꝙ sit electio deliberatiua in volūtate ꝯcordans cũ ꝯscia in rōne recta. Vel dicitur ꝯsciētia: quasi ꝯcludens scientia. Vñ in syllogismo practico synderisis maiorē ponit ex dictamine legis nature. recta ratio minorē subsumit: et conscientia concludit. verbi gratia dicit synderisis: Omne malum vitandum est. subsumit recte rationis portio superior. Adulteriũ est malum: quia a deo ꝓhibitũ. vel portio inferior. adulteriũ est malum: quia turpe et inhonestũ. infert ꝯscientia: igitur adulteriũ est vitandum. Dis. Sicut ergo in speculabilibus habitus principiorũ dicitur intellectus: et habitus conclusionũ scientia: sic in operabilibus habitus principiorũ est synderisis: et habitus conclusionũ est conscientia. Mag. Scite concludis ex dictis: et opinioni alteri alludis: que synderisim et ꝯscientiā in-

Damascenus. tellectui practico potius q̃ voluntati attribuit. Ait eñ Damascenus lib. 4. Conscientia nostra est lex intellectus nostri. synderisis aũt / vt testatur diuus

Hieronymus Hieronymus super Ezech. scintilla est ꝯscientie. et hoc si tenere placuerit / ea que synderisim et conscientiā voluntati tribuēda arguunt: quia synderisis remurmurat malo: et conscientia remordet. intelligenda sunt ostensiue et dictatiue: et quodāmodo inclinatiue / sine tamen coactionis necessitate. Sunt etiam q̃ ꝯscientiā intellectui: synderisim autem voluntati accommodant. quod similiter ex intelligentia dictorum saluari potest. Si autem synderisis extingui possit: et conscientia etiam erronea sub peccato ad opus liget: et alia huiuscemodi dubia vtrumq̃ concernentia / theologie reseruamus. Nunc si q̃d aliud in hoc campo latitare existimas / ostende. Discipulus. Prime diuisionis qua animam in intellectũ / memoriam et voluntatem distribuis / prima duo membra pro epitomatis capacitate satis lustrauimus: superest vt tertij voluntatis. s. naturam diligentius perquiramus.

De potentia rationali motiua: que est voluntas: et eis subseruientibus: irascibili ⁊ cōcupiscibili. insuper de diuisione volūtatis in naturalē ⁊ deliberatiuā. Ca. XII Magi.

Sicut in sensitiua preter apprehensiuā etiam appetitiuam siue motiuam ostendimus: sic ⁊ in rationali preter cognoscitiuā: quā intellectum nominamus siue rationē/etiā appetitiuā inuenimus: quā volū- Voluntas.
tatem dicimus. Et est (vt inquit Augustinus lib. de duabus animabus) motus animi cogente nullo/ad aliquid vel non admittendum/vel adipiscendū. Augustinus
Subsunt eñ voluntati irascibilis ⁊ concupiscibilis. Per hanc contraria non admittit: per illam cōuenientia addipiscitur: verūtamen vna sunt res cum voluntate: nec realiter ⁊ organice ab ea distinguūtur: quēadmodū in sensu. Hic est appetitus rationalis motum imperans in rationalibus ad ea que ratio cognoscit. Cognitum nanq ab intellectu sub ratione boni/obiectum fit voluntatis cum qua causa partialis ad actū volendi cōcurrit: sicut spēs intelligibilis ⁊ intellectus ad actū intelligendi: ita vt quodlibet in sua causalitate perfectū sit/ab alio independens: pfectior tamen est intellectus in actu intelligendi/⁊ volūtas in actu volendi ꝙ obiectum: nisi forte in obiecto beatifico. Voluntas duplex.
Hanc rursus bifarie diuidunt. In naturalem videlicet ⁊ rationalem. Naturalem quidem vocant voluntatem: qua volumus que nō appetere non possumus: vt sunt/esse/viuere/scire ⁊c. Rationalē vo appellant/qua nō naturalia que ⁊ appetere ⁊ renuere possumus volumus. Hanc similiter deliberatiuam dicunt: nam ex deliberatione id appetit ⁊ aliud respuit.

De libero arbitrio. Ca. XIII Magi.

Facultas autē rationem ⁊ voluntatē complectēs/liberū arbitriū dici solet: de quo catholici doctores plures edidere libros: in quibus naturam/conditiones ⁊ varia circa id incidentia dubia/quorum decisio in theologia apprime est necessaria dissoluunt. Sed ab his nunc stilum reuocemus/ne constitutos limites excedamus. Disci. Saltem liberi arbitrij descri- Augustinus
ptionē aliquā ex memoratis libris in mediū pferas. Magi. Aug⁹. ipm ita Liberum
describens ait: Est facultas rōnis ⁊ voluntatis/qua bonū eligit gratia assi- arbitrium.
stente: ⁊ malū eadem desistente. Facultas inquit: id est potentia siue potestas rationis ⁊ voluntatis: nō ꝙ liberum arbitriū ex his duobus constitutum sit: sed quia ad actū eius hec duo cōcurrūt: habet eñ se per modū electionis: qua e duobus altero recusato vnū eligimus. Ad electionē aūt ratio necessaria est: per quā dijudicat qd alteri pferatur: ⁊ voluntas/per quā id qd prelatum est appetat. Dicit itaq arbitriū ab arbitrādo/quantū ad rationē: ⁊ liberū ꝙtū ad modū volūtatis: quod sequit ⁊ obiectum ⁊ adiutorium demōstrat. Est eñ liberū arbitrium circa bonum a ratione discretū/⁊ a voluntate acceptū: gratia autē assistens adiutoriū est ad bene agendum/desistens autem priuatiue ad oppositum: sicut absentia naute ad periclitationem nauis. Huius ampliorem delucidationē in Augustino/Bernardo/Anselmo ⁊ ceteris materiā hāc tractantibus/perquiras. Ecce in termino huius campi constituti/e diuerso alium conspicimus: in quo nōnulla venabimur: que ad predictorū intelligentiam conducunt. Discipulus. Hunc igitur celeres ingrediamur.

Tertius campus idēptitatis. Si potentie anime sint realiter idemptificate essentie anīe ⁊ quomodo trinitas ⁊ imago repiatur in anima. Capitulum. XIIII Magister.

IN hoc campo multiformē conflictū/non tam inter philosophos ꝙ inter sacre theologie ꝓfessores cernere est. Affirmantibus alijs quas ꝑcurrimus anime potentias a substantia anime realiter diuersas: ⁊ accidentia esse de secūda specie qualitatis: accidētia tamē insepabilia. Alijs e diuerso asserētibus: aīe potētias esse aīe ꝑtes/inter se quidē realiter esse distinctas: nō autē ab essentia anīe: ꝙuis nō omnino eedem sint ipsi. In tertia acie pugnāt: que potētias aīe easdē substātialiter cōcedūt cū essentia aīe: ab eadē tñ differre realitatibus relatiuis astruūt. Preter hos accedūt q̊bus nec hoc quidē sufficiēter dictū videt᷑: sed ipsas essentie aīe realiter idēptificatas/for-
Augustinus maliter aūt distinctas asseuerāt. Et idem sensisse diuū Aug. liquido apparet ex his que in multis locis libroꝝ de trinitate scripsit: e q̊bus id qđ lib. 10. c. 11. asseruit adduxisse sufficiat: ait nāq̃: Hec igit᷑ tria: memoria/intelligētia ⁊ voluntas: qm̄ nō sunt tres vite/sed vna vita: nec tres mētes/sed vna mens: consequēter vtiq̃ nec tres substātie sunt/sed vna substātia. et paulo post. Quo circo hec tria: eo sunt vnū/quo vna vita: vna mens: vna essentia: eo vero tria quo ad seinuicē referunt᷑: ⁊ in fine. Equalia sunt tota singula totis singulis: ⁊ tota singula simul omnibꝰ totis: ⁊ hec tria vnū: vna vita: vna mens: vna essentia. Hec Augustinus. que. s. vna cum his que in alijs libris: maxime aūt in nono/
Idē c. 5. et. 6. vndecimo/⁊ q̊ntodecimo disseruit/ad intentionē auctoris referant᷑: glosulas
Ioh. 17. coꝝ que in opposita parte sunt/nō admittunt. Mouet ⁊ aliud: nam beatitudinem anīe per se competere manifestū est ex libro. 13. de trinitate. Beatitudo autē per intellectū inest: dicente ip̄a veritate. Hec est autē vita eterna vt cognoscant te verū deum/⁊ quē misisti iesum christum. Intellectus itaq̃ (cui saltem ꝓpinquius inerit beatitudo) accidens si est ⁊ nō eiusdem nature cū anīa
s. Hugo beatitudo per accidens inerit anime. Disci. Anime igitur ⁊ potentiarū eiusdem/vnam naturā astruis? Magister. Non modo ego/sed quem in testem
Augustinus ꝓduxi diuus Aurelius: a cuius sentētia nec Hugo de sancto victore discrepat
ca. 13. in eo quē de spū ⁊ anima ītitulauit libro (quē ⁊ nōnulli Augustini esse volue-
Anima varie re) dicens: Anima s̄m sua opera varijs nuncupat᷑ nominibus. Dicit᷑ nāq̃ ani-
nominatur ma dum vegetat: sensus dum sentit: animus dum sapit: mens dum intelligit: ratio dū discernit: memoria dum recordat᷑: dum vult voluntas: spūs dum contemplat᷑. Ista vero nō differunt in substantia quēadmodū in nominibꝰ: qm̄ oīa vna essentia: ꝓprietates quidē diuerse/sed essentia vna rationalis: ⁊ vna anima in essentia simplex/in officijs multiplex. Et rursus. Nec aliud nec minus est ratio in substantia ꝙ anima: sed vna eadēq̃ substantia s̄m diuersas poten-
Bernardus tias diuersa sortitur vocabula. Diuus insuper Bernardus sup Cantica ait: Quedam in anima intueor: memoriam/intelligētiam ⁊ voluntatem: hec tria ipsam est. Discipulus. Unanimis illorum videtur in hac re sententia: superest autem vt qđ obstare videtur dissoluas. Trinitatis imaginē in anima s̄m tres potentias repertas dudum accepi. tres vero persone/Pater/Filius ⁊ spiritussanctus/ꝙuis in diuinitatis essentia conueniant: inter se tamen re-

liter differunt: igit pariformiter potentie anime realiter distinguuntur. Magister. Superbenedicte trinitatis imago nō precise consistit in tribus anime potentijs: quia ꝛ si in his sit consubstantialitas/non tamen distinctio realis/ nec consistit in actibus potentiarū: in illis equidē ꝛ si sit distinctio realis: non tamē consubstantialitas. Consistit igit in potentijs vt subsunt actibus suis: sic em̄ in ipsis reperit consubstantialitas/realitas/diuersitas/ꝛ ordo originationis. Nā sicut a patre filius/ꝛ ab vtroq; spūssanctus: sic quodāmodo a memoria fecūda noticia gignitur/ꝛ in intellectu recipitur: ab vtroq; autē velle originatur. Jd autem latius discutiendum theologie reseruatur: interim quid in campo vnitatis lateat perquirendum est.

Quartus campus vnitatis. Jn plantis est tm̄ anima vegetiua: in brutis est tm̄ anima sensitiua: in hoībus est tm̄ vna aīa scilicet intellectiua: in qua cetere cōtineor sicut trigonus in titragono. Et si aut quomodo embrio primo viuat. Capitulum XV Discipulus

Quid in hoc campo venatu dignum arbitraris: cum non vnam/sed tres animas esse in principio libri decimi dictum sit? Magister. Quod dictum cōmemoras de animarum nnmero hic haud retractabimus: sed si omnes he anime in vno viuente simul consistant/in transcursu huius campi venabimur. Discipulus. Optime. Ab hoc igitur stilo habenas relaxa. Magister. Jn vegetabilibus ꝛ plantis vnam tantum animam vegetatiuam scilicet/vnanimi sententia omnes predicant. Jn animalibus vero que homines non sunt/preter animam sensitiuam que (et nutritionis/augmentationis ꝛ generationis opera exercet) aliam esse animam pauci opinati sunt in philosophia minus exercitati. De homine autem nōnulli precellentes doctiq; philosophi vel incertam sententiam protulisse/ vel tres distinctas animas in eodem posuisse inueniuntur. Ceteri vero rem limatius considerantes/ꝛ superfluitatem naturam exhorrere intelligentes: vni homini vnam animam tantū attribuunt: hec est intellectiua: cuius naturam presentis libri in diuersis venamur campis. Discipulus. Necesse est igitur huic op[era] ꝛ vegetatiue ꝛ sensitiue ascribere: non enim homo tantū intelligit/sed ꝛ vegetatur ꝛ sentit/ꝛ scdm̄ locum mutatur. Magister. Probe. Jd nanq; Aristoteles insinuat: cū premissas anīas in intellectiua queadmodū trigonū in tetragono contineri asserit. Manifestum autem ex mathematicis trigonū ꝛ tetragonū specifice differre si separatim consistant: qui autem in tetragono continetur trigonus: non trigoni/sed eius a quo continetur tetragoni forme subest. Sic vegetatiua/sensitiua/ꝛ scdm̄ locum motiua trigonum integrant: quam animam bruti dicimus: et sub specie sensitiue consistunt: quibus si intellectum addideris/tetragonus fit: in quo dictus trigonus continetur: nec iam in forma trigoni/sed tetragoni subsistit. quem humanam animam/mentem siue intellectum nominamus. Neminem equidem philosophie gnarum

Aristoteles

fatere poterit inferiorū perfectiones excellentiore modo superioribus inesse. vegetatiuā itaq₃ ⁊ sensitiuā ⁊ motiuā in homine: nō vegetabilis aut brutalis/ sed rōnalis aīe dicimus. Unde ⁊ in lib. de ecclesiasticis dogmatibus ca. 14. et in libro de spū ⁊ anima. c 48 dicit. Neq₃ duas animas esse dicimus in vno homine. sicut Jacobus ⁊ alij syrorū scribunt: vnā animalē qua animet corpus/ ⁊ immixta sit sanguini: alteram spiritalem que rationē ministret. Sed dicimus vnā esse eandēq₃ animā in hoīe: que ⁊ corpus sua societate viuificet/ ⁊ semetipsam sua ratione disponat: habens in se libertatē arbitrij/ vt in sue substantie eligat cogitatione qđ vult. Disci. Quō igitur embrionem viuere/ primo quidem vita plante/ dehinc vita animalis/ demū autem vita hominis intelligendū putas? Magi. Embrionē nō anima ꝓpria/ sed matris cui colligatus est/ ⁊ vegetare ⁊ sentire intelligo: sicut pustulā in corpore excrescentē: nec intellectiua ante expletā formationē infundit: vt manifeste deducit Aug. li. q. ve. ⁊ noui testa. et c. Moyses. 32. q 2. Unde ⁊ in lege p̄ceptū est. Si quis percusserit mulierē pregnantē: ⁊ illa abortiuū fecerit: si nō fuerit formatū/ mulctetur pecunia: si autē formatū fuerit/ reddat animā ꝓ anima. Ex quo aperte monstratur: ante formationē embrionē non viuere: nec animā cum carne seminari. Sed ordo quē premissa innuit auctoritas in hoc accipi potest: vt per aīam matris primo vegetandi/ dehinc sentiendi exerceant opera. Intellectiua ꝓo superueniens cepta prosequit opera: ⁊ similiter motiuā influit qua interdū materni vteri parietes pulsat. Intellectionē autē nō nisi in nato/ ⁊ post temporis interualla ostendit. Disci. Plane. Sed dic queso in qua potissimū corporis parte animā residere existimes. Magister. In eo qui sequitur campo id celeri venatu deprehendemus. Disci. En patet ingressus: quid tardas?

Vita embrionis. Augustinus Exo. 21. c.

Quintus campus impartibilitatis. Aīa intellectiua est in nulla corpis pticula determinate sed tota in toto: ⁊ tota in qualibet ei⁹ pte: nec maior in maiore nec minor in minore: licet perfectius in vno operetur q̄ in alio. ⁊ q etiā fatui sint rationales. Ca. XVI Magi.

Qui anime aliquā ex corpis substantia partē in sedem regni sui determinant/ corpoream dicant necesse est: id autem per loci spacium longitudine/ latitudine ⁊ altitudine ita sistitur vel mouetur/ vt maiore sui parte maiorem locum occupet: ⁊ breuiore breuiorem/ minusq₃ sit in parte q̄ in toto. Anima vero per omnes corporis particulas tota simul adest (inquit Augustinus ad Hieronymū) nec minor in minoribus/ ⁊ in maioribus maior: sed alicui intensius/ alicui remissius/ ⁊ in singulis tota adest. Neq₃ enī aliter qđ in corpore non toto fit/ tamen sentit. Nam cum exiguo puncto in carne viua aliquid tangitur: quis locus ille non solum totius corporis nō sit/ sed vix in corpore videat: animam tamen totam non latet: neq₃ id qđ sentitur per corporis cuncta membra discurrit: sed ibi tm̄ sentitur vbi fit. Unde ergo ad totam mox peruenit. Quod non in toto fit: nisi quia ⁊ ibi tota est vbi fit. Nec vt tota ibi sit cetera deserit. viuūt enim ⁊ illa ea presente vbi nihil tale factū est.

Augustin⁹ de origine anime

Quod si fieret: ⁊ vtrūq̄ simul fieret: simul vtrūq̄ totam pariter non lateret. Idem in de trinitate libro. 6. c. affirmat. Discipulus. Si tota in qualibet particula consistit: singule hominis partes homines dici possunt. Magister. D.ci quidem possunt: non autem a doctis/sed stultis. Stultus est enim qui in nobis ossa ⁊ vngues homines dicit ait aurelius de ciui. dei libro. 7. In ethe- rogenijs nāq̄ forma nō parti/sed primo toto inest. Discipulus. Aliud ⁊ for te simuli responsione dignum queri potest: si tota vbiq̄ est/cur non in pede vi det ⁊ oculo audit? Magister. Miror te huiuscemodi querere/qui libro pre- cedenti ad sensationem organa in debita proportione necessaria intellexisti. Discipulus. Si nō maior in maiore/nec minor in minore: cur alios alijs ra- tionabiliores/ingeniosiores aut memoria prestātiores dicimus? Magister. Quantitatē virtualem ⁊ graduum tam accidentalium q̄ essentialium latitu- dinem ab anima non secludo: queādmodum libro octauo deductum est. Sed ne peregrina videatur hec positio: diuum Augustinū libro. 12. de ciuitate con sulas: ait nāq̄: Cum enī deus summa essentia sit: hoc est summe sit: ⁊ ideo im- mutabilis sit: rebus quas ex nihilo creauit/esse dedit: sed non summe esse si- cut ipse est: ⁊ alijs dedit esse amplius: alijs minus: atq̄ ita naturas essentia- rum gradibus ordinauit. Preter hec autem ratione corporum ⁊ organorum in quibusdam anime operatiōes perfectiores cernimus/vnde tales alijs pre- stantiores nominamus. Queādmodū lucernam splendidiorem dicimus: que lumen subtiliore/aut vitro/aut cornu circūdat: tenebrosiorem autem/que vi- tro aut cornu grosso turbido aut immundo candelam continet: vbi non fit mu tatio in lumine: sed in circūdante corpore per subtile libere radios diffundit: qui in opaciore reuerberātur. Discipulus. In stultis igitur ⁊ fatuis anima rationalis est: cuius tamen ob corporis indispositionē opera minus emicāt. Magister. Recte. Nam ⁊ si intellectiua organica non sit: coniuncta tamen corpori corporalium species per sensus recipit. Aug⁹. c. 23. Augustinus

Anima hominis indiuisibilis est: nec ad sectionem ⁊ membri diuisionem partitur nec retrocedit: sed viuificare illud membrum de- finit: probatur exemplo cuiusdam presbyteri qd Augustinus refert. Ca. XVII Disci.

Queso ne succenseas/si dictis aliud qd fortius mouet adiungam. To tam in qualibet parte animam astruis: abscisa manu anima cū ea- dem decidet/aut in brachium in quo tamen prius erat retrocedit. Magister. Quantocūq̄ diuiso a toto membro/indiuisibilis anime substan tia nō partitur: nec se retrahit: cum prius in qualibet parte tota sit. Abscisum tamen membrum viuificare desinit: nihil autem obstare videtur quo minus huic loco presens sit: quem abscisum membrum ante occupabat cum toti con- iungeretur. Discipulus. Contradictionem admittis: simul equidem infor mans ⁊ nō informans esset. Informans quidē corpus: ⁊ non informans absci se partis locū. Magi. Hec cōtradictionē (que est ad idē ⁊ s̄m idē) non inclu dunt. Discipulus. Probe. Memini nunc talia libro secūdo audisse. Sed q̄d si manus arescat: arescit ne in eadem anima? Magister. Nequaq̄. incorru-

ptibilis est em̄: vt mox patebit: desinit aūt in tali membro vegetatio ⁊ sensus ipso manente vnito toti: qd̄ in sanis quoq; potest saltem ad tempus fieri. Vn̄ ⁊ Augustinus in de ciuitate libro decimoq̄rto. ca. 24 plerosq; fratres recētissima memoria exptos ait: presbyterum quendam Restitutum nomine/ in parochia Calameñ. ecclesie: ita se dum voluisset abstulisse a sensibus: vt nō modo vellicantes atq; pungentes non sentiret/ sed nec aliquando admoti ignis adustionē declinaret. In ipo etiā tanq̄ in defuncto nullus inueniebat̄ anhelitus. hoim t̄n voces si clarius loquerent̄/ tanq̄ de longinquo se audisse postea referebat. Clarū est hoc argumentū vnitatis vegetatiue/ sensitiue ⁊ intellectiue in hoīe: ⁊ dominij mētis sup̄ vires suas. Hic hō mortuus non erat: q̄ adhuc astantiū voces quasi e longinquo audiebat: sed in eo aīa se a tactus sensatiōe cōtinebat: ne multiplicatas ad organū qualitates aduerteret: q̄ꝛ spiritui egrediēti ad organa sensuū influxū suspēderat. Queadmodū si cādela illuminās cubile esset aniata: radios suos ad centrū lucis dū vellet attraheret: fieretq; cubile tenebrosum sine luminis extinctione vel cādele sepatione. Disci. De idēptitate vegetatiue/ sensitiue ⁊ intellectiue in hoīe: similiter ⁊ ipsius impti bilitate/ que volui audiui: de quantitate x̄o vegetatiue ⁊ sensitiue in vegetabilibus ⁊ brutis/ si idem sentias nōdum intellexi.

Augustinus
Exemplū de quodā presbytero

Si aīa sensitiua in brutis sit extensa ⁊ diuisibilis opiniones ponunt̄. ⁊ si diuisione aīa multiplicari possit. Ca. XVIII Magi.

Sensitiuam brutorū esse indiuisibilē: nec in minore minorē aut maiore maiorē nō spernēde auctoritatis p̄hi credidere: que tota sentit qd̄ in singulis partibus corpis fit: cum totam nō lateat: nec absens sentire posset. Manifestū est etiā ex prioribus: quoniā species visibilium in oculo extense nō sunt: igitur nec potentia. Per idē de speciebus ⁊ interiorib⁹ potentijs intelligendū. Non est aūt epitomatis nostri positiones multis rationibus fulcire: sed vnū ex p̄batissimis in testē assumere. Cedentibus autē ceteris diuo Augustino/ placuit hunc aduocare: qui in lib. de quātitate anie: non modo intellectiue/ sed sensitiue quoq; extensionē localē demonstrat longe abesse. Sed in oppositum multos mouere solet: q̄ in anulosorum ⁊ quorundam vermiū diuisione/ vtraq; pars ⁊ motum ⁊ sensum seruat: id autē aut partitione/ aut multiplicatione anie fiat necesse est: multiplicationē vti nature principijs contrariā refutant: partione igitur fiant concludunt. Disci. Et ego nō inerter conclusum existimo: ni argumenti nodulum inualid⁹ deduxeris. Magister. Animā de anima multiplicari: ⁊ quasi ex traduce nasci/ in superiorib⁹ explosum est. Qd̄ autem de candela accensa/ aliam accēdentē sine luminis sui diminutione in delucidationē dicti adducunt/ falsum esse constat: non em̄ lumen sine substantia in quo subiectatur in alteram transfertur candelam (accidens em̄ de subiecto in subiectum non migrat) substantia igitur lucida quam in candele capite flagitare cernimus nisi continuo de corpore candele restauretur/ citius ad incēsionem adductarum candelarum consumeretur. Disci. Ad aliud autem quid dicis? Nam vt aiunt/ indiuisibilis punctus ad diuisionem linee in vtraq; parte totus cadit: sic ⁊ anima. Magister. Punctum esse in linea libro octauo reprobatum est. esto aūt actu sit: vel destruitur si actionē

Augustinus

diuisionis accipit: aut in alteram partem solus cadit. Discipulus. Sic pars reliqua esset actu infinita: quia termino nō clausa. Magister. Non esset quidem clausa termino extrinseco/sed intrinseco. Discipulus. Duo igitur in linea puncta in potentia fuere: que diuisione facta in actum reducuntur? Magister. Probe. Sic quidam in planta vel bruto/vnam actu dicunt animā: potentia plures: que diuisione consummata in actum prodeunt virtute forme prioris: et beneficio corporis celestis/calore coagente. Huius nempe maxime est seminaria excitare. Cubantur em oua a calore fimi. Sic vtrasque partiū diuise plante/plantam dicunt imperfectam: facile autem perfici posse propter partium similitudinem: vtrobique enim manet quo alimentum digeritur. In surculo autem absciso/ et si radix non sit (cuius est alimentum sumere) sufficiens: tamen cibus per poros donec radices mittat/potest introire. ipsa nempe radix non nisi per poros solet alimentum attrahere: quibus obstructis deficiet planta et emoritur. Facile autem iuuatur /si radix finditur: et lapillus in fissuram ne concrescant extrema immittitur. Anguille autem et huiusce generis animalium partes diuisionis/animalia vocant imperfecta: nec posse perfici propter partium maiorem diuersitatem: non em os/et id quo digestio celebratur in singulis partibus reperitur. At vero diuus Aurelius eo libro quem de anime quantitate pretitulauit: non modo intellectiuam/ verū tamen brutalem/ nec loco contineri: et ideo corporalem quantitatem non habere docuit. Id quoque non omnino extranea similitudine explicuit. Nam et si nomen per litteras tanq̄ per partes diuidi possit: intelligentia tamen seu significatio non potest: quia nec longa/nec lata est. Sicut autem laniato corpore anima discedit: sic diuisum nomen significationem quam habuerat perdit. In quibusdam tamen nominibus viuunt partes literarū: quasi frustra corporum anima non diuisa: vt in hoc nomine lucifer: qd̄ in duas partes sectum/in vtraque viuit: vel potius quasi viuit: non em̄ eandem vitam: id est significationem habet diuisum quā integrum. Discipulus. Nescio si expressior similitudo ad hanc rem demonstrandā inueniri possit. Jam tamen in mentē venit: qd̄ nudiustertius ad dissoluendam hanc de partibilitate sensitiue anime questionem in medium attulit ignotus quidam: quem habitus et mores delyrum magis q̄ philosophum ostentabant. Magister. Quid ait is? Non enim amictus corporis magnopere/sed dicentis verba pēsanda sunt. Discipulus Dicebat is: brutalem animam per se quidem indiuisibilem esse: per accidens autem diuidi posse ad diuisionē corporis qd̄ informat. Magister. Non preter philosophiam locutus est: nam et diuus Augustinus in loco quo supra/positionem hanc non improbat: sed doctissimorum virorum esse affirmat. Nos ad alia properemus. e regione quippe campum spaciosissimū intueor/cui nomen est origo.

Augustinus. Anima non est quanta.

Quō aīa sensitiua sit diuisibilis.

Sextus campus originis. De origine anime gentiliū et catholicorū opiniones sub breuitate recitantur: et manicheorum insania hic improbatur: quia dicit animā esse partē diuine substantie. Ca. XIX Discipulus.

Quid in hoc campo venatu dignū arbitrare? Magister. Id quod non modo omniū seculorū ↄ gentium phos attonitos reddidit: sed ex nostris quoq; nōnullos perniciose errare / ceteros sententiā suā aliq̄diu suspendere: ↄ quid verius salubriusq; de essentia ↄ origine anime dici possit / ingenti labore perquirere coegit. Disci. In primis de philosophis deinde de ceteris te absoluas. Magister. Philosophorū positiones in principio libri decimi saltem vniuersali sermone cōmemorauimus: nec tam necessarium q̄ operosum est omnes singillatim explicare. Stoici animā corporeā astruunt. Hippon aquam credidit. Democritus ignem affirmauit. Diogenes ↄ Anaximenes substantiā anime aeream esse voluere. Permenides ex terra ↄ igne. Xenophantes ex terra ↄ aqua. Epicurus ex igne / aere / ↄ spiritu mixtā. vnde Varro animā definiens ait: Anima est aer conceptus ore / deferuefact[9] in pulmone / temperat[9] in corde / diffusus in corpus. Empedocles ex quatuor elemētis cōcretā. Critias sanguinē cordi diffusum. Chrysippus spm̄. Hiparc[9] ignis vigorē. Hinc ↄ Maro: Igne[9] est ollis vigor. Heraclit[9] scintillā stellarum essētie: alḋ Heraclit[9] exhalationē humidā. Philola[9] Aristoxenes harmoniā. Quib[9] alludūt Simmias: affirmās animā esse harmoniā ex ptib[9] corporis itegrātibus resaltantē: ↄ Dinarchus quatuor elementorū ↄcordiā harmonicā. Almeon diuinū quoddā ↄ semper mouens Xenocrates numerū maxime virtutis. Pythagoras ↄ Plato numerū se mouentem. Anaxagoras intellectum. Aristoteles endelechiam siue actum ↄ corporis formā. Et rursus de origine discrepantes: quidam eam semper fuisse: alij incepisse tradidere. Talium sententias diuus Hieronymus nostris cōmiscens / quinq; precipuas opiniones de origine aīe cōmemorat: scribens Marcellino ↄ Anapsichie / dicens: Super anime statu memini vestre questiuncule / imo maxime ecclesiastice questionis. Utrū lapsa sit de celo (vt Pythagoras phs / oēs platonici ↄ Origenes putāt) anima. An a ꝓpria dei substantia. vt Stoici. Manicheus ↄ Hispanie Priscilliani hereses suspicant. An in thesauro habeātur dei olim condite. vt q̄dam ecclesiastici stulta persuasione confidūt. An quotidie a deo fiant ↄ mittantur in corporali fm̄ id quod in euangelio scriptum est: Pater meus vsq; modo operatur / ↄ ego operor. An certe ex traduce. vt Tertulianus / Apollinaris / ↄ maxima pars occidētalium autumant: vt quodāmodo corpus ex corpore / sic anima nascatur ex anima: ↄ simili cum brutis animantibus conditione subsistat. Hec ille. Augustinus quoq; easdem opiniones / dempta / secunda in libro tertio de libero arbitrio. Item in epistola ad Marcellinum / in epistola ad sanctum Hieronymū de origine anime in epistola ad Optatum de codē recitauit: sed nullam amplexus in sententia aliq̄diu suspensus ꝑmansit. Manicheorum tamen errorem semper refutauit: quem ↄ beatus Hieronymus in expositione fidei ad Damasum papam anathematisat. Tanto enim facilius hic error conuincitur quanto manifestiore cōtradictione in angaria se concludit. Si enim anima dei pars est / creata esse nequit: creatam tamen dicit / qui ipsam de dei substantia productam intelligit. Amplius dei essentiam nō omnino simplicem / sed particulis distributam quot sunt anime: rursus dei patrē toti homini imperfectiorem: aut quālibet animarum immensam / omnipotentem / ↄ si que talia de deo verificantur / dici necesse est: ↄ quod execrabilius est: deum peccatis obnoxium / sicq; eternis supplicijs cruciandum necessario sequitur. Hunc errorem a diuo Augustino multifarie explosum relinquemus:

Phorꝝ opiniones de aīa
Varro
Vergilius
De origine aīe opiniōes
Job. 5. c
Tertulianus.
Appollinaris
Augustinus
Hieronymus
Improbatur error Manicheorum.
Augustinus

si prius vnum testimoniū ex ipsius libris adduxerimus: in lib. 11. de ciui. dei ca. 22. circa finē intulit. Si Manichei nō desiperent / vel potius insanirent: si dei naturā sicuti est incōmutabilem atq3 oīno incorruptibilem crederent / cui nocere nulla res possit: animā vero que voluntate mutari in deterius et peccato corrūpi potuit atq3 ita incōmutabilis luce priuari: non dei partē / nec eius nature que dei est: sed ab illo conditā longe imparē conditori christiana sanitate sentirent. hec ibi. Qui vero duplicē aīam in hoīe / vnam bonā: alterā mouentem ad malum et bonā facere nequeuntē fabulant: errorem nō minuit / sed auget. Nā fingunt: cū deus videret quāta labes et vastitas immineret regnis suis: nisi aliqd aduerse genti opponeret et ei resisteret: misisse hanc virtutē. i. animā bonā: de cuius cōmixtione cū malo et gente tenebrarū mundus sit fabricatus. Errorē hunc teterrimū diuus Aug. li. de duabus aīabus. et li. cōtra Fortunatū funditus eliminauit. Quid enī stultius et execrabilius dici potuit: q omnipotentē aliquā aduersam gentē timuisse? Primā et tertiā opiniones in cāpo imortalitatis ventilabimus. Phōrum aūt opiniones quattuor pncipales / q dicūt aīam vel aerē / fumū / flatū / ignē siue scintillā / sanguinē mouentē cor rc. sapiēs phūs li. Sap. c. 2. refutauit. et Aristo. 1. de aīa incōuenientes docuit. Nunc duas vltimas sub breuitate pcurramus. Dis. Ut libet.

Impugnatio philosophorum

Anime nō sunt ex traduce: sed singule singulis corporibus a deo creātur noue et infundūtur. Opinio Auicēne de intelligentiarū pductione refutatur. Cap. XX. Dis.

Animas pcreari ex traduce / pter scripturarū auctoritates quas diuus pater Augustinus in prefatis epistolis resoluit: id maxime arguebat: qr ab Adam omnes nascimur filij ire. Non aūt ratione carnis (cui peccatū inesse nemo sanus credit) igr ratione anime: que ex anima illius traducat: vel vt corpus de corpore / vel vt lucerna de lucerna accendit: aut in semine a parētis aīa simul decidat. Discussis aūt falsitatis tenebris hec quoq3 opinio reiecta est: et singulas aīas singulis nascentibus quotidie a deo fieri / vt rationi et fidei csonū receptū et approbatū est: tum ab Augustino / tum a Hieronymo: q pre ceteris hanc questionē elaborauere. Aīt Aug. li. de eccle. dog. sic ait: Animas hominū non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas / nec simul creatas: sicut Origenes fingit: neq3 cū corporibus per coitū seminant: sicut Luciferiani / Cirillus et aliq latinorum presumptores affirmant: sed dicimus corpus tm coniugij copula seminari: creationē vero anime solum creatorē nosse: eiusq3 iudicio corpus coagulari in vulua / et compingi atq3 formari: ac formato iam corpore animā creari atq3 infundi: vt viuat in vtero homo ex anima cstans et corpore: et egrediatur viuus ex vtero plenus humana substantia. attestat idem glo. in. c. qd vero. 32. q 2. Cōsentit diuus Hierony. li. 2. contra Rufinū. et in epla ad eundē. et regius ppheta dicens: Qui finxit singillatim corda eorum. Esaias quoq3 ait in persona dnī: Omnem flatū ego feci. quas scripturas de aīabus exponunt. Aristo. quoq3 li. de aīalibus. 16. solum intellectū ab extrinseco aduenire docuit. Quod aūt Auicenna in sua metaphysica de intelligentiarū vnius ab alia / insuper ad animarū ab intelligentijs productione disseruit: et auctor libro causarū eundem secu-

Preter christum et mariā matrē eius

Li. 2. senten. dis. 28.

Aug. c. 13.

Idem de spū et anima.

Anima creando infunditur

Hieronymus

Ps. 32.

Esaias. c. 57.

Aristoteles.

Auicēna. li. 9.

tus affirmauit/vt minus sufficienter ꝓbatū et catholice assertioni contrariū exploditur.

Anima est essentia simplex: nec ex materia corporali nec spūali cōposita physice: licet cō posita sit metaphysica compositione. Capitulum XXI. Magister.

Verunthū catholicoꝝ nōnulli ꝛ si aīas vt dictū est/singulas singulis a deo creari et infundi astruant/immateriales tū illas esse non admittunt: quoꝝ alij vt facilius q̄ obijciunt ꝓpellere valeant: aīas nō de materia corporali/sed spirituali: extensionis/priuatiōis et corruptionis penitus immuni ɔsistere affirmant. Facile vtrūqꝫ sine philosophie et fi-
Mgr̄ sniarū. dei iactura defensari potuit. eas tū nec de materia corporali/nec spūali: sꝫ de
Dionysius. nihilo a deo creari: Magister sniaꝝ li.2.di.17.et Dionysius li.de diuinis no.
Augustinus scripserunt. Substātie q̄ppe spūales: sicut sunt incorꝑales ita et immateriales. Qꝫ aūt Aug.li.de eccle.dog.omnē creaturā corporeā dicit: mox causaꝝ et intellectū dicti subiūgit: Quia nō vbiqꝫ sunt/sed localiter circūscribunꝫ: sicut aīa que carne claudiꝫ: vt posthac declarabiꝫ. Idē in ep̄la ad Hiero.de ori
6. Compositio simplex gine aīe deducit. Dis. Simplex igiꝫ essentia est aīa? Magi. Simplex est per exclusionem cōpositionis physice: que est ex materia et forma naturali.
Quō aīa dicaꝫ cōposita. cōposita vero est cōpositiōe metaphysica: que est ex realitate et realitate: quarum vna se habet in potentia vt qō: altera in actu vt quo. ab illa genus/ab
Boetius. ista differentia sumiꝫ. Hinc Boetius lib.de trinitate: In oīnī qō est citra primū/est hoc et hoc.i.qō est et quo est. Est et in ea accidentis et subiecti cōpositio.
Aug.c.6.ꝛ.c.10.de ciui. de luce eīn in tenebras: de scientia in ignorantiā mutabilis est: de illa Augu.li.6.de trini.et.11.de ciui.dei/disseruit: Nos reliqua percurramus.

Excusat se auctor de tarditate ad respōdendum: et positiōes de anima vegetatiua et sensitiua enumerat. Cap. XXII. Dis.

Que de origine et substantia anime digesta sunt/de sola intellectiua intelligenda inducta testimonia persuadent. de vegetatiua igitur et sensitiua q̄d astruis? Mag. Difficiles difficillimis questiones
Hieronymus accumulas/nō aduertens/materias grandes (vt inquit Hiero.) ingenia parua ferre nō posse. insup q̄ odiosum sit/ex multis positiōibus vnam preferre nihilipendis. Ego aūt econtrario ad respōdendum efficior tardior: quo ingenij paruitatē/stili ruditatē et epitomatis prescriptos limites cōsidero attentius. quorū primum arcana nature nō penetrat: alterū sane conceptū obscurius explicat: vltimum nec selectū corroborare/nec neglectum sinit rationibus confutare. Dis. In singulis his eo facilius veniam dabo/ quo minꝰ ea a te exquiro. plano aūt sermone ad propositam questionem respondere te
Opiniones de aīa brutis. plurimū hortor. Mag. De brutali aīa diuersi diuersas protulere sententias Asserentibus alijs a creatore omniū has aīas in primordio ex materia quadam spirituali productas: consequenter vero ex illis in specie cōsimiles actione nature eductas. Alijs oppositū tuentibus/ visum est eas et a primordio

et deinceps a solo creatore de nihilo fieri. quibus suffragari videtur dictum Augustinus.
Augustini libro de vera religione dicentis: Nulla vita est que non sit ex deo:
quia deus vtiq summa vita est/et ipse est fons vite. et regius ppheta cum Ps.102.
de animantibus terre marisq sermonē texeret/subiecit: Auferes spiritū eo-
rum et deficient et in puluerem suum reuertent. Emittes spiritū tuum et cre
abuntur: et renouabis faciē terre. Ceteris deum a quotidiana creatione se-
questrantibus/persuasum est animā ab anima generari: non per decisionem
aut partium separationē/sed quemadmodum accensa candela alias accen-
dendo sine luminis proprij diminutione multiplicat. Cum enim omnis ani-
ma (vt aiunt) indiuisibilis sit: ad diuisionē materie in partes vtrobiq tota
cadit. sicut cernere est in surculi decerptione: et anguillarū diuisione. Sed qr
nec ea sententia satis perspicua videt: placuit reliquis animas huius gene-
ris a primordiali rerū origine beneficio creatoris vel ex nihilo/vel precrea-
ta ratione seminali esse cepisse. deinceps autem non per creationē/ sed natu-
re actionem ex inditis a creatore elementis generatiuis seminalibus coagē- Gen.1.d.
te celorū influxu in propatulum prodire: fm q scriptū est in Gen. Producāt Li.3.c.8.et.9
aque reptile aīe viuentis 7c. Hec sententia verbis diui Aug. corroborari pos
set: que ex egregio de trinitate ipsius volumine li.9. cum de plantis ageretur
inseruimus. et lib. de eccle. dog. ait: Animaliū vero anime cum carne ipsa car
nis viuacitate nascunt/et cum carnis morte finiunt. Simile in libro de spiri-
tu et anima legitur. Libro quoq de animalibus Aristo. idem sensisse videtur Aristo.li.6.
Sunt tamen qui nec semen/ nec celi influxū viuentes substantias attingere animaliū
concedunt. agens equidem prestantius est passo: omne autem viuens prestan
tius est non viuente. ex.12. de ciui. dei. inanimati igit celi: et quelibet semina
viuentem animam attingere nequeunt. Omnis itaq anime causalitatē deo
immediatius attribuunt: nec tamen animas tales creari admittunt. Creatio
namq nullam pro recipiēda forma materiā exigit. sicut in plantis et anima
libus esse conspicimus. Hec positio et si philosophie principijs innitat: pre-
cedenti tamen preiudiciū non facit. Nam quod de nobilitate agētis assumit:
non ratione essentiarū/sed causalitate accipi potest. nobilius est enim agere
q̄ pati. vel quia in simplicibus et vniuocis locū habet: celum aūt et semina-
ria vis vnā causam aggregāt: cuius ad minus pars vna equiuoca est ad for
mam introducendam. Celum insuper inanimatū ex his que libro septimo di
gesta sunt concedimus. Seminaria autem elementa omnino mortua dicere
non possumus. viuunt enim semina/accepta a creatore vita latenti: que opor Semen viuit
tunis temperamentorum occasionibus excitata erumpit/7 species suas per-
agit: iuxta sancti Augustini traditionem.

VII. Campus īmortalitatis. inqsitio īmortalitatis aīe multoꝝ fuit; sed inuentio paucorū. quoꝝ nonnulli ob amorē alterius vite necauere seipsos; quod tñ minime licet. insup quibus rationibus tum a Platone tū ab alijs aīe īmortalitas ꝑsuasa sit. Ca. XXIII. Dis.

CEleri nunc gressu quē ex aduerso campū intueor auidius percurra-
mus: vt simul cū solis occubitu hic liber finē accipiat. Mag. Haud
scite hunc vastissimū campū innumeris anfractibus interceptū va
rijs itē et densissimis vepribus ꝯsitū celeriore cursu percurrendū mones. nā
Augustinus diuus Aureli. in. 11. de tri. c. 9. de vera beatitudine et aīe immortalitate disse-
rens ait: Humanis q̇ppe argumentationibus hec inuenire conātes: vix pau-
ci magno prediti ingenio: abundātes ocio/doctrinisq̧ subtilissimis eruditi/
ad indagandā solius aīe immortalitatē ꝑuenire potuerunt. Qui tñ aīe bea-
tam vitam nō inuenerūt stabilem. i. verā: ad miserias eā q̇ppe vite hui⁹ etiā
post beatitudinē redire dixerūt ⁊c. Dis. Lento igiť passu hec duo ꝑ ordinē
despiciam⁹. Mag. Aīe imortalitatē phōꝝ nōnulli cū didicissent/amore futu
Lactantius re felicitatis sibijpsis man⁹ intulerūt. vt Cleātes/Chrysippus/Zeno/Em-
Hieronymus pedocles et Cato. inq̄t Lactāti⁹ li. 3. c. 18. istitutionū. et diuus Hiero. sup Da
nie. c. 1. Zenonē principē stoicoꝝ inferos et immortales aīas ꝯcessisse astruit.
Theobrotus. Theobrotū q̧q̧ lecto Platonis libro vbi de immortalitate aīe disputat/se ꝑ
cipitē dedisse de muro: atq̧ ita ex hac vita emigrasse ad eam quā credidit es-
se meliorē Aug⁹. 1. de ciui. dei. ca. 22 refert. Verū in eodem: nulli hoīm lice-
re in seipsum manus truculentas inijcere abunde deducit. Hos huiuscemodi
et varias rationes ꝓ affirmanda aīe immortalitate ꝯsulto preterimus: nec
Aristoteles ex his q̄ ab Aristo. in lib. de anima/in metaphysica: aut in ethicis scripta cer
nuntur euidens demonstratio colligi poterit. Ceterū in de aīalibus solum in
tellectū ab extrinseco aduenire astruit. in lib. vero de pomo et morte (si ipsi⁹
est) id clarius expressit. Dis. Platonis aūt argumentū quod est cui Theo-
brotus tantum credidit? Mag. Numerus seipsum mouens indeficiens est:
anima numerus est seipsum mouens: non igiť anima interire pōt. Dis. Nu-
merum et motum inter accidentia connumerari. lib. 8. digestū est: aīam vero
substantiā esse que in. 10. lib. tractata sunt cōprobant. sic syllogismi premissi
alteram ꝓpositionē falsam esse necessario sequiť. Mag. Numerū numeran
tem et motū se mouentē (qualem Plato credidit animā) substātiā esse/ nihil
horū que disseruimus prohibet. vñ cum in mouentibus et motibus deuenien
dum sit ad id quod ex se moueť: non participatione motus/ preter intellectū
nullum aliud assignari potest. Prima nempe causa immobilis est: et primū
corporum stare potest: in ipso eñ motus a substantia secerniť. Dis. Num et
anima exuta corpore ipsum mouere desinit? Magi. Etiam fili. Accessori⁹
equidem est hic motus. Unde debita corporis harmonia corrupta/motus vi
uificationis in eo desinit: et aīa (que sine tali motu corpus nō informat) rece-
dit: seipsam aūt motu intellectuali mouere in perpetuū non cessabit: intelle-
ctis eñ alijs super seipsum reflectiť motus: et circularis efficiť. nunq̧ eñim
Aug. de trini. seipsam intelligere destitit ex quo esse cepit. ait Aureli⁹. Dis. Habet igitur
li. 14. c. 10. motus sui principiū? Ma. Aiam sui esse/ deū habere auctorē cognouimus:
Aīa seipsam quō ergo motū ipsius q̄ viuit principio carere dicemus? Uides q̄ rotunditas
intelligit semꝑ motui cōgruit: facilius eñ moueť qō magis rotūdum est: maximū igiť rotū
dum q̄ rotundius dari nō posset/si super ꝑfecte planū caderet/motū ꝯtinua-
ret sine termino: esset nāq̧ mouens et mobile. Sic intellectualis natura ex q̄
esse cepit/seipsam sine fine intelligit: et cū alia cognoscit/ratiocinādo se mo-
uet. vt q̄ttuor nō sunt duo: q̄ q̄ttuor tria ꝯtinet: duo aūt tria nō habent. pari-
formiter et in ceteris. Preterea tp̄s inter corruptiōis causas Aristoteles cō-

memorat que eũ corrumpunt/generata sunt et tpe mensurant:tps aũt vt vi sum est cũ sit numerus/ab aĩa dependet:aĩa vero tpi subdita non est:sed ad tempus se habet vt visus ad oculum:q̄ licet sine oculo nõ videat/tñ non habet ab oculo ꝙ visus est.sic aĩa in mensuratione motuũ tpe vtit. et in hunc vsum varia instrumenta fabricat. Motus itaq; discretionis aĩe qꝛ tpe mensurari nõ habet:tpe finiri neq̄t:ideo perpetuus est. Adde:qꝛ nullus vel numerꝰ vel motus põt aĩe mensurandi ac numerandi motũ euacuare:qꝛ oẽs precedit motu suo intellectiuo. Aũ ratio circuli ante omnẽ motũ est/nec in tpe ꝯstringitur:hec tñ in aĩa rationali reperit:silr et cetere mathematice discipline: et incorruptibiles scibiliũ veritates:quare ⁊ aĩam immortalem esse manifestũ erit. Dis. Non mediocriter mouet:qꝛ veritates inuariabiles quas aĩa abstractas intelligit cõplicat:et addiscenti miro modo explicãdo manifestat: nec in talibus corpore necessario vtit. limpidius nãq; hec intueor dũ clausis oculis:et quoad fieri potest mentẽ supra corpus eleuo. Mag. Plane. Nam ꝓphete in extasi aut raptu/silr et in somnis secretissima ꝯtẽplabant. clarius aũt ab oĩ corpali mole liberata aĩa talia intuet. Di. Persuasus sum. Ma. Confirmat hoc:ꝙ marcescẽte corpore/reddit aĩa ad ꝯtẽplandas altissimas veritates expeditior:nec a maxime intelligibilibus ledit:quẽadmodum dissolubiles potentie ab excellẽti sensibili corrumpunt. Preterea desideriũ naturale frustratoriũ esse neq̄t. li.3.de aĩa.2.phys.et.1.de celo et mundo Arist. astruit. Omnes hoĩes aũt naturali desiderio beatitudinẽ appetunt. ait sanctus Augꝰ.li.3.de tri.ca.8.et Aristo. primo ethicoꝝ. Beatitudo vero nõ potest haberi in hoc mundo. ẜm beatũ Aug.lib.2.de ciui.et Boetiũ lib.3. de cõsolatione philosophie.igitur necessariũ est aĩas in aliud seculũ durare:ibiq; desiderata beatitudinis eternitate potiri. Sed q̄d plura? Jmago et resplendentia viuentis in secula creatoris quomodo desineret:cum nec dies illustrata sole deficeret:si in nostro hemispherio sol semper consisteret?

Arist.4.phy.

Aristoteles
Augustinus
Boetius.

Quibus scripturarũ testimonijs confirmari possit anime immortalitas: et quõ anima respectu dei mortalis sit: quia mutabilis: et de duplici eius morte. Cap. XXIIII. Mag.

Sed ne quopiã veritatis lumen qđ ex premissis de aĩe perpetuitate hausisti obtenebrari possit:ipsum sacroꝝ eloquioꝝ muro circũda: Aũ ait veritas: Ego vitam eternã do eis. et Aureliꝰ in eccle. dog. ca.15. quẽ librum nonnulli Gennadij dicunt) solum hoĩem credimus habere aĩam substantiuã:que exuta corpore viuit:et sensus suos atq; ingenia viuaciter tenet. Non cũ corpore morit: sicut Arabs asserit. neq; postmodum interitura:sicut Zenon dicit:qꝛ substantialiter viuit. Jdem lib. de spiritu et anima c.48.dicitur. Et Dionysius de diuinis nominibus.ca.4. Anime humane habent ex bonitate diuina ꝙ sint intellectuales:et ꝙ habeant substantialem vitam et inconsumptibilem. Et Cicero in lib. de senect. introducit Socratem apud Platonẽ dicentem: Quid multa? Sic mihi persuadeo/sic sentio: cum tanta celeritas animoꝝ sit:tanta memoria preteritorum/futuroꝝ prudentia:

Anime imortalitas.
Johannis. 2.
Augustinus.
Dionysius
Cicero.
Testimonia gentium

tot artes: tante scientie: nō posse eam naturā que res eas continet esse mortalem. Et in fine adiungit: O preclarū diem/ cū in illud animorum ꝯsiliū ꝓficiscar: et cū ex hac turba et colluuione discedā. et plura ibidē. Ualerius maximus Ualerius quoq3 maximus lib. 2. nōnulla ad id ꝓpositū ꝯtulit. Uergilius Uergilius quoq3 in. 6. enei. et Ouidius lib. 9. metamor. et poetarum numerosa turba aīam immortalem credidit. Canones Ouidius Sed q̄bus nec ista satis faciunt. c. penul. 24. q. 3. legant: et contrariū asserentes inter se hereticos inueniēt. Dis. Si sacris l̄ris dicta firmare ꝯtēdis: q̄ cō 1. Thimot. 6. traria videntur ex his testimonia dissoluas necesse est. Ait enim Ap̄ls loquēs dub. Ezech. xviij. de deo/ q̄ habet immortalitatē solus. et ꝓpheta Ezechiel: Anima q̄ peccauerit/ ipsa morietur. Ma. Fortiter opponis: sed hec longe aliter accipiēda sunt. Quo deus est immort. Solus enim deus immortalitatē habet: qui cū incōmutabilis sit: sicut vitā in semetipso habet/ sic seipsum ꝯseruat: et ipsum nō esse impossibile est. Anima aūt mutabilis de bono in malum accepit esse per creationē: et a creatore ppetuatur per indesinentem ꝯseruationē. Mors anime duplex Ezechielis aūt vaticiniū de morte ꝑ peccatum quod priuat animā vita gratie intelligendum est. de qua in lib. Sap. Sapientie. 16 Per maliciā occidit homo animā suam. quia peccatū gratiam expellit. cuius De peni. di. 1. presentia anima sicut corpus per ipsam viuit. inquit Augustinus. Est et alia 2 pa. resuscitatus. et Aug⁹. anime mors et quedam summa alienatio. s. eius a vita dei in eternitate supplicij. vt testatur idem lib. 6. de ciuita. sed de hac in campo miserie. Nūc que lib. 6. de ciui. dei. c. 12. restant in hoc campo lustrabimus.

Sola rationalis anima immortalis est. positio aūt Platonicorū de anima mundi: in quā plantarum et brutorū animaliū resoluendas putant exploditur: et contrariū luculentissimis testimonijs sancti Augustini astruitur: Capitulum XXV. Disci.

Aug⁹. de eccle. dog. 15. et 16. Anime humane solum/ an et ceteris immortalitatem inesse credis? Mag. Premissum ex lib. de eccle. dog. testimoniū/ solum hoīem immortalem habere animā explicat. quod si minus est/ adducam quod in eodem ca. sequenti additur. Animaliū vero anime nō sunt substantie (intellige corruptibiles). Aīa hoīs solum est immort. Ān sequitur: sed cū carne ipsa carnis viuacitate nascuntur. et Platonis et Alexādri positiones cum carnis morte finiuntur: et ideo nec ratione reguntur/ sicut Plato et Alexander putant: sed ad omnia nature incitamenta ducuntur. Disci. Si igitur iuxta Platonicorum positionē immortales sunt anime etiā irrationales. arbore succisa: et bestia moriente/ vbi manent illarū anime si non corrumpuntur? Ma. In animā mundi inquiunt resoluuntur. nam vt aiunt/ ab ipsa sunt. Ān sicut anima rationalis tota in toto/ et tota in qualibet parte hominis est: sed non eadem officiā in omnibus exercet. in oculo etenim videt: et dicitur visiua. in auribus audit: et est auditiua. et sic de alijs. Sic vt aiunt/ anima mundi impartibilis in toto mundo tota &c. lapidibus prestat esse: plantis vegetare: brutis sentire. Hec inquiunt ante aduentū intellectiue embrionē vegetat: et id exercitiū in nonnullis mortuis exercet: quibus et vngues et capilli crescunt. Aīa 3 Uarro Triplicem enī gradum animarū Uarro distinguit vt refert Aurelius lib. 7. c. 23 Aug. de ci. li. 4. c. 11. vegetatiuū in plantis: sensitiuū in astris: que mūdi sunt oculi. et intellectiuā

in quo hoïes deo videntur similes. Solos eñ illos animaduertisse q̃d sit deus credidit: qui eũ aïam motu ac ratione mundum gubernantẽ affirmant. Nam et ipse (vt ait Aurelius) dicit deũ se arbitrari esse animã mundi: et hunc ipm mundum esse deũ. Alludit Vergil. cũ ait: Jupiter est quodcunq̧ vides: quod cunq̧ mouet. Plato aũt mundum esse animal beatissimũ et sempiternũ / sic et sidera instanter affirmat. vnde et homo grece microcosmus. i. minor mũdus dicitur. hoc aũt q̃ improprie diceret: si macrocosmus. i. maior mundus / cui homo similitudinẽ gerit / animã non haberet. Et quia ab hac anima oïm motus / ordo et discretio est: ipsa quoq̧ numerus seipsum mouens appellatur. Nec mirũ si Aristoteles eam ipsam naturã sagacem / alij fatũ / alij necessitatẽ complexionis dicere voluere. Singuli tñ positiones suas moderãtes (de quibus disserendi locus nõ est) in illa nõ modo aïas / sed et oïm rerum formas ante rerum productiones: nõ quidem tempore / sed natura preexistere Platonici voluere: nec formas vt in rebus sunt et in mundi anima secundum rem: sed secundum essendi modũ tantũmodo differre. Multa secretiora quedam philosophie circa anime mũdi declarationẽ explicanda veniunt: que consultius in epitomate istoc silentio preterimus. Augustinus vero in locis prenominatis positionẽ de anima mũdi ratis exterminat. Quid aũt de animabus stellarũ / et ex consequenti aliarum mundi partiũ sentiam. lib. 7. non omnino preterisse memini. Dis. Conclusionem igitur in premisso ex lib. de ecclesiasticis dogmatibus capitulo tenendam censes? Magi. Etiã fili. Nã et in lib. de fide ad Petrũ loquens ait. Quosdam spiritus sic deus creauit vt semper essent: q̃sdam vero vt quãq̧ spiritus desinerent: illos itaq̧ desituros. quosdã ex aqua: quosdam q̃si sic voluit produxit ex terra. et infra: Spiritus oïm animalium tãdiu spiritus sunt / q̃diu in corporibus viuunt. anima quippe que rationis capax diuinitus facta non est / cũ carne sua et incipit et desinit viuere: quia qui corpori vitã non tribuit / et ipsa nõ viuit. Atq̧ ita miro modo cum omni carni anima sit causa viuendi / spiritus tñ irrationalis tamdiu viuit q̃diu in carne manere potuerit: et dũ a carne sua separatur extinguitur. Alludit dictis qd̃ beatus Greg. in. 4. dialogorum de triplici spũ a deo creato astruit. Dis. De ratiõe vero quã idẽ locus a brutis seiungit / q̃d ais? Mag. Tu primũ quid te moueat exponas.

Idem lib. 7. c. 6.
Vergilius.
Platonici
Augustinus
Augustinus
Gregorius

Animalibus brutis inesse rationem imperfectam et informem quomodo concedi et argui possit ex his que operari solent. Capitulum XXVI Discipulus.

Ne multa preter ordinẽ cõmiscere videamur / proprio capite de hoc loqui exordiamur. Vides ne (vt a minimis ad maiora ascendam) araneas circa ediũ fenestras telas suas ordinatim contexere: et in centro vel circũferentia predam aduolitantẽ. s. muscã diligẽter obseruare? Formicas in estate granorum aceruũ comportare: in conseruãdis singulari industria vti? Itẽ hyrundines q̃ artificiose ex luto nidos conglutinare / omni vidẽti perspicuũ est. Quid dicam de canibus? q̃bus tanta inest discretio: vt dñm ab alienigena / latronẽ et homicidã ab insonte in vindicta secludant: in biuio feram altera declinasse parte syllogisant. Ciconiarũ / equorum et elephantum naturas longum esset commemorare: q̃ singulari prediti noscuntur ingenio.

Plinius.

Philo Alexandrinus — Hieronymus — Brutorum ratio informis

Mag. De brutorū ratione Philonem scripsisse Hierony. lib. de viris illustribus testat. Hanc si nos quoq; irrationabilibus nō omnino adimere voluerimus: ipsam nō simpliciter rationē/ sed rationē informem dicere possumus. Sicut eñ visus in colorū discretione confusus est/ et informis: formatur aūt in ratione inter album et nigrū discernēte: sic brutoꝝ discursus si q̄s in operando cernit ꝯfusus est: nec satis distinctus. Huius in hoīe simile quodāmodo conspicimus: intellectu tñ formari haud ignoramus. Nunq̄d qui vocabulorum vim ignorat: legens librū per differentias litterarū/ syllabarū et vocū discurrit: intellectus aūt si adhibet/ discursum esse bene aut male dijudicat. Dis. Sic cani a deo vim collatam dici posset: qua ex his que sensu deprehendit specialius syllogiset. informem tñ esse hunc discursum/ cū nesciat si bene/ an male discurrat. Magi. Hanc vim rationē nonnulli appellant: cū discursus et discretio (q̄uis ꝯfusa) omnino a ratione seiungi nō possit. Vñ et Aurelius lib. 11. de ci. dei. cap. 27. Inest sensibus irrationabiliū aīaliū et si scientia nullo modo/ ac certe quedam scientie similitudo. Ait aūt: scientia nullo modo. nā vt in libro de fide ad Petrū scribit: nullam intelligendi facultatē diuinitus acceperunt. Et Dauid rex: Nolite fieri sicut equus et mulus q̄bus non est intellectus. In imperfectioribus aūt operibus: vtputa grana illo vel illo loco reponere: telam in fenestra potius q̄ alia domus parte texere ꝛc. partim ex experimento ꝛ memoria preteritoꝝ est in his que experte sunt: partim ex nature instinctu. Nam telam texit aranea/ et grana colligit recenter formica ꝓducta. operatur aūt et inclinat nature instinctus in eisdem specie ad similia: ideo omnes hyrundines similes nidos/ aranee telas similes fabricāt. Qui aūt cognitione ratiocinatiua operant: opus ad placitū variant. Vñ nec omnes hoīes scriptores: et q̄ scriptores/ nō similibus characteribus scribūt. Dis. Aperte loqueris: nec alia dilucidatione opus est. Ad alterum quod Augustinus in premissis verbis innuit: animarū. s. regressum sermonē vertam.

Augustinus (margin); Ps. 31. (margin)

De reuolutione animarum a celo in humana et bestiarum corpora; et de ingressu earūdem in celum: qui et quid philosophi senserunt. Capitulum XVII. Magister.

Pythagore platonis et aliorū error circa reuolutionē aīaꝝ — Hieronymus — Ouidius

Non omnibus quibus (vtcunq;) anime immortalitas innotuit causa coniunctionis cū corpore/ et recessus ab eodem eque patuit. In primis aūt opinionē illoꝝ qui animas tpe precessisse corpora voluere sub breuitate transcurramus: dehinc innixam veritati sententiā t[ene]amus. Di. Probe. Ma. Pythagoram aūt primum μετεμψύχωσιν id est transanimationē docuisse: et adeo q̄dem generalem/ vt animarū nostrarū in bestias/ et rursus bestiarū in hoīes/ et talium in plantas transitū crederet. Hinc vt testat diuus Hieronymus lib. 2. contra Iouinianū ca. 35 pythagorici omne quod mouet et viuit edendum nō putant: ꝛ eiusdem criminis reos arbitrantur qui abietem/ quercūue succiderint: cuius parricide sunt et venefici. Ipse insuper Pythagoras se dicit in bello troiano fuisse militē Euphorbū et ibi occisum a Menelao: qui minor Atrides dicebat. Vnde Ouidius li. 15. μεταμορφώσεων de transformatis opinionē Pythagore pertractans/ in persona ipsius ait: Ipse ego me memini troiani tpe belli/ Pantoides Eu-

„ phorbus eram: cui pectore quondam Hesit in aduerso grauis hasta minoris
„ Atride: ⁊ rursus in eodem: Morte carent anime semp̄ priore relicta: Sede no
„ uis domibus viuunt habitantq; recepte. Omnia mutant̄ nihil interit errat:
„ ⁊ illinc huc venit. hinc illuc ⁊ quoslibet occupat artus Spiritus eque feris
„ humana in corpora transit: Inq; feras noster nec tempore deperit vllo. Atq;
„ nouis facilis signatur terra figuris: Nec manet vt fuerat nec formas seruat
„ easdem: Sed tamen est eadem: animam nec semper eandem Esse: sed varias
„ docet migrare figuras. Plato altissimarum speculationū cupidissimus Py- **Plato**
thagore dogmata audiens/ non modo nō respuit: sed ipse quoq; animas ho-
minum post mortem reuolui vsq; ad corpora bestiarum scripsit ⁊ tenuit. Hūc
secuti Apuleius/ Plotinus/ Porphyrius/ Varro/ Vergilius/ Tertulianus/
Origenes quoq; nōnulla q̄uis impia de animarū reditu scripsere. Quorum
alij omnes animas puras ab initio conditas arbitrantur: ⁊ eas que ab omni
contagione corporis libere sunt/ celum possidere: appetitiuas vero corporum
latenti desyderio de celo prospicere: ⁊ pondere terrene cōtagionis/ paulatim
in inferiora dilabi/ corporibus diuersis coniungi. ⁊ ab his tandem resolutas ⁊
purgatas/ non ea qua descenderūt porta ad superos reuerti. Duas equidem
in celo portas pro descensu ⁊ ascēsu animarū/ Macrobius super somnio Sci- **Macrobius**
pionis ad mentem Platonicorum explanat. Prima est porta hominum/ et
descensus: cancer. s. Altera Capricornus porta deorum: qua rursus ascenden-
tes anime immortalitatem deorum consequuntur. Galaxia autem per signife-
rum protensus circulus locus est beatorū. Cetera autem signa transeuntes/
quasi ebrie ex vissis diuersis obliuiscuntur eorū que habebant in celo. In sphe-
ra Saturni acquirunt intelligentiā: in Ioue vim agendi: in Marte animosi-
tatis ardorem: in Sole sentiendi opinandiq; naturam: in venere motus volu-
ptatum: Mercurio interpretandi vigorem: in Luna vim auguriandi. Purga-
tas quoq; euocari ad letheum fluuium: vt inde bibētes obliuiscant̄ preteritorꝝ
malorꝝ que in corporibus passe sunt/ ⁊ ad supera conscendāt: ⁊ ab his rursus in
inferiora reuerti cupiāt. Vnde Vergilius platonice dixit: Letheum ad fluuiū **Verg. 6. eneí.**
deus euocat agmine magno (scʒ animas) Scilicet imemores supera conuexa
reuisent: Rursus ⁊ incipiant in corpora velle reuerti. Intantū etiā Apuleius **Apuleius**
desipuit: vt in li. de deo Socratis assereret animas hominū in demones trāsi-
re/ vel lares si boni sunt/ vel lemures siue laruas si mali. Manes autē deos di-
cūt. Varro autem animarū reuersionē ita constrinxit: vt nō in bestiarum/ sed **Varro**
ppria corpora redire eas diceret. Porphyrius quoq;: ⁊ Iamblicus idem as-
seruit: ⁊ post purgationē de celo nō reuersuras amplius in alia corpora. Pur-
gationē vero animarū/ quā theurgiam dicunt/ ⁊ has falsas opiniones Aure- **Aug⁹: de ciui.**
lius libro. 9. et. 10. de ciuitate sufficienter cribrauit. Et beatus Ambro. li. de **li. 22. c. 28.**
fide resurrectionis. c. penultimo ⁊ vltimo huius figmenti auctores irridet/ di- **Ambrosius**
cens: Neq; enim mirum debet videri qd̄ credetis vos in bestias posse mutari
qui bestias adoratis. Discipulus. Pythagoram/ Platonem/ Porphyriū
ac ceteros gentilitatis caligine obfuscatos in difficillimis questionibus/ ani-
marum scilicet origine ⁊ perpetuitate errasse paruifacio. Originē vero quē
singulari ingenio ⁊ vite puritate claruisse: ⁊ sacras literas non modo legisse
verumetiam abunde exposuisse ferunt: in dictis questionibus delyrasse/ quis
facile crederet? Magi. Nemo nisi qui eius scripta singulari diligentia consi-
derauere. Discipulus. Et qui fuere isti? Magister. Diuus Hieronymus ⁊

Augustin⁹ ingenio/eloq̄o/doctrina/fide ⁊ sanctitate clarissimi. Discipulus. Pauca si presto sunt ex his de Origenis circa animas errore deducas.

Origenis error de lapsu animarū de celo ⁊ mutatione earundem in demones: ⁊ de salvatione demonū. Ca. XXVIII Magi.

Hieronymus

Origenis opinio

Beatus Hieronymus ad Auitum scribens inter ceteros errores Origenis quos in libris περι αρχων. id est de principijs docuit etiam hunc de animabus aperte ostendit: ⁊ in expositione fidei ad Damasum papam condemnat. Credidit em̄ Origenes (vt plano sermone pauca referam) animas in celis fuisse angelos: vbi que postq̄ peccauerunt delectas in istum mundum in diuersa corpora/tanq̄ in carceres pro delicti qualitate: in quibus si noluerint ad meliora conuerti: in alio mundo demones fieri: demones quoqꝫ si voluerint ad meliora conuerti: in alio mundo vel mūdis per supplicia atqꝫ tormenta in corporibus erudiri: et rursus ad angelicam peruenire dignitatem. Nos quoqꝫ si negligētius non egerimus/in corporibus angelos futuros ait. Animam etiam angelum ⁊ demonem (quos vnius asserit nature/sed diuersarum voluntatum) pro magnitudine negligentie ⁊ stulticie iumentum posse fieri: et pro dolore penarum ⁊ ignis ardore magis ac magis eligere vt brutum animal sit: ⁊ in aquis habitet ac fluctibus: ac corpus assumere huius vel illius pecoris. Et q̄uis hec dogmata nō iuxta suam sententiam in primo periarchon dicat: in sequentibus tamen multa alia erronea inducens suam fatetur: vt patet per Hieronymū quo supra. Epiphanius quoqꝫ in epistola ad Johannē hierosolymitanū episcopum (quā sanctus Hieronymus e greco in latinum transtulit) Origenem hec sensisse libere astruit. Insuper ⁊ discipulos suos docuisse: ne quis oret in celum ascendere: ne peius iterū peccās q̄ ante peccauerat/rursus precipitetur in mundū. Propter has nāqꝫ animarū circulationes diuersos sibijnuicem succedere mundos sensit ⁊ scripsit: inquit diuus Augustinus libro. 11. de ciuitate dei. c. 23. Errorē hunc pessimum Augustinus varijs locis cōfutat: vtputa li. 11. c. 23. libro. 12. c. 13. libro. 19. ca. 20. in epistola ad sanctū Hieronymū de origine anime: de eodem ad Euodium ⁊ Optatum. ⁊ libro. 12. de trinitate ca. vltimo. Sacri etiam canones errorem istum inter hereses damnant. 24. q. 3. ca. penultimo.

Epiphanius

Augustinus

Q.d anima non est in corpore vt in carcere in quo luat in celo commissa: sed vt in proprio perfectibili. Ca. XXIX Disci.

Catholica positio.

Roma. 9. c.

Explosa vanitate/quid tenendum sit videamus. Magister. Animas rationales quotidie singulis corporibus sufficienter dispositis singulas a deo creari ⁊ simul infundi ex prioribus liquet. Infundūtur autem non vt carceribus in quibus nescio que priora delicta luant: que em̄ simul infundendo creantur/prius non erant/nec peccauerunt. Hinc ⁊ ap̄ls loquēs de Jacob et Esau ait: Cum enim nondum nati fuissent: aut aliquid boni egissent/aut mali/ex vocāte dictum est: Jacob dilexi: esau autem odio habui

Rursus qui carceribus penaliter includuntur: eos non modo non amant/ sed si possunt effugiũt. anime autem tali amore corporibus copulantur: vt iuxta apostoli vocem: non expoliari/ sed superuestiri velint. Discipulus. Num idem dixit desiderium habens dissolui et esse cum christo? Et iterum: Infelix homo ego/ quis liberabit me de corpore mortis huius? Dauid insuper ait: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Magister. Prompte scripturarum loca adducis: sed fortasse minus intelligis. Nam vt beatus Thomas exponit: Paulus non refugiebat corporis naturam: quia ab eo expoliari nolebat: iuxta priorem vocem: sed volebat carere infectione concupiscentie et corruptione corporis que aggrauat animam ne possit deum videre. Unde notanter dixit: de corpore mortis huius. Non igitur anima corpori tanq̃ carceri: sed proprio perfectibili vnitur: non per assistentiam vt rector nauis: quẽadmodum maledictus Auerrois somniauit: sed per realem informationẽ vt per se forma: vt exprimit clemẽtina vnica de summa trinitate et fide catholica. Cum autem talis informatio consistat in proportione harmoniaca que in alio eadem non reperitur: ideo nec anima vnius corpori alterius vt forma coniungitur/ sed cuiq; propria infunditur/ creatoris voluntate: vt in eis ipsi famulantes maiorem mereantur vnionem aliquando perfecte consequendã in aduentu iudicis. vnde inquit Athanasius in symbolo: Omnes homines resurgere habent cum corporibus suis/ et reddituri sunt de factis proprijs rationem: et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum: que duo sequentibus campis indaganda veniunt. Discipulus. Optime. Prius tamen separationem et reunionem anime et corporis latius persuadebis.

Malach. 1.
2. Cor. 5.
Phil. 1. Ro. 7.
Ps. 119.
Tho. secunda secũde. q. 25. arti. 5.
Auerrois.
Clementina
Athanasius.

Quomodo aĩa reuniri possit corpori exẽplo deducitur: et Auerrois opinio de vnitate intellectus reprobatur. Insuper resurrectionem a gẽtilibus creditam ab ecclesia: christo aplis et prophetis multipliciter attestatã esse ostenditur. Capitulũ xxx Discipulus.

Anima cum in proportione quadam vnita sit corpori/ necessario separabitur ꝓportione resoluta: quia vero immortalis est substantia: separata non interit/ sed per se subsistit: nec tamen perpetuo desiderio suo qd ad corpus habet/ cuius per se forma est frustrabitur. Natura autẽ idem corpus numero resolutum in cineres restaurare nõ potest: restaurabitur igitur ab eo qui ipsum primo ex nihilo in cõmuni omniũ materia creauit: cui permanẽs vt aĩa ꝓprio ꝑfectibili reunieť. Quẽadmodũ eñ ꝑcutiẽs vitrũ in ꝓportiõe integrum vim quandã immittit/ motũ et sonum harmaniacũ in eodẽ efficientem quam rupta vitri ꝓportione et integritate necesse est mox abscedere: que vis si incorruptibilis esset substantie et per se subsistere posset/ donec aliqua arte vel ingenio vitro reformato reuniretur: in eodem vtiq; pretermissum motum et sonum continuaret. Discipulus. Placet hec manuductio: nam creationi et infusioni anime videtur plurimũ conuenire. Non eñ extra

Qm̃ aĩa separabitur.

Apta similitudo.

vitrum percutiens vim hanc causat ꝛ vitro immittit:sed in vitro eam concitat. Sic ꝛ creator animā nō prius creat extra corpus ꝛ postea infundit:sed simul eodem instanti corpori creando infundit:in quo motus viuificationis et intellectionis varios exercet. Magister. Scite qđ volui resumis. Discipulus. Aliud autem video paulo ante cōmemoratū:qđ nondū intelligo. Magister. Plura fortasse:nec eñ omnia dilucidare possumus: verūtamen edicito quid te dubium reddat. Discipulus. Cur Auerroim ꝛ maledictum ꝛ somniantē appellaueris. Magister. Quia hic catholicam irridens sinceritatē ad Mahumetis caninā perfidiam redijt:ꝛ dum Aristo.lucubratiōes in multis non indocte exposuisset:tamen eum locum qui de ppetuitate anime rationalis est:non tam obtenebrauit ꝙ etiam rationibus ꝛ argumētationibus tele aranee paulo fortioribus deprauare conatus est:intantū vt diceret vnum et eundem numero omnibus hominibus esse intellectum:qui corpus nō realiter inherendo informaret/sed coassistendo intelligentiam prestaret. Quo dicto quid turpius:a philosophia vera quid remotius:in fide christi quid execrabilius? Discipulus. Nihil profecto:sequeretur enim castos quosq; ac virtuosos cum lenonibus auarissimis eadem labe teneri infectos:ꝛ ex corpore ꝛ anima non vere vnum posse fieri compositum. Magister. Adde qđ mox in sequentib⁹ demonstrabit:omnes hoīes in eterna gloria beatificādos/eosdēq; in eternis cruciatibus puniendos. Si eñ vnius hominis intellectus diuina perfrueretur visione/omnes beati erūt quorum hic idem intellectus est. Rursus si vnus intellectus diabolo ꝛ socijs eius adiudicabitur ad gehennam:omnes ardebunt pariter quorū hic idem est intellectus. Discipulus. Intelligo: sed fortasse si hic intantū desipuit: nec resurrectionē in vitam vel penam credidit. Magister. Credidit vtiq;:qui ꝛ intellectum īmortalem cognouit:ꝛ ꝓpter futuras spurcitias legē Mahumetice seruiuit in eadem promissas. Nō enim resurrectio mortuorum ꝛ alia vita a solo christo ꝛ apostolis in nouo testamento/ꝓphetis quoq; in veteri testamento predicata est: sed a gentibus etiam prenūciata:vti clare videre est in versibus Sybille Erithree:quos diuus Augustinus libro.18.c.24.de ciui.cōmemorat. Plato etiam scripsit animas ad corpora redituras:vt ante patuit: ꝛ Augustinus lib.22.de de ciuita.ca.27.testatur.sic Vergilius/sic Pythagoras senserūt. Labeo quoq; ꝛ Marcus Varro nōnullos resurrexisse scripserunt:vt recitat Augustinus in eodem libro.c.28. Discipulus. Naturalibus igitur rationibus futuram resurrectionē venerari poterimus. Magister. Quapropter? Discipulus. Quia vtiq; iam dicti philosophi eā nō ex fide possibilem crediderunt. Magister. Verum. Attamen vel auctoritate scripturarum antecessorum suorum/vel ipa experientia permoti possibilem fore anime ꝛ corporis reunionem concessere: nam naturali indagine nec a priore/nec a posteriore (vt quidam opinantur) id sufficienter probari poterit:sed articulus est fide creditus:vt patet in symbolo apostolorum vbi dicitur:Carnis resurrectionē: in symbolo Niceno vbi dicitur:resurrectionē mortuorum. In symbolo Athanasij/vnde primo adductum est testimonium. Insuper dominus in euangelijs: Apostoli in suis epistolis:fere omnes prophete veteris legis idem luculentissimis testimonijs astruunt:que ad presens pretereunda sunt:ea tamen diuus Augustinus in libro decimooctauo de ciuitate dei sufficienter deducit. Nos campum glorie ingrediamur.

Auerrois error maledict⁹

Sibylla.

Augustinus

Plato.

Labeo

Marcus. Varro.

Octauus cãpus Glorie. In hoc cãpo inq̃rit ad quã gloriã puenire possit aĩa ĩtellectiua nũc corpe exuta ⁊ demũ eidẽ in resurrecione vniuersali reddita. Ubi interim sint anĩe exute bonorũ ⁊ malorũ donec corpora resurgãt. Quibus etiã bonis aĩe bonorꝝ interim ꝑfruãtur: ⁊ q̃bus dotibꝰ ornent̃. Ca. XXXI. Dis.

Faustam felicissimãq; semꝑ hanc predicauerim horam/qua amenissimi huius campi sepibus appropinquamus. Jucundissimam quippe in eo futuram venationẽ/nomen tꝑm quo pretitulatus est ꝓmittere videt̃. Neq; eñ crudeles/imanesq; bestias sentibus/spinis aut grauiter olentibus paludibus/latitare phas est in eo loco cui nomẽ gloria est? Magister. Probe. Quoniã nemo hic habitabit in monte dñi/nisi qui ingredit̃ sine macula vt agnũ imaculatũ tollẽtẽ peccata mũdi sequat̃ quocũq; ierit in pascuis vberrimis. Qui autẽ ex hac lachrymarũ valle egrediens macula secũ defert compunctionis oleo non linitas: nec ignis incẽdio purgari poterit: sed in exteriores tenebras ꝓijcietur in infernum inferiorem. Macule xo que cõpunctionis oleo hic mollite fuerint: edacia ignis purgabũtur in eo loco quẽ ob id purgatoriũ dicimus: que mũdate ab omni contagione corruptionis: sicut ⁊ ille que maculas aut nõ contraxerunt/aut hic anteq̃ exirent diluerunt/euestigio ad superos euolabunt: vbi in placidissimis sedibus constituunt̃ donec recipiant corpora: sed iam incorruptibilia que ornent/non onerẽt inquit diuus Augꝰ. li. 15. de trini. c. 25. Et rursus li. 13. de ciui. c. 7. Idem sub his verbis exprimit dicens: Anime piorũ iam sunt in requie: ⁊ impiorũ in tormento/donec eorum corpora reuiuiscant: illorum ad vitam/aliorum ad mortem perpetuã. Et in Enchiridion c. 108. et ius pontificũ. 13. q. 2. c. tempus. Tempus qđ inter hominis mortem ⁊ vltimã resurrectionẽ interpositũ est/animas abditis receptaculis continet: sicut vnaqueq; digna est/vel requie vel erumna: pro eo qđ sortita est in carne dum viueret. Deducunt̃ aũt anime ad hunc glorie montem/ab angelis sanctis: vt dñs testatur de anima mendici Lazari. Nec mirum si ab his ducuntur in requiem/quos in labore habuere coadiutores ⁊ custodes: faciem tamen dei semper contẽplantes: ait eñ dñs: Angeli eorũ semꝑ vident faciem patris mei. Super quo ⁊ diuus Hieronymus. Magna inquit dignitas est animarum: vt vnaqueq; ab ortu natiuitatis sue habeat ad sui custodiã angelũ deputatũ. Huic tu speciali oratione complacere stude: ⁊ in cõspectu eius semper praue agere ꝑtimesce: vt corporis tui proportione dissoluta/animã tuam ad dictum glorie montem in iocunditatis campo constitutũ deducat: vbi quanta gloria/quanta deniq; felicitas sit enumerare quis contẽdet: cum Apostolus raptus in celum tertium dicat: Nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt que preparauit deus diligẽtibus se. Discipulus. Credo quia vt sunt explicari sermone/aut ab humano animo hic cõprehendi nõ possunt. Attamen de his pauca saltem ⁊ in genere dici posse haud dubito: tu igitur qđ ex multorũ codicibus didicisti breui cõpendio

Anime decedentiũ diuerticulũ triplex.

Augustinus

Luce. 16. e

Matth. 18.

Hieronymus. Angelꝰ cuiq; proprius

1. Cor. 2

Esaie. 64.

Purgatio ediffera. auctoris. Magister. Faciā qd̄ potuero. Nec attēdo eos qui vel sue puidē-tie innitētes/vel canino dente omnia qd̄ ipsi nō fecerūt corrodentes/ꝛ huiusce modi pbie principijs ac primis rudimētis nō deberi cōmisceri calūniabunť: in quoꝝ auribus nihil dulce resonat qd̄ nō ab Aristotele ꝛ ceteris gentilibus elaboratū est. Nobis placet verū a quocūq; dictū. Sed vt ad rem redeamus: que petitioni tue nunc satiffacere possunt/sunt que de dotibus anie catholicis tractatoribus digesta sunt. Anima nempe que hic fide/spe/ꝛ charitate eterni patris filio subarrata est: cum sponso suo adducta fuerit/ correspondentibus

Dotes anime ornabiť atq; dotabiť dotibus: que sunt visio/dilectio ꝛ fruitio/in quibus tota anime felicitas cōplectitur: si securitatē addideris de nō finiendo. Nā vt inq̄t

Augustinus diuus Aug⁹. li. 13. de tri. c. 9. Beata vita esse nō potest/nisi sit immortalis.

Quō his dotibus felices erūt anie potētie primo: ꝛ p has aīa: ꝛ q̄ essentiā dei oculis corporeis nec hic nec alibi in ꝓpria natura videbimus sed oculis mentis: qd̄ sanctoꝝ testimonijs probatur. Ca. XXXI Discipulus.

Naulo amplius iam cōmemorata dilucidāda sunt/preceptor colende. Magister. Actus glorie principales ſm quos anima in deum

Actus glorie. conuertiť: vt in essentiale beatitudinis premiū tres distinguunť: videre sc3/diligere ꝛ frui. Rationalis eñ vis cuius nunc est credere per fidem:

1. Cor. 13. ꝛ videre p speculū in enigmate: tunc videbit apte. Uidebimus (inq̄t Johānes

1. Joh. 3. in sua canonica) ip̄m sicuti est/facie ad faciē. Cōcupiscibilis/cuius est hic amare: tunc diliget pfecte sine interruptione. Irascibilis/cuius est hic erigi ꝛ in ardua tendere p spem: tunc apprehēdet continebitq; certe/cōtinue/ꝛ cū securitate. Primo itaq; perficieť intellectus beatifica ꝛ clara visione. Secundo voluntas pfectissima ꝛ suauissima dilectione. Tertio memoria firmissima securitate ꝛ cōtinua retentione: sicq; tota anima pfecta iucundissimaq; fruitione.

Bernardus Unde ꝛ Bernhardus clareuallis sanct⁹ abbas: Deus futurus est intellectui

Beatitudo aīe inerit per potētias suas plenitudo lucis: volūtati multitudo pacis: memorie continuatio eternitatis. Discipulus. Beatitudo igitur primo potētijs inerit: ꝛ per has anie? Magister. Ita nō spernende auctoritatis theologos/Bonauenturā. s. ꝛ Scotum sensisse manifestum est. Nisi eñ sic esset: tunc seclusis potentijs ita q̄ deū nec intellectus videat nec voluntas amet/beata poterit esse anima: qd̄ anili fabule siſe est. Uerūtamē de subtilioꝛib⁹ questionibus hic sup sedendū/ꝛ temporis exiguitas/ꝛ epitomatis leges iubent: neq; eñ de subtiliore distinctione potentiarum quid cuiq; tribuatur agere volui: cum irascibili inter ceteras locū dedi. Discipulus. Ad finem festinātius ꝓperas amātissime preceptor: ꝛ plurima indiscussa sub densissimis arbustis latitare pateris. Magister. Quia iā dudum epitomatis limites nos egressos video. Sed que sunt que latere non pateris? Disci. Quō ibi deum quē essentiale beatitudinis premiū astruis vi

Si deus sit visibilis. debimus? Magister. Deus iuxta nature sue ꝓprietatē nec hic/nec post finalem resurrectionē corporeis oculis videri potest: cum ipse sit incorporeus: ita

Augustinus disseruit Augustinus ad Fortunatū scribens. Et ne cuipiam hesitatiōis aut

Joh. 1. diffidentie scrupulus remaneat/in testes assumit apostolū Johannē dicentē:

Deum nemo vidit vnq̄: vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit.
Paulū quoq̧ diuinū Timotheo scribentē de deo: quē nullus hominū vidit: 1. Timo. 6.
sed nec videre potest. Preter hos diuinū Hieronymū / Ambrosiū / Athana-
sium / Gregoriū nazanzenū quoq̧ idē sensisse testatus est. Quod aūt in multis
scripture locis deum ab hominibus visum legimus: nō fuit per propriā deita
tis naturam / sed per assumptam sicut placuit creaturam. Huius similitudinē
ad Paulinā scribens adducit dicens: Sicut voluntas nostra inuisibilis per
quaicūq̧ vult voces se ad extra manifestat. Disci. Quomodo igitur ipm
videbimus si oculis nō cernemus. Magister. Oculis corporeis quibus hic
vtimur nō cernemus: sed oculis mētis deum iam cōmemorati viri doctissimi /
deum videndū astruunt. Sic quoq̧ intelligendū aiunt qd̄ dn̄s ait: Beati mū Matth. 6.
do corde: qm̄ ipsi deum videbunt: sic & cetera de hac re scripturarum testi-
monia intelligant: de his quippe oculis & Paulus Ephesijs scripsit dicens: Eph. 1.
Det vobis in agnitionē eius illuminatos oculos cordis vestri.

Quod electi varia miraq̧ secretissima myste- ria in deo videbunt: Trinitatis scz predestina tionis: prouidētie &c. nec continuitas huius visionis aliquando fastidium pariet: aut mi- nus mirabilia erunt post multa annorū milia q̄ ab initio. Ca. XXXIII

Disci. Plane siue oculo corporis siue mentis deum visuros beatos certum
est. Magister. Certissimū. Discī. Sed quid amplius videbunt?
Magi. Extra deum queris aliud per quē / in quo / & cum quo sunt
omnia? Audi diuū Gregoriū in. xij. moraliū circa finem loquētem de sanctis Gregorius
omnibus. Qui intus (inquit) omnipotentis dei claritatē vident: nullo modo Bonauētura.
credendū est quia foris sit aliquid qd̄ ignorent. Quod dictum sanctus Bona Augustinus
uentura ad ea que saluti pfecte necessaria sunt limitat. Erit nempe ibi (vt
diu' Aug. scribit in li. de triplici habitaculo) assidua lectio libri vite. i. eterne
veritatis: & summe sapientie: & verbi dei / que est christi iesu visio: vbi quicquid
nos nunc latet manifestum erit. Ibi ratio manifesta est: cur hic electus est / et
ille reprobatus: cur hic in regnum assumptus / & ille in seruitutem redactus:
cur alius in vtero moritur / alius in infantia / alius in iuuentute / alius in sene-
ctute cur alius pauper & alius diues: cur filius adultere baptizatur: & aliquan
do filius legitime coniugis ante baptismum moritur. Cur qui bene incipit vi
uere aliquando male finit: & qui male incipit se bene finit. Hec omnia & huius-
modi multa in libro vite plana & aperta omnibus erunt. Ibi omnium bonum
omnibus patebit: ibi omnes inuicem suas cogitationes cognoscent: ibi mini-
mus maiorem sine dubio habebit gloriam q̄ totum habens mundi regnum:
etiam si eternum esset. Tanta iocunditas lucis eterne est: vt etiam si non lice-
ret amplius manere in ea q̄ vnius diei mora: propter hoc solum innumera- Ps. 83.
biles anni hui' vite pleni delicijs in circūfluētia tēpor bonor: recte meritoq̧ Aug. in li. de
contēnerent. Non eñ falso aut paruo affectu dictū est: Quoniam melior est triplici habi-
dies vna atrijs tuis super milia. Et paulo infra idem Augustinus ait: Faciē taculo.

dei si omnes carcere inferni inclusi viderent: nullā penā/ nullū dolorē/ nullā q̄ tristiciā sentirent. Cuius p̄sentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret: cōtinuo infernus in amenū conuerteret paradisum. Et infra in codē. Ibi per speculū diuine claritatis ⁊ ip̄m deū vt est videbimus/ quantū possibile est creature: ⁊ nos ipsos ⁊ ceteros vera ⁊ certa scientia cognoscemus: tūc abdita creaturarū ⁊ ipsius inferni videndo videbimus. Tunc iustis manifestum erit: quō deus est inuisibilis: incōparabilis. sine initio: sine fine ante oia. Quicquid interest inter nasci/ qō ad filium pertinet: ⁊ p̄cedere/ qō ad spiritūsanctū: excepto qō vnus ex vno natus sit/ alter ex duobus p̄cessit. Et quō pater nō p̄cessit filium tempore/ sed origine: nec spiritū sanctū. Et quō oīa dei vnū sunt in deo: excepto qō ad relationem pertinet: ⁊ quomodo mundus erat in deo anteq̄ in seipso esset non mūdus/ sed deus. Et quomodo vbiq̄ totus sine loco/ magnus sine quantitate/ bonus sine qualitate. Et quomodo omnia penetrat munda ⁊ immunda sine sui pollutione. Ecce fili hec ⁊ alia que diuus Augustinus in prefato libro/ insuper in soliloquio/ meditationum/ manuali enchiridion ca. 94. ⁊ in fine preclarissimi voluminis de ciuitate dei luculentissime prosequitur in hoc regno videbunt electi intuentes deum et tu inquiris quid amplius visuri sunt: non attendens q̄ hec visio totum hominem satiabit: dicente regio propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Ps. 16.

Discipulus. Petitioni mee (q̄uis minus discrete) satisfactum intelligo. Sed num ex frequenti longaq̄ visione talium/ anima satiata tandem fastidire incipiet? Magister. Neutiq̄ delicie eñ ipsius (vt Augustinus in dicto libro ait) sine fastidio satiant: que cum a beatis inueniūtur/ semper tamen desyderantur ⁊ esuriem ⁊ sitim sine pena efficiūt. i. ardenti semp desyderio semper delectant. Scriptum est eñ: Qui edunt me adhuc esurient: ⁊ qui bibunt me adhuc sitient. Cuius etiam secreta mirabilia videntibus ea semper noua sunt ⁊ mira: ⁊ non plus cum incipiunt videri/ pariunt stuporem cernentibus: q̄ post mille annos ⁊ milies mille. Et cū angeli ab initio mundi ea soliti sint videre/ inde hodie nō minus mirantur ea q̄ primo die.

Augustinus

Eccle. 28.

Anime beate vidēt nūc corpus christi in celo: ⁊ alia corpora intuitiue ⁊ abstractiue nō tñ mediante phantasmate: ⁊ sciētias hic conquisitas nō amittunt post resurrectionē: beati triplicem visionē habebūt. Ca. XXIIII. D. s.

Animarū visionem que ante corporum resurrectionem vtuntur intellectionem intelligo. Magister. Probe. Discipulus. Spiritualiū tm̄ erit/ an ne etiam corporaliū? Magister. Etiam corporalium. Vident eñ nunc corpus christi ⁊ aliorū sc̄ōq̄ iam plene resurrexerunt. Discip. Beatitudinis ratio hoc quidem exigit: sed quomodo hoc fieri possit/ questionem habere videtur. Magister. Quapropter? Discipulus. Quoniam ex superioribus manifestum est: intellectionem sine specie intelligibili fieri non posse. hec autem a phantasmate: phantasma a speciebus receptis per organa corporis originem trahit: que exuta anima non habet. Magister. Intellectionem fieri a cognoscente intellectu pariter ⁊ ab obiecto presente in specie

intelligibili certū est:et in precedentib⁹ diui Augustini auctoritatibus robo-
ratur. Speciem vero intelligibilem a phantasmate/et hec rursus a corpore-
is sensibus abstrahi:nunc quidem necesse est:pr[illegible]er hoc quod Sapiēs dicit: Sap.9.
Corpus quod corrumpit̃/aggrauat animā: et terrena inhabitatio deprimit
sensum multa cogitantē. Tunc aūt cum carnale pondus exuerit anima/libe-
re ab obiectis presentibus imediate abstrahere poterit species intelligibiles
intelligetq; nō modo abstractiue recedentibus obiectis/ sed etiam intuitiue
presentibus obiectis. Hinc et Auicenna libro.6. naturaliū dicebat: Anima Auicenna
separata clarius videbit veritatem ꝙ coniuncta. Sunt tamen viri catholici
qui noticiam quam de nouo acquirent exute anime/fieri astruunt per species
non ab obiectis receptas/sed a deo influxas. Disc. De scientijs aūt hic cō-
quisitis quid erit? Mag. Indeficiens labor:quo non tm̄ philosophi de im
mortalitate anime edocti:verumetiā summi theologi et sancti patres scien-
tias cumulare conati sunt:euidens argumentū est/ꝙ illas etiam in animab⁹ Hieronymus.
separatis permanere credebant. Hinc diuus Hieronymus in prologo biblie
Paulinū ad studium cohortans ait: Discamus in terris quoꝝ scientia nobis
perseueret in celo. Dis. Contrariū sentire visus est sanct⁹ apostolus Pau
lus. Magister. Ubi nam? Dis. In prima epistola ad Corinthios/capitu
lo tredecimo: vbi ait: Charitas nunꝙ excidit (et mox) scientia inquit destru Als
etur. Magister. Destruetur quidem quo ad actum/non quo ad habitū. nec
enim tunc intelligendo ad phantasmata se conuertet/que nulla erunt. species
autem remanebunt. Unde et sanctus Augustinus libro.14. de trinita.ca. 2
Tunc inquit vite huius mortalis meminerimus: ꝛ credidisse nos aliquando
que non videbamus memoriter recoluerimus. Erit aūt vt in libro de triplici Uisio electoꝝ
habitaculo Augustinus testat̃: electis dei trina visio. Intellectualis: qua pu- triplex.
ro mentis oculo in spiritu deū videbunt et suas animas/et virtutes intimas Aug. lib.12.
et spiritus angelicos. Spiritualis: qua similitudines corporum in spiritu nō super Gene.
fallaci phantasia inspicient. qua visione etiam hodie fruuntur spiritus iusto ad litteram
rum a corporibus exempti. Et corporalis: qua corpora cernent: quorundam
splendentia vt sol: quorundam vt luna: aliorum vt stelle.

Corporum beatorum gloria deriuatur ab anima: et qui maiore gloria fulgebit super alios se nō extollit: nec qui minore alteri inuidet sed ob mutue charitatis perfectionem quilibet de beatitudine alterius tantum gaudet quantum de illa quam ipse possidet. Ubi erit et fruitio perfecta: et ad vtrumq; consequendum vtilis est scientia et dei noticia hic acquisita. Capitulum tricesimum quintum.

Discipulus.

Si ut hec Augustini verba sonant/beatoꝝ corpora in claritate diuersa erunt: de animarũ gloria idẽ sentiendum censeo. Mag. Probe. Nam apl's Paulus his verbis q̃bus et Augustinus vsus est/diuersitatẽ remunerationis astruere voluit. cum aũt corpoꝝ gloria ab anime beatitudine maiore vel minore ꝓueniat/vtrũq; exemplificans/ de corpo ꝛib⁹ cõplexus est: nõnulli tñ in sola claritate beatoꝝ corpora alia precellere sentiũt. Dis. Sed hec dictis aduersari videnť: vbi beatos oĩbus bonis satiari conclusum est: quõ aũt oĩbus satiabiť et q̃etus erit/q̃ in alijs videt q̃ sibi desunt tanta bona? Mag. Hoc in filijs seculi fieri neq̃t: vbi iuxta poete vocẽ: Inuid⁹ alterius rebus marcescit opimis. Ibi aũt ꝓ inuidia charitas: ꝓ odio perfecta erit dilectio: et tanta/ vt in eadẽ vrbe (queadmodum in ꝑfato lib. Augustinus expressit) premiũ singulaꝝ oĩm/et oĩm singuloꝝ erit ꝑ charitatẽ. Ibi nullus superior supbus erit: nullus inferior inuid⁹. Et in manuali ca. penul. Si q̃s alius quẽ oĩno sicut teipsum amares eandem beatitudinẽ haberet/duplicareť gaudium tuũ: q; nõ min⁹ gauderes ꝓ eo q̃ pro teipso. Si vero duo vel tres/vel multo plures id ipsum haberent: tantundem ꝓ singulis quantũdem pro teipso gauderes: si singulos sicut teipsum amares. Ergo q̃d erit in illa ꝑfecta charitate innumerabiliũ beatoꝝ angeloꝝ et hoĩm: vbi nullus diliget aliũ minus q̃ seipsum? Non eñ aliter gaudebit vnusq̃sq; pro singulis alijs q̃ pro seipso. Si ergo cor hoĩs de tanto bono suo vix gaudiũ suum capiet: quõ capax erit tot et tantoꝝ gaudioꝝ? Et vtiq;: q̃ñ quantũ quisq; diligit aliquẽ/tantũ de bono eius gaudet. Sicut in illa beata felicitate vnusq̃sq; sine cõparatione plus amabit deũ q̃ se et oẽs alios secũ: ita plus gaudebit absq; examinatione de felicitate dei q̃ de sua et oĩm alioꝝ secum: Dis. Non mõ petitioni mee his satisfactũ fateor: sed etiã q̃d de dilectione mouere statuerã dubium enodatũ est: de fruitione vero q̃d? Mag. Talis tantaq; erit ibi fruitio supbenedicte ac excellentissime trinitatis (Nam res q̃bus fruendum est sunt pater et filius et spiritussanctus. ait Augu. li. 1. de doctrina christiana) quanta fuerit ipsius ⁊ cognitio et dilectio. Est eñ frui. (vt idem scribit li. x. de tri. c. 11.) amore inherere alicui rei ꝓpter seipsam. et est vti cũ gaudio nõ adhuc spei/sed iã rei. Incognita aũt q; amare nõ possumus: vt in eodem lib. ca. 1. 2 et. 3. testať: ideo ca. 10. ait: Fruimur cognitis in q̃bus voluntas ipsis ꝓpter seipsam delectata conquiescit. Dis. Ad mensurã igitur visionis siue cognitionis erit mensura dilectionis: et ad modum vtriusq; erit mensura fruitionis. Mag. Probe. vñ diuus Aug. in manuali ca. vlti. ait: Tantum gaudebunt quantũ amabunt: tantũ amabunt quantũ cognoscent. et in soliloquioꝝ li. ca. j. ait: Ob hoc eñ non te diligit dñe: q; non te cognoscit. et paulo post: Hinc est ergo dñe/q; non tantũ diligo quantũ debeo: q; nõ plene cognosco te: sed q; parũ cognosco/parũ diligo: ⁊ q; parũ diligo/parũ in te gaudeo. Dis. Mihi igitur proderit ad fruitionis perfectionẽ: si in cognoscẽdo deum hic me exercuero? Mag. Vtiq;. Nam idem doctor in manuali quo supra/ et Soliloq̃o dñm deprecať dicens: Oro te deus meus vt cognoscam te: amem te: vt gaudeam de te: ⁊ si non possum in hac vita ad plenũ: vel ꝓficiã de die in diẽ: vsq; dum veniat illud ad plenũ: ꝓficiat in me hec noticia tua: vt ibi fiat plena: et cetera que sequunť. Dis. Non mediocriter ergo errare videntur q̃ accepto dono intellectus/caducis vanisq; intenti/ diuinis insudare negligunt: at pigriciã suam palliantes/aiũt: At quid frustra in his que ꝑfecte hic

Horatius

De charitate

Fruitio trinitatis

Frui.

Augustinus

Uti

Idem

sciri nō possunt/ingeniū non sine labore fatigarem: cū eadem eque cū alijs in patria visurus sum? Mag. Illos errare nemo sane mentis dubitat. Nam ⁊ angelus dicebat Danieli: Qui aūt docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iusticiā erudiunt multos/quasi stelle in perpetuas eternitates. Sunt tñ alij qui subtiliori fuco/de nō discendo torporem operiunt. dicunt eñ celestem hierarchiā non plenitudine scientie/sed charitatis culmine finiri. Vñ seraphin qui denoīatur a plenitudine charitatis/supremus est ordo. sub quo cherubin: q̄ a plenitudine scientie nomen accepit. Dis. Ad hec q̄d tu? Mag. Cherubin a plenitudine scientie quā pre oībus inferiorib⁹ habet/denominari certū est: similiter et seraphin a plenitudine charitatis: sꝫ in seraphin esse minorē scientiam q̄ in cherubin catholici negāt. vt patet p magistrum in sententiarū li. 2. dis. 9. Et Bonauētura ibidem. q. 4. tantū igitur seraphin in scientia cherubin excellit/quantū in charitate. a charitate aūt ille supremus ordo tanq̄ nobiliori dono nominat: ad quod ꝑfecto scientia ordinatur. Cherubin aūt non a charitate/sed a scientia nominari debuit: q2 iā superior ordo a charitate nomen sibi vendicabat. Dis. Patet igit: q2 sciētia et cognitio magna/se sola ad beatitudinē non proficit. Mag. Probe. sꝫ ad charitatē ordinata proderit. Scientia eñ vt ap̄ls testatur/sine charitate inflat. inflatis aūt et superbis in illa regione claritatis aditus nullus patebit Alludit nec contrariatur dictis quod Hugo de sancto Victore in commentarijs celestis hierarchie dicit: Intrat dilectio et appropinquat: vbi sciētia foris stat. Sed hec missa facientes/quoniam alterius speculationis sunt/nec hoc loci definienda: quod cepimus prosequamur: et de gloria corporum que ipsis erit post resurrectionem/loquamur.

Doctrinarū salubriū sp:etores. — Danielis. 12. — Mgr̄ sniarū. — Bonauētura. — 1. Cor. 8. — Hugo

Tempus vltime resurrectionis humanitus inuestigari non poterit: futura est tamen in momento ministerio angelorum: et diuina virtute: in voce tube. et si aliqui viui remaneant in aduentu domini. Capitulum XXXVI

Discipulus

Paulo ante futurā resurrectionem nō solum mihi ꝯuenientissime ꝑsuasam/verūetiam sacrarum litterarū testimonijs firmissime cōprobatam memini: sed qñ aut quō fiat nunc cupio edoceri. Magi. Inoportune omnino illud querit qñ fiat: ait diuus Augustinus li. 18. de ciuitate dei. ca. 43. Si eñ hec nobis nosse prodesset: a quo melius q̄ ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis disceretur. Non eñ siluerunt inde apud eum: sed a presente quesierunt dicentes: Dñe si hoc in tempore representabis regnum Israel? At ille: Non est inquit vestrum nosse tempora que pater posuit in sua potestate. Frustra igitur annos qui huic seculo remanent computare ac definire conant: cum hoc scire non esse nostrum ex ore veritatis audiamus. Vñ illi quotquot huic calculationi operā dedere: religiosissimi ac bone vite vtriusq sexus hoīes experientia teste defecere. nā dudū preterierūt anni in q̄bus ipsi mundi finē statuerūt Dis. Quia nosse hoc nostrū nō est: nunq q̄d aliud q̄d ꝓposuerā responsum inueniet? Ma. Inueniet: sed imperfectum.

Augustinus — Actuum. 1.

Que em̃ lingua explicare posset/qualiter oĩm hominũ ab initio seculi vsq̃ in vltimũ diem vbiq̃ terrarum in terre visceribus quiescentiũ/ab ignibus/ ab aquis/aut quibusq̃ voraginibus ꝯsumptoꝝ in cineres: aut vsq̃ in elementa resolutorũ:a varijs vel bestijs vel hominibus comestorũ in momẽto / in ictu

1.ad Thes.4 oculi resurgere habeant? vt diuus Paulus in prima ep̄la ad Thessalonicen-ses testat. Disc. Mira dicis. Mag. Si operantis infinitã virtutem ꝯsyde-

Ps.32.b. rares/facile assentires. Qui em̃ omnia ex nihilo ꝑducere potuit verbo (Di-

Angelorum ministerium xit namq̃ et facta sunt) oĩa reformare põt in momento. Attamẽ vt doctores catholici ex scripturis colligunt:collectio pulueꝝ angeloꝝ ministerio fiet: q̃ cum finite sint potentie:nõ in instanti / sed in tempore q̃uis breuissimo opera ri habent. Inductio aũt formaꝝ tam mixti/q̃ anime intellectiue virtute diui

Scotus na fiet in instãti. ſm Scotũ in.4. Hanc virtutẽ ap̄ls tubam ꝛ vocem archan

1.Cor.15.g. geli appellat/id est Christi:q̃ est magni consilij angelus. qui de seipsis idem

Esa.11.a. testatur dicens: Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt / audient

Joh.5. vocem filij dei:et ꝓcedẽt qui bona fecerũt in resurrectionẽ vite:qui vero ma

Ps.67. la egerunt /in resurrectionẽ iudicij:id est eterne mortis. Dabit em̃/vt ꝓphe-

1.Petri.2. ta ait/voci sue vocem virtutis. Disc. Ausculta queso si verum sit quod Chri stum dixisse astruis. Mag. Euangelio tu nõ credis:et ei in cuius ore dolus inuentus nõ est? Disci. Credo:sed ipsum contraria dixisse haud approbo. Quõ enim audient vocem dñi qui in monumentis sunt/nec viuũt? Si autem tunc demũ audient cũ iam reuixerunt/nõ in voce resurgent. Mag. Prius

Mortui quõ audient natura audiunt q̃ resurgant: vtrumq̃ aũt simul et eodem momẽto temporis fiet.sic ꝛ ordinẽ quem ap̄ls insinuat accipere debemus/vbi dicit: Mortui qui

1.Thes.4. in Christo sunt resurgent primi:deinde nos q̃ viuimus/qui relinq̃mur simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam in aera. Disc. Dum per scripturaꝝ te stimonia a me dubia auferre conaris:noua prioribus accumulas. Quõ enim ap̄ls cum his q̃bus scribit in resurrectione se viuentẽ relicturũ ait: qui dudũ oẽs mortui sunt? Magi. Non se et illos q̃bus loquebat̃ supuicturos vsq̃ ad resurrectionẽ voluit:sed eorum quos viuentes inuenturus est Christus/

Augustinus personã in se et illos qui tunc secum viuebant transfigurabat:asserit beatus Augustinus libro.22.de ciuitate dei ca.22. Nec hoc alienũ tibi videatur: cũ non solum in scripturis sacris/sed gentiliũ quoq̃ similes orationes ornatissi

1.Cor.15. me poni reperiant̃. Disc. Probe. Sed hi viuentes in aduentu dñi quõ resur-

De viuis qui obuij christo gent:si viui obuiam christo in aera rapient̃? Mag. Verũ est quod ap̄ls Co rinthijs scribit: Omnes resurgemus.et vt alia littera habet / omnes dormi emus. Illi igitur qui viui reperiunt̃:raptu obuiã christo simul et morientur et resurgent. ait diuus Aug. loco quo supra. Concordat quod in eccle. dog.c. 6.et.7.scripsit. Sanctus aũt Hiero.ad Marcellam in solut. ꝺe tertie questi onis ait talium corpora viuorũ in ipsis anima manente transformari:quẽad modum surrectura de corruptione et mortalitate in incorruptionẽ et immor talitatẽ. Nec ibidem cuiusdam greci opinionẽ recitat (vt quidam dicunt) sed ꝓpriã:quam dictis ap̄li firmare nitit̃. Nec huic sententie Aug. in dictis locis oĩno ꝯtrariat̃:cũ vtrũq̃ sustineri possit. Unde in de ciui.li.20.c.20. post ven tilatam questionẽ ait: Quõ aũt sit futurũ / quod nostre ratiuncule virib⁹ vt-cunq̃ conijcimus:tunc potius erit vt nosse possimus. Disci. Nos quoq̃ do-nec fiat/cũ tantis viris opinari potius/q̃ temere aliquid asserere debemus. Restant tamen alia que indiscussa pretereũda nõ sunt. Mag. Audiam.

De quātitate resurgentiū: paruulorū etiā et gigātiū. De etate et sexu: qm̄ in vtroqꝫ resurgent viri et mulieres. pudenda tn̄ non erunt dedecori: sed honori. Ca. XXXVII. Dis.

Circa resurgentiū quantitatem nonnulla alia circa eorundem qualitatem futurā occurrunt: que si in scripturis resoluta sint/nec ne edoceas. Primū: si pueri statura pusilli: aut gigantes tota corporis mole reuiuiscent? Mag. Ad hec diuus Augustinus vltimo libro de ciui. dei. c.15. respondens ait: Suam recipiet quisqꝫ mensurā/quam vel habuit in iuuentute/etiā si senex est mortuus: vel fuerat habiturus si ante est defunctus. In tali eādē etate iuuētutis. s. q̄ circa tricesimum annum currit/christum resurrexisse legimus. Aplo aūt teste: oēs in virum perfectū in mensuram etatis plenitudinis christi ei occurremus. in mensurā inquit nō corporis/sed etatis. Dis. Patres igitur prioris seculi quos multos centenarios annorū supgressos scriptura astruit: in resurrectione nō nisi trigintatrium aut quattuor annorū erunt? Mag. Nec id apl's pretendit: sed omnes nos corpora ei⁹ stature et plenitudinis rehabituros testatur/cuius fuere iuuentutis tpe. Unde ait: in virum perfectū. Dis. Dum per apostoli testimoniū vnum dubietatis vulnus sanare satagis/aliud infers. Si enim omnes in virum perfectum resurgemus: aut mulieres nō resurgent: aut sexu permutato omnes in viros transformabunt. Mag. Neutrū sana fides recipit. Nam christus a saduceis interrogatus: cuius septem fratrum erit vxor? respondit: Non nubent/quod ad feminas pertinet: neqꝫ vxores ducent/quod ad viros. Vñ et diuus Aug. loco quo supra. c. xvij. vtrūqꝫ sexum resurrecturū ait. Et in lib. de ecclesia. dog. ca. xl. dicit: In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabit: sed vir mortuus resurget in forma viri: et femina in forma femine. Idem in expositione fidei ad Petrū: Erunt aūt tunc membra feminea (inquit) nō accomodata vsui veteri: sed decori nouo: quo non alliciat aspicientis concupiscentia/que nulla erit: sed dei laudetur sapientia atqꝫ clementia: qui et quod non erat fecit: et liberauit a corruptione quod fecit. In verbo aūt apostoli virum pro homine accipi posse sequenti ca. docet. sicut ibi: Beatus vir qui timet dominū. cum sint et femine que timent dominum. Alium tamen intellectum ponit: quem breuitas hic relegauit.

Augustinus.
Ad Ephe. 6.
Marci. 11.
Matth. 22.
Utriusqꝫ sex⁹ resurrectio.
Ps. 1.

Omnia resurgēt in hoīe que ceciderūt in morte: nec tn̄ erit excessiua quantitas. Caro a quocūqꝫ comesta resurget in illo in quo primo erat aīata. Soluit quod opponit de costa Ade vnde formata est Eua. De abortiuis et monstris. Ca. XXXVIII. Dis.

NUm sicut genitalia resurrectura ad decorē asseris: sic et quelibet
alia mēbra/insup capillos/vngues/intestina: et humores resurgē
tes abituros credis? Mag. Totū quod in morte cecidit/ proculdu
bio resurget: electis ad decorē/reprobis ad cōfusione. nam et de his que ad or
natum et ad necessitatē corporis sunt/scriptura testimoniū perhibet. Unde
Luce.12.a. de ornamentis corporeis dn̄s ait discipulis: Capillus de capite vestro nō pe
Math.10.d. ribit. Et rursus: Capilli capitis vestri oēs numerati sunt. De his q̄ corpus in
tegrant/fides dicit: Carnis resurrectionē: et ne dubiū cuipiam de ossibus re
Ps.33.d. maneret/propheta ait: Custodit dn̄s oīa ossa eorum: vnū ex his non conteret. Q̄d
vtiq3 in futuro accipiendum est: nā hic ossa sanctorum non solum contrita/ sed ab
Job.19.d. infidelibus incinerata legimus. Si adhuc dubitas: exemplar patientie Job
gentilem audi. Scio inquit ꝙ redemptor meus viuit: et in nouissimo die de
terra resurrecturus sum: et rursum circūdabor pelle mea: et in carne mea vi
debo deū: quem visurus sum egoipse: et oculi mei conspecturi sunt: et nō alius.
Dis. Si itaq3 vt hec approbant testimonia/totū hominis resurget: mira de
formitas erit. capilli. s. longissimi: excessiui vngues: et corpora vel obesa vel
impinguata: et in monstruosis in immensum dilatata. Mag. Non interest
Augustinus ad vnitatē resurgentis si nō quelibet portio materie in pristinū locum resti/
Apta similitu tuatur. sicut exemplificat diuus Augustinus in Enchiridion. c.88. de statua
do aurea cōminuta et iterū refusa. Similiter et in vltimo de ciui. c.19. vbi et de
vase ex limo facto similitudinē adiecit. in omnibus em̄ illis seruata integri
tate substantie/sola deformitas peribit. Sic et de omnipotente artifice senti
endum. Nam quod minus est q̄ꝫ decet; creator nouit vnde supplebit: qđ plus
est q̄ꝫ decet/materie seruata integritate detrahet. Pulchra nāq3 erunt electo
Pulchritudo rum corpora. Pulchritudo aūt vt ibidem ait/est partiū congruentia cū qua
dam coloris suauitate. Principalia tn̄ membra locis suis decenter restituen
Ezech.37. da Ezechiel preuidisse legit in figura future resurrectionis. ait em̄: Accesse
runt ossa ad ossa: vnūquodq3 ad iuncturā suam. Dis. Placent hec. Sed que
so patienter feras/si alia q̄ interim orta sunt dubia in mediū proferam. Ma.
Patienter. Dis. Hoīm carnes vel a bestijs deuorate: aut ab alijs immanio
ribus hominibus comeste in quo resurgent? Mag. Nec illud diuus Aug.
Augustinus. indiscussum reliquit. ait namq3 in Enchiridion. c.87. Non aūt perit deo ter
rena materia: de qua mortaliū creatur caro: sed in quēlibet puluerē cinerēue
soluet: in quoslibet halitus aurasq3 diffugiet: in quācunq3 aliarū corporum sub
stantiā: vel in ipsa elementa vertet. in quocūq3 animaliū etiam hoīm cibum
cedet/carnemq3 mutet: illi anime humane puncto temporis reddetur: que il
lam primitus vt homo fieret/cresceret/viueret animauit. Idē de fide ad Pe
Gen.2. trum: et in preclaro volumine de ciui. dei: lib. vltimo. ca. xx. astruit. Dis.
Resurrectio Costa igit sumpta de Adam vnde Euam formatā legimus/in Adam in quo
in quo. primo animata est/resurget. et Eua vbi erit? Magi. Totum in eo resurgere
tandem dicimus in quo primo esse cepit: non ad aliud ordinatū. Costa aūt de
qua causaris et si in adā primo ceperit/ad Eue tn̄ substantiā ordinata erat:
non ad integritatē ade: in quo vel superflua fuit: aut loco eius deus carnē sup
pleuit. Sic et liberorum corpora/non in patribus in quibus primo in semine ce
Damascenus. perūt resurgent. Et gloriosum christi corpus/sm̄ Damascenū/de purissimis
sanguinibus virginis Marie/spiritussancti operatione formatū/ in Christo
resurrexit: non in ipsa intemerata virgine. In abortiuis aūt et monstris in
tegrabit quod nondum erat integrum: instaurabitur quod fuerat vitiatum;

inquit Aurelius in Enchi. Et in bimembris/singule anime/ singula corpora obtinebunt: ac si gemini nati fuissent nullis coherentibus etiam que coherentia nata fuerant. Aug.c.84. et duob⁹ seqnti.

Corpora post resurrectionem non erunt in grauamen animabus: sed in maiorem gloria: quia immutata dotabūtur dotibus quattuor. Capitulum XXXIX. Disci.

ITa omniū dubiorū nodositatem a me profugasti: vt preter vnicum tm̄ non remanserit quod a resurrectionis fide deterreat. Nondum enim excepi quō ad locum glorie animarū pertineat corporū resumptio: maxime/quia nonnulle de inhabitatione lutee substantie attediatas dixisse legimus: Heu mihi/quia incolatus meus ꝑlongatus est. et: Cupio dissolui et esse cum Christo. Nimirū. qr vt Sapiēs asserit: Corpus quod corrumpit/aggrauat animā: et impedit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē: aut alterius modi futura corpora credenda sunt. Ma. Alterius modi. i. aliter qualificata: et in substantia tn̄ eadem. De qua re vnum hoc testimoniū sufficere arbitror: qđ diu⁹ Paulus apl's in prima epl'a ad Corinthios scribit: Seminatum inquit in corruptione/surget in incorruptione. Seminatū in ignobilitate/surget in gloria. Seminatū in infirmitate/surget in virtute. Seminatum corpus animale/surget corpus spirituale. Et infra: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē: et mortale hoc induere immortalitatem ꝛc. Que verba catholici expositores dilucidantes/immutationē beatorū corporum in quattuor precipue futurā distinxere: q̄ dotes corporis dicunt: quib⁹ in desponsatiōe animarū suarū ornabunt. Sunt aūt impassibilitas/claritas/ subtilitas et agilitas. Qū et eedem dotes in libro Sap. innuunt: cum dicitur: Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent. Et Aurelius Augustinus lib. vlt. de ciui. ait: Aberit a corporibus nostris omnis deformitas (per claritatē) omnis tarditas (per agilitatē) omnis infirmitas (per subtilitatem) omnis corruptio (per impassibilitatem). Que autem diuus Anselm⁹ libro de similitudinibus vltra hec commemorat/sub predictis continentur. Nunquid tale corpus oneri erit anime? Discipulus. Nequaq̄. Sed de his quoq; latius disseramus.

Ps. 109.
Phil. 1.
Sapie. 9.
1. Cor. 15.
Quatuor corporis dotes post resurrectionem
Sap. 3.
Augustinus

Quid dotes corpori conferant: et q̄ non equales in omnibus erunt. Capitulum quadragesimum. Magister.

AB impassibilitatis dote ita electorum corpora ab omni passiōe immunia erunt: vt nec infernali incendio ledi/nec ab acie ferri acutissima penetrari possint: sed potius quodlibet obiectū ad instar radij solaris crystallum penetrantis transient. Eorū nēpe harmonia ꝛ cōpago amplius resolutioni et corruptibilitati nō subiacebit. Dis. Claritas q̄d ꝯferet? Mag. Miram pulchritudinē. Pulchritudo vero vt Aug. loco quo supra: ꝛ in epistola ad Nebridiū ait: est ꝯtinentia partiū cū quadā coloris suauitate. Per claritatē igitur corporibus color proprius non auferetur: sed perficie-

Impassibilitas
Aug. li. 12. de ci. c. xviij.
Claritas
Aug. li. 22. c. xix
j. Idē ad Nebridium

Math. 13.f. tur. quoniam fulgebunt iusti (inquit dominus) sicut sol in regno patris eorum. Erit tamen hic splendor nō offendens/sed demulcens visum. et in potestate beatorū est claritatem suam vel occultare in toto: vel in parte manifestare. Christus enim inquit Augustinus sua resurrectione ostendit quale futurum sit corpus nostrū. Ipse autem nunc claritatem suam ostendebat: nunc pro li-

Subtilitas. bitu occultabat: vt euangelica testatur historia. Disci. Subtilitas aūt quid? 3
Magister. Ut penetrare possit quodlibet corpus non gloriosum: non quidem per poros: aut diuidendo partes/sed simul coexistēdo. Discipulus. Fiet itaque penetratio dimensionū? Mag. Et hanc esse possibilem octauus liber edocuit. Non enim dimensionū penetratio duo corpora simul esse prohibet: sed repletio loci que dimensiones consequitur/vt effectus causam. Potest

Dan. 3. autem deus auferre vel suspendere posterius priore permanente: sicut abstulit vel suspendit actionem seu calorem ab igne in fornace puerorum. sic facit in corpore glorioso. Dis. Non igitur a natura fiet gloriosi corporis cū non glorioso in eodem loco existentia: sed virtute diuina. Magister. Non aliter intelligunt qui per subtilitatis dotem hoc fieri astruunt. non enī corpus hanc dotem natura habet: sed a deo. Rursus gloriosum corpus locum replere potest/et nō gloriosum expellere. nihil equidem sibi resistere poterit: sed ipsum

Luce. 24.f. alteri. Unde et se palpabile exhibere/aut tactum penetrando poterit latere.
Gregorius Unde et Christus ait: Palpate et videte. Quod autem diuus Gregorius ait Corrumpi necesse est quod palpatur. de hoc quod tactui subiacet accipiendum est. Dis. Sed nunquid duo gloriosa simul esse poterunt? Magister. De talibus non est sicut de glorioso et non glorioso: quoniam gloriosum penetrabile nō est nisi ad voluntatē alterius cuius est corpus. Discipulus. Agilitas 4

Agilitas. autem ad quid? Mag. Ut vbi vult spiritus mox ibi sit corpus suū sine fa-
Aug. de ciui. lib. 21. ca. 3. tigatiōe in retardatione in tempore imperceptibili. Possunt enim beati mouere corpora sua vel progressiue et organice: vel simul totum: et hoc per potentiam motiuam non organicā secundum Scotum. Discipulus. In octauo libro huius epitomatis/motum grauis sursum violentū esse/nullumque talem perpetuari posse/dissertū memini: quomodo igitur animarū felicitas cum corporibus perpetua manebit? an forte quia grauitatē amittent? Magister. Deperire a corporibus beatorū grauitatem/haud facile persuaderi poterit: cum nec corporis sit vitiū: nec deformitas: que sola auferentur/seruata substan-

Augustinus. tie integritate. vt Augustinus in vlti. de ciui. dei li. c. 19. dicit. Nec ex hoc violentia est in motu talium: cum conueniat eis secundum naturā superiorem bonitate sua sic ordinante. Unde idem in eodem. c. 11. ait: Multa grauia terrena sunt corpora. sicut plumbum: et formā tamen ab artifice accipiunt qua natare valeant super aquam. et vt accipiat qualitatem corpus humanum qua ferri in celum/et esse possit in celo omnipotenti artifici contradicitur. hec ibi. Et for-

Esa. 40. tasse fili hanc eandem qualitatē Esaias pennas dicere voluit/cum ait: Assument pennas vt aquile: et volabunt et non deficient: current et nō laborabūt. Quod autem diuus Augustinus loco quo supra de ablatione graui ponderis a corpore ponit: deum hoc posse/non autem facturum dicit. Poterit inquit: non autem vt faciet. Aut si quis in contrarium contendat: ex sententia Augustini deum ablaturū pondus grauitatis/intelligi potest/quantum ad im-

Dotum inequalitas. pedimentum: non quantum ad essentiam. illud enim deformitatem importat/ hoc perfectionem. Discipulus. Equales ne sunt omniū dotes? Magi.

Nequaq̃. Nam vt paulo ante dictum est vbi de triplici electorum visione tractauimus: ad mensuram meritorum dotabitur anima: et ex consequẽti corpus: ex redundantia nempe glorie anime in corpus quas iam percurrimus dotes/ consummationem et perfectionem accipiunt. Ait enim diuus Augustinus ad Dioscorum: Tam fecit potentem deus animam: vt ex eius plena felicitate redundet in corpus sanitas perpetua et vigor incorruptibilis. et Apostolus vas electionis Corinthios de resurrectionis gloria informans/ ait: Alia claritas solis: alia claritas lune: alia claritas stellarum. Stella enim differt a stella in claritate: sic et resurrectio mortuorum. Discipulus. Memini de hoc hesterno vesperi non nihil dictum esse: sed nunquid et ceteri corporis sensus in actu erunt queadmodum oculi?

c. 34.

1. Cor. 15.

Homo totus perfecte beatificabit in anima et corpore: de sensibus autem omnibus si habebũt operationes suas nõ facile est definire. Capitulum XLI Magister.

Totum hominem in anima et corpore perfecte beatificari in superna hierusalem/ vnanimi omnium sententia concessum est: de eo autem quod queris/ temere definire quis audebit? Sunt enim qui omnes sensus corporis in actu esse concedunt per species influxas per quas videbunt/ audient/ olfacient/ gustabunt/ et tangent que presentia non sunt: modo multo perfectiore q̃ Adam in statu innocentie: et presentia similiter per receptas species cognoscent: alij sensationem absentium per species influxas nõ accipiunt. De visu et tactu non dubitant/ quia ibi et obiecta et media conuenientia habere possunt. De vocali laude et auditu idem licite opinandum astruũt. Olfactum autem et gustum propter imperfectionem quandam: similiter et obiectorum et mediorum diuersorum absentiam/ non esse in actu existimant: omnes tamen premiandos ex anime redundantia concedunt. Quia vero scripturarum testimonia facillime ad spiritalem intelligentiã interpretari possunt: ea pretermitto: nõ de obiectis/ non de medio sentiendi/ aut modo questionem facio: vbi christus iesus dei filius deus erit omnia in omnibus: abstergens omnem lachrymam ab oculis sanctorum: et retribuens abundanter facientibus superbiam: sed non in hac terra viuentium: sed in regione vmbre mortis: cuius fu..igantes voragines/ abruptaq; ardentium montium iuga celerrime nunc demum peragrabimus. Discipulus. Id promissorum ordo expostulat: vt tandem lustratis omnibus/ ad campum miserie venandi causa gressus nostri tendant: si forte aliquid et venatu et scitu dignum de anime n..tura hec abyssus exhibeat.

1. Cor. 15.
Apo. 22.

totus hõ beatificatur

olfactus gustus



Nonus De locis infernalibus quatuor in campo miserie discretis in genere: et de limbo patrū vbi et qualis fuerit: testimonijs sancti Augustini et Gregorij particulariter disputatur. Capitulum XLII

Magister

Horridus est hic campus: in quo nō elemēta: sed elementorum magis defecationes resident: nebula/caligo/tenebra/et vmbra mortis seculo incubant: fletus et stridor dentium habitantes nunq̄ destituent: sed hec in lacu inferiore: ab initio autē tollerabiliora loca intrātibus patēt. Quadrifarie nāq; hic campus partitus est. A principio limbus patrum: post hūc purgatorium: sub quo limbus puerorū: et in loco infimo locus infernalis damnatorum. Discipulus. Consimilem audiui partitionem fundi/terrene molis li. 7. cum de terra ageretur. Magister. Uerum: sed celerius hec loca egressi/nōdum quid contineant spectauimus: nunc autē singillatim de omnibus disseremus. Discipulus. Primū igitur de limbo patrum si quid habes scitu dignum in mediū pferas. Magister. Limbus patrum locus est apud inferos tormentis impiorū remotissimus: quē nōnulli sinum Abrae a dño in euangelio appellatū volunt. i. requiē credentium. De hoc loco diuus Augustinus in egregio volumine de ciuitate dei li. 20. c. 15. sic ait: Non absurde credi videt/antiquos etiā sanctos qui venturi christi tenuerūt fidem: locis quidē a tormētis impiorum remotissimis: sed apud inferos fuisse/donec eos inde sanguis christi/et ad ea loca descensus erueret. Cui per omnia illudit sanctissimus papa Gregorius libro. 12. moralium. c. 19. dicens: Ante aduentū mediatoris dei et hominis/omnis homo q̄uis munde pbateq; vite fuerit: ad inferni claustra descendit: et capitulo sequenti. Nec tamen ita iustorum animas ad infernum dicimus descendisse: vt in locis penalibus tenerentur: sed esse superiora inferni loca/esse ab al.a inferiora credenda sunt: vt in superioribus iusti requiescerent: et in inferioribus iniusti cruciarentur. Ab his propheta dei adiutorio se preueniente liberatum confitetur dicens: Nisi quia dñs audiuit me paulominus habitasset anima mea in lacu inferiori. Et iterū: Eruisti animā meam ex inferno inferiori. Et exemplar patientie beatus Job hunc abhorrens dicit. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me: et pater patriarcharum Jacob ne forte nimia tristicia preoccupatus domino peccaret: et ad hunc tormentorum locum mortuus descenderet: filijs suis ait: Deducetis canos meos cum dolore ad inferos: iuxta diui Augustini interpretationem libri. 12. super Genesim ad literam cōmunis tamen expositio id de limbo patrum intelligendū asserit. Discipulus Limbum patrum esse/sufficienter inducta testimonia probant: sed cum ab inferno inferiore/et locis penarū sit remotissimus/vnde infernus dici possit nōdum accipio. Magister. Respectu laci inferioris/superior infernus nō dicitur: respectu autem celorū infernus nominatur. Nam vt inquit diuus Gregorius circa finem libri. 13. moralium: q̄tum ad sublimitatem celi/spacium huius aeris non immerito dici infernus potest: in quem iuxta apostoli Petri sententiam/ruentes apostate angeli in iudicio cruciandi reseruāt. Disci. Plane qd̄ querebā beatus Gregorius dissoluit. Purgatorium lustremus.

Infernus quadruplex.

Limbus patrum. Luce. 16. Augustinus

Gregorius

Ps. 92. et. 85

Job. 14. c

Gen. 42.

Gregorius

2. Petri. 2.



Purgatorium esse post hanc vitam contra grecos scripturarum testimonijs astruitur: et quod suffragijs iuuari possint purgandi proba-tur. Capitulum XLIX Magister.

Purgatorium esse exutis animabus/ plerique grecorum impugnare veriti non sunt: quos catholici viri multotiens/ nouissime autem in concilio Florentino sub Eugenio quarto presentibus grecorum patriarcha/ episcopis/ et imperatore/ luculentissimis rationibus/ et scripturarum testimonijs conuicerunt. operosum nimis esset omnes scripturas de purgatorio loquentes hic commemorare. Discipulus. Saltem aliquos edicito. Magister. Num egregium psalten legisti eo loco quo ait: Transiuimus per ignem et aquam/ et eduxisti nos in refrigerium? Discipulus. Legi psalmo. 65. Magister. Num et Judam Machabeum virum fortissimum commendatum audisti: quia duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam: eas ibi offerri pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans? Discipulus. Audiui sepius in officio quod ecclesia de mortuis frequentat: insuper et ibi additur Saneta ergo et salubris cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluerentur. Magister. Sane. Audi et euangelistam Mattheum. hic dominum dixisse refert: Esto consentiens aduersario tuo etc. et sequitur: ne in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Et infra. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Sunt igitur vt infert sanctus Gregorius quedam peccata que in alio seculo remittuntur. Apostolica quoque tuba Corinthijs aperto sermone de purgatorio insonuit cum dicit: Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus arserit/ detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. quamuis iuxta Augustini traditionem: hec sententia etiam de tribulatione presentis seculi verificari possit. vt in Enchiridion. c. 67. Et libro. 21. de ciui. dei. ca. penultimo. Ceterum que et quanta testimonia doctores ecclesie de purgatorio/ et suffragijs quibus purgandi iuuari possunt perhibeant: testantur sacri canones distin. 25. para. alias. et eadem distin. Qui in aliud seculum et c. Qualis. de penitentia distinctione septima. et in fine nullus et. 13. q. 2. c. tempus. c. anime. c. non estimemus. et de celebratione missa. c. Cum marthe. in fine. et Magister libro quarto. dist. 45. Uerumtamen glo. magna. c. tempus. 13. q. 2. nominans mediocriter malos qui in mortali decesserunt/ Augusti..i verba non sane intelligit: quoniam talibus suffragia nulla prodesse possunt: patet per doctores in quarto dist. 45. et diuum Augustinum de verbis Apostoli: qui ait: Frustra his pietatis officia impendi a suis/ qui sine fide operante per dilectionem/ eiusque sacramentis de corpore exierunt. tales autem sunt omnes qui in mortali/ quamuis vnico decedunt: igitur.

Error grecorum
Concilium Florentinum
Ps. 65. et
2. Mach. 12.
Matth. 5.
Idem. 12.
Gregorius
1. Cor. 3.
Augustinus
Canones
Augustinus

Ubi aut in qua mundi parte purgatorium sit: pena qualis: qui tortores in eo: quantum purgandi adiuuari a viuis desyderant: quamuis

patienter penam hanc sustineant. Capitulum. XLIIII Discipulus:

Hugo. Abunde de purgatorio sententiam scripturarum testimonijs solidasti: sed vbi sit nondum ostendisti. Magister. Hugo de sancto victore libro secundo de sacramentis. parte. 16. ca. 4. astruit hunc locum omnino non esse determinatum. Et fortassis inquit probabilius erit vt in his potissimũ locis singuli penam sustinere credantur / in quibus culpam cõmiserunt. Hoc doctores theologie in quarto super magistrum dist. xx. concedunt de quibusdam singulari dispensatione dei / non omnibus: quoniam ſm cõmunem legem hunc tormentorum locum consistere circa infernum / fuisse de mente diui Gregorij ex quarto dialogoꝝ claret. Nec tibi cure sit de loco purgatorij. sed quomodo hic per penitentie lamenta de peccatis satisfacias: vt penã hanc acerbissimã euadas. Nam iuxta b. Augustini traditionẽ. Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis: prius purgãdus est igne purgationis. Hic ignis & si eternus nõ sit / miro modo tamen grauis est: excellit eñ omnem penam quã vnq̃ aliquis passus est in hac vita. Nunq̃ in carne inuẽta est tanta pena: licet mirabilia martyres passi sint tormenta: & multi nequiter quanta sepe sustinuerũt supplicia. de penitentia distin. vltima circa finem. & distin. ca. Qui in aliud seculum. et quarto sententiarũ dist. xx. Et rursus Augustinus in de verbis Apostoli: sermone de igne purgatorij dicit: Ille ignis purgatorius durior erit q̃ quid potest in hoc seculo penarum videri: aut cogitari: aut sentiri. Discipulus. Memini nõnulla Maronem in sexto Eneid. de grauitate penarum purgatorij deseruisse. Magister. Nec mirum si platonicus / de hac re platonicoꝝ sententiam descripsit. Nam postq̃ animas in coporibus quatuor passionibus affici cõmemorasset: que sunt metus / cupiditas / gaudiũ & tristicia: subiungit quantum in alio seculo passe sint: si immũde exierint. et ait. 6. Eneid. Qui & supremo cum limine vita relinquit (id est cum nouissimo die vita relinquit corpus.) Non tamen omne malũ miseris nec funditus omnes / Corporee excedunt pestes: penitusq̃ necesse est. Multa diu concreta modis mollescere miris. Ergo exercentur penis: veterũq̃ maloꝝ Supplicia expendũt: alie panduntur inanes Suspense ad ventos: alijs sub gurgite vasto Infectũ eluitur scelus: aut exuritur igni. Discipulus. Plane Vergilius hic animas in aere / aqua & igne purgari exposuit. Sed dic queso qui tortores in hoc loco existunt. Magister. Incertum definire quis poterit? Opinantur autẽ non infime auctoritatis theologi: q̃ sola iusticia diuina purgandos igne mediante vti instrumento torquet: q̃uis illuc ab angelis bonis deducantur: & fortasse mali sequantur: vt assistentes saltem penis eorum satientur / quos a veritatis tramite penitus deijcere nõ potuerunt. Non autem equum videtur illos a demonib⁹ torq̃ri: q̃s dũ viuerẽt diuĩa adiuti grã vicerũt. Disci. Assentio facillime: sed nunq̃d patiẽter ferũt purgãdi tã acerbas penas? Magister Patienter. Nouerunt enim quia iuste hec patiuntur: & iusticiam diligunt: nec aliter se ad celestia gaudia peruenire posse sciunt / donec nouissimum quadrãtem reddãt: aut suffragijs adiuuentur. Unde in persona talium animarum sanctus Job dicit: Miseremini mei / miseremini mei saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Sed heu surda aure hos clamores audimus: parentes filiorum / & filij parentum: nec attendimus quanto desyderio anhe-

Marginal notes: Hugo. — Gregori⁹ — Aug⁹. li. de ar. li. 14. sen. dist. 21. — Ignis purgatorij grauitas — Passiões animi quattuor. — Vergilius. — Thomas Bonauẽtura. — Job. 19.

lunt ad consortia beatorum ascendere:ad quos certissima spe sperant se per-
uenire. De ipsis em̃ in lib. Sap̃. dicitur: Spes illorum immortalitate plena Sap. 3. c.
est. Sed de his hactenus:ad inferiora descendamus. Disci. Ipre:te sequar.

De limbo puerorum: et si paruuli non baptisati sensus penam sustineant: et qualiter post resurrectionem permanebunt. Capitulum XLV Magister.

Sub purgatorio iuxta premissam partitionem campi miserie/lim-
bus est paruulorum. Quãuis nonnulli inferiorem partem limbi pa-
trum pueris deputatam credant: Pueris inq̃ non omnibus/ sed si-
ne baptismatis lauacro decedentibus ante vsum rationis. De illis ⁊ si ex ca- Augustinus
none sacre scripture nihil certum haberi possit: Augustinus tamen nõ pauca
disseruit. In libro equidem de fide ad Petrum in declaratione fidei/ait illos
insolubili nexu in eterna damnatioue retineri. Et paulo inferius. Qualitas
male vite ab infidelitate incipit/que ab originalis peccati reatu initium sumit
in quo quisquis viuere ita incipit vt ante finiat vitam q̃ ab eius obligatione
soluatur: si vnius diei vel hore spacio anima illa vixit in corpore/necesse est eã
cum eodem corpore interminabilia gehẽne sustinere supplicia: vbi diabolus
cum angelis suis in eternum arsurus est ⁊c̃. Et in eodem li. ca. 24. et est de cõ
secratione dist. 4. c. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites: paruulos qui sine
sacramento sancti baptismatis de hoc seculo transeunt: ignis eterni suppli-
cio puniendos. Et in libello de origine anime ad sanctum Hieronymum: mul-
tis repetitisq̃ vicibus animas talium damnandas astruit: ⁊ similiter in alijs
scriptis suis diuersis que longũ esset cõmemorare. Discipulus. Dura nimis
⁊ crudelis hec videtur assertio: vt pijssimus deus/cuius misericordie non est
numerus: eos tam crudeliter in eternum puniat ob solius originalis culpam
quã nec propria voluntate contraxerunt: nec in potestate habuerunt regene-
rationis sacri baptismatis sacramentũ accipe/vel respuere. Magi. Pluri-
mi tecũ sentiũt: ⁊ in hac pte sctm̃ Aug. negant. Sed fortasse hoc quoq̃ nõ par
ue ptinacie est crimẽ: tantũ doctorẽ in ea pte simpl'r negare/qua receptus est
a sacris canonibus: dicto canone: Firmiter. et de hereticis ca. 3. et a multis
sanctis ⁊ catholicis expositoribus sustinet̃: vti videre est in doctorib' sup. 4.
dist. 4. Q̃m si quis alia diui Aug. opuscula nõ pigre legerit/inuentet/quibus
p̃dicta mitigare poterit. In Enchiridion q̃ppe ca. 92. sic ait: Nouissima sane Augustinus
omniũ pena erit eorũ/qui p̃ter peccatũ qd originale traxerũt/nullũ insup ad-
diderũt. Et libro de baptismate paruulorũ: Recte potest dici (inquit) paruu-
los sine baptismo decedentes mitissimã omniũ futuros sustinere penã. et est
de ↄsecra. dist. 4. ca. regenerante. Et amplius libro. 5. cõtra Julianum: Ego
itaq̃ non dico paruulos sine baptismo morientes tanta pena esse plectendos:
vt eis melius esset non nasci: cum hec dominus de peccatore sceleratissimo Matth. 20.
dixerit. que aũt/qualis et quãta/definire nõ possum: nõ tñ audeo dicere q̃ eis
vt nulle essent q̃ vt ibi essẽt poti' expediret. Ecce fili trib' testimonijs habes
dictorũ q̃ tibi crudelia visa sũt mitiorẽ intelligẽtiã ab ipo auctore traditã. Aut
verius/q̃ pũuli ignis eterni afflictionẽ nõ sentiẽt certã limitationẽ. Dis. Añ

Augustinus hoc vltimum argumentaris? Magister. Ex dictis eiusdem Doctoris: ait quippe sermone. 26. ad eremitas: Melius est omni esse carere quam in inferno iacere. Et sanctus Hieronymus sup Hieremiã li. 4. Melius est nõ esse quam viuere in supplicijs. Et sup Ecclesiasten ca. 4. Melius est omnino nec sensum habere substantie quam infeliciter vel esse/vel viuere. Item rursum: Melius fuerat ei (scz iude) oĩno non esse/quam eternos cruciatos ppeti. Si igitur/vt contra Julianũ scribit: nõ fuisset melius paruulis istis nõ nasci/quam in sua damnatiõe esse: manifeste cõcludit qz nõ veniũt in inferno eterno igne cruciãdi. Discl.

Hieronymus

Augustinus Euidens argumentatio: miror autẽ cur sanctus Aug. in prioribus auctoritatibus terribilius in verbis sonuerit quam sentire voluit. Magister. Fortasse vt pestiferam heresim Pelagij et Celestij in Carthaginẽsi cõcilio (cui intererat diuus pater) damnatã a fidelium auribus longius ꝑpelleret. Hi equidem heretici hominẽ a seipso sine gratia posse iuste agere/et paruulis baptisma necessarium nõ esse: nec datum ꝓdesse dogmatisauerãt: cũ sine illo saluari possent. Contra quẽ errorẽ etiã in libello de origine anime ad sanctũ Hieronymũ ita scripsit: Quisquis dixerit quod in christo viuificabunt etiã paruuli/qui sine sacramento eius participatione de vita exeunt: hic profecto et contra apostolicã predicationẽ venit: et totã condemnat ecclesiã. Et in libro de baptismo paruulorũ: Fallit (inquit) et fallitur qui eos in damnatione ꝑdicat nõ futuros: dicente Apostolo: Per delictũ vnius omnes homines in condẽnatione. ad Romanos ca. 5. et de consecra. dist. 4. canone. Regenerãte. Disci. In quali igitur damnatione erunt/si vt deductũ est cũ impijs igne eterno non ardebunt?

24. q. 1.

Error Pelagianus.

Rom. 5.

Magister. Nunquid audisti: quia dixit in auctoritate contra Julianum: Que autem/qualis aut quanta erit pena illorum: definire non possumus. Dicit tamen ibidem: quia in tenebris manent. et est de consecratione distinctione quarta: canone Nulla: He tenebre vt nõnullis visum est: interiores/non exteriores intelligende sunt: quia scilicet visione dei in eternum priuati sunt. de baptismo capitulo tertio: et libro secundo Sententiarum distinctione. xxxiij. Quantum autem illud sit (haud dubium quia magnum) diuus Augustinus terribilissimis verbis et sententijs explicare voluit. Verũmen vt ait sanctus Bonauentura in quarto distinctione quarta. Volunt quidam quod paruuli de hac priuatione non dolebunt: sed diuino iudicio et misericordia faciente de statu quem habebunt/contenti erunt. nouerunt enim (inquit idem Doctor libro secundo distinctione. xxxiij. questione penultima et vltima) ad quid creati/et ob quã causam illo priuati et quam miseri sint in inferno inferiore sub ipsis constituti: diuino tamẽ iudicio eorum cognitio et affectio ita equa lance librãtur: vt nec dolorem vel afflictionem exteriorem vel interiorem sentiant: et ita perpetuantur: vt nec tristicia deijciat/nec leticia reficiat: vt nec proficiãt nec deficiant: sed semper vniformiter manent: nec esurient nec sitient: et quamuis corpora gloriosa habituri non sint in resurrectione vltima: nihil tamen patiuntur/protec.. diuina virtute: etiam si in igne infernali volutarentur: hec Bonauentura. Discipulus. Ex his manifestum diuum Augustinum bene dixisse: quoniam melius est his paruulis sic esse/quam omnino non esse. Magister. Etiam fili. Sed sine ad propositam methadum redeamus. nescio enim quomodo in materiam etiam apud theologos non plene digestam/stilo habenas amplius quam equum fuerit laxauerim. Discipulus. Vis igitur in lacum inferiorem descendamus. Magister. quam celerrime.

Paruulorũ que pena.

Bonauẽtura.

Infernū esse vnusq̄sq3 lege sua edoctus credere habet: et q̄ sub terra sit sanctus Grego. affirmat. q̄ aūt in illo pena: quis cibus: quis potus sūmarie enumeratur. Ca. XLVI. Ma.

Infernū esse reproboꝝ receptaculū/argumentis et scripturis stabilire q̄q̄ operosum nō sit: ꝯsulto tñ p̄terire libet: ne vltra q̄ oportet in calce epitomatis longius digrediamur: aut rem ab vniuersitate gentium creditā in dubiū reuocare/vel saltē frustra demonstrare videamur. Judeus a ꝑphetis edoctus/infernū credere necesse habet. Sarracenus ex Alcorano Mahumeti instructus/infernū negare non pōt. Christianus multiplici euangelioꝝ testimonio fulcitus/infernū esse non in dubiū vertit: sed quō euadat summopere studet. Reliqua aūt gentilitas nescio si apertius testimoniū de resurrectione vltima/et inferno/q̄ beati Job gentilis afferre possit. Infernus Judei. Sarraceni Christiani

Dis. Saltem vbi infernus sit edoceas: Magi. Nunquid ego illic fui: vt sitū eius et locū edicere possim? Dis. Nec etiā in limbo aut purgatorio habitasti: attamē quid de his catholici senserint clare disseruisti: itidem de inferno attentes queso. Mag. Diuus Augustinus vicesimo libro de ciui. dei capi. 16. ait: Ignis eternus/cuiusmodi et in qua mundi vel rerū parte futurus sit: hoīem scire arbitror neminē: nisi forte cui diuinus reuelauerit spiritus. Nō ego q̄dem in beato Gregorio completū haud dubitauerim: quoniam infernū sub terra esse/maxime in libro dialogoꝝ quarto astruit. Vñ et Theodericū regem in Sicilia insula in ollam Vulcani delectū/fideli testimonio comprobat. Et Hieronymus Jone. 2. super illo verbo. Proiecisti me in ꝓfundū maris. Sicut cor est in medio animalis: sic infernus in medio terre esse perhibetur. Insuper terram fuisse apertā: et deglutisse Dathan et Abyron descendentes viuos in infernū scriptura cōmemorat. Augustinus Gregorius Loc⁹ inferni. Hieronymus Ps. 105 Nume. 16. c.

Dis. Plane de loco respondisti: de pena aūt quid dicis? Ma. Non mihi (Vergilius inquit) si lingue centum sint: oraq3 centū: ferrea vox/omnes scelerū comprehendere formas: Omnia penarū percurrere nomina possem. Canit enim regius propheta: Dominus pluet super peccatores laqueos/ignis/sulfur/spiritus procellarū pars calicis. i. passionis eorum. Verg. 6. enei. Ps. 10. b.

Dis. Si hec pars/in toto quantū putas erit? Mag. Forte quod in capitulo. 40. Ecclesiasticus ait: Furor/zelus/tumultus fluctuatio et timor mortis/iracundia ꝑseuerans/et contentio/sanguis ⁊ romphea/oppressiones/fames/contritio et flagella: sup iniquos creata sunt hec omnia: et super peccatores septuplum. Et alibi cap. 39. addit: Bestiarū dentes et scorpij et serpentes et romphea vindicans in exterminiū impios. Alludit beatissimus Moses in persona irati domini Deuterō. 32. dicens: Immittam in eos dentes bestiarum et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Quid plura? cū beatus Job capitulo vicesimoquarto de impio dixerit: Omnis dolor irruet super eum. et rursus: Ad nimiū calorem transiēt ab aquis niuium. Si de cibo potuq3 infernali queris/audi legislatorem Mosen Deuteronomij tricesimosecundo. De vinea inquit Sodomorum vinea eorum: et de suburbanis Gomorre. Eccles. Moses. Job Gen. 19.

Dis. Ciuitates has sulfure et igne in fauillam redactas scriptura loquitur: et mare quod mortuū vocant/sub Jordane testimonium perhibet. Magi. Sane quod sequit̄ ausculta. Vua eorū vua fellis et Deut. 32. Hiere. 9.

botri amarissimi. Fel draconū vinum eorum: et venenū aspidum insanabile. Dominus quoqꝫ per Hieremiā ait: Ecce ego cibabo populum istum absynthio: et potū dabo eis aquam fellis. Frustra conor singula sermone explicare
Sapientie .5. cum iuxta Sapientis vocem / orbis terrarū pugnaturus sit contra insensatos: vt per que peccat quis / per hec torqueat. Hinc magnus Basilius: Feces
Ibidem. 2. c. omnium elementorū et lesuras virtutes in fine mundi / ab ipsis separandas:
Basilius. et ad cruciatū malorum in infernū mittendas astruit. Et diuus Gregorius:
Gregorius. In inferno inquit erit frigus intolerabile: ignis inextinguibilis: vermis immortalis: fetor intolerabilis: tenebre palpabiles: flagelle cedentiū: horrida visio demonum. Confusio peccatorū: desperatio omnium bonorum. Erit em̄ miseris mors sine morte: defectus sine defectu: quia mors ibi semper incipit / et deficere nescit.

Si aut quomodo anime exute ab igne corporali pati possunt: et qualiter sentētie sanctorum de his intelligende sunt. Capitulum XLVII. Discipulus.

Nam igitur vsqꝫ ad finē mundi / et corporū resumptionē ab his cruciatibus immunes sunt reproborū anime? Magi. Nequaqꝫ. qm̄ ista elementorū defecatio ad punitionis augmentū non ad initium futura est: sicut et corporū resumptio. Dis. Quō exute anime a corporibus prememoratis cruciari interim quibunt: cū corpora in spiritū agere non possint: vti ex his que octauo libello disseruimus claret? Magi. Ubi auctor creaturarū operat vt vult / et iusticia exigit: qd natura habeat an possit / nō
Ps̄. 32. b. magnificandum est. Si em̄ ex nihilo cuncta in esse pdire iussit (Dixit enim et facta sunt) quid miraris / si preter solitū nature cursum spiritus per corpora punit? An forte ita creatis causis potentiā suam alligauit: vt sine his agere quicqꝫ non possit? hoc eqdem qdam vanissimi philosophorū senserunt. Dis. Tales libro octauo vbi de causis disputatū est / errasse cognoui. Ma. Potest igitur dn̄s omniū preter causas secūdas / aut consuetū earundem ordinē operari? Dis. Etiam. Mag. Non igitur impossibile videat si spiritū per corpus castigat. Disci. Non de possibilitate: sed de modo quero. Mag.
Rom. 11. d. Quis nouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Tu sic viuas / vt
Qualitas penarum. modum punitionis experientia non addiscas: quin illius contemplatione et metu moderatior effectus / eiusdem queas et cruciatus effugere / et futuris bo
Algazel nis potiri. Sunt qui actionis passionisqꝫ naturas iuxta humane philosophie traditionem attendentes ignē et cetera q scriptura enumerat nō realia / sed imaginaria existimant. Alij aūt hec quidem omnia realia / sed actionem imaginariā esse contendunt. Reliqui vero quorū auctoritatem catholici non spernunt: ignem inferni realem et corporalem esse scripserunt: et illo eodem igne spiritus incorporeos vt sunt exute anime: et demones realiter cruciari
Gregorius fatentur. Nam diuus Gregorius in. 4. Dialogorū ignem infernalem corporeum dicere non ambigit: et qꝫ animas exutas exurat hoc medio arguit. Si (inquit) diabolus eiusqꝫ angeli cum sint incorporei / corporeo igne cruciandi

sunt: quid mirū est si et anime anteq̄ recipiāt corpora possint igne corporeo cruciari? Si forte de antecedente dubitas: audi dñm in euangelio Matthei ca. xxv. Ite maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo ⁊ angelis ei⁹ Sententie illius beatus Gregorius causam assignans libro. 9. moraliū. c. 50 ait: Quāuis angeloꝝ atq̄ hoīm natura sit longe dissimilis: vna tñ pena implicat: quos vnus in crimine reatus ligat. Et venerabilis Hugo li. de sacramentis: parte. 16. ca. 3. argumento Gregorij assentiens ait: Verissimili auctoritate sacri eloquij et catholice veritatis testimonio ꝓbat̄: corporali et materiali igne aīas etiā nunc ante susceptionē corpoꝝ cruciari. Quod aūt sanctus Greg. scripsisse legit̄: q̄ spūs in eo ardent / q̄ se ardentes vident: dictis minime contrariat̄. Nam cū spiritus instrumentoꝝ siue organoꝝ diuersitatem nō habent: oīs sensus illis equalis est ait Hugo vbi supra. vt videlicet sit illis videre qđ tangere: et tangere qđ dolere. Vñ rursus Greg. in dialogo Anima nō solum videndo / sed experiendo incendiū patit̄. Aug⁹. aūt Aurelius li. de ci. dei. 21. ca. 10. recitata opinione / que spiritibus aerea corpora assignat / in q̄bus ignis incendiū patiant̄ / subiungit: Si aūt quisq̄ nulla habere demones corpora asseuerat: nō est de hac re / aut laborandum operosa inq̄sitione / aut contentiosa disputatione certandum. Cur enim nō dicamus q̄uis miris / tñ veris modis etiam spiritus incorporeos esse: et pena corporalis ignis affligi: si spiritus hoīm etiā ipsi ꝑfecto incorporei / et nunc potuerunt includi corporalibus mēbris: et tunc potuerūt corpoꝝ suoꝝ vinculis insolubiliter alligari? Qđ aūt idem doctor li. 12. super Geñ. de infernali loco et tormētis disputat / in retractationū li. quō accipiendum sit manifestat.

Hugo

Gregorius

Augustinus

Quō ignis spiritū detinet: ⁊ ipse se detentū attente considerat. Insuper ignē infernalem et penam esse eternā probat̄: et opiniones sex enumerantur. Cap. XLVIII. Magi.

ORdinauit autem iusticia diuina elementū maxime afflictiuum vt superbum spiritum quasi carcere detineat: et ipse se detentū ibidē attente consideret: ab eo quidem quem odio implacabili odit. dicēte Psalmista: Superbia eoꝝ qui te oderunt ascendit semper. Illud aūt quantum afflictionis reprobis generet / ex seipso conijcere homo facillime posset qui ab inimicissimo sibi aliquo ꝑpetuis vinculis / q̄uis sine alia molestia corporis deputatus esset. Vñ nonnulli theologoꝝ hanc esse spirituum et animarum ante resurrectionem gehennam tradiderunt. Discipulus. Cum autem idem sit ignis oēs detinens: eadem oīm pena est: qđ summe iusticie derogat. Mag. Idem q̄uis ignis omnes inuoluat / non tñ equaliter exurit: nec omnes eque intense se detentos ꝯsiderant: diuina hocipsum opante iusticia. teste scriptura Apocal̄. ca. 18. Quantū glorificauit se et in delitijs fuit: tantū date illi tormentū et luctum. Astipulat̄ sanctus Grego. lib. 9. moraliū dicens: Sicut in domo patris mansiōes multe sunt ꝑ diuersitate virtutū: sic dānatos diuersis supplicijs gehenne ignibus subijcit disparitas criminis: q. s. gehēna q̄uis vna sit cunctis: non tñ cunctos vna eadēq̄ qualitate succendit. Nā dicente iustissimo legislatore: ꝑ mensura peti erit et plagaꝝ mod⁹. Dis. Nō erit igit̄ gehēna eterna queadmodū euangeliū cōminat̄ / sꝫ finita, queadmo-

Quare ignis pre ceteris affligat.

Ps. 73.

Aug. li. 21. de ci. ca. 16.

Apoca. 18.

Deut. 25.

dum delectatio et numerus peccatoꝝ:aut aliã causam eternitatis penarũ assi
Augustinus gnabis. Ma. Prompte. Beatus Aug. ait li.21.de ciui.c.12. Homo fact⁹ est malo dignus eterno:qui hoc in se peremit bonũ/quod esse posset in eternũ.
Gregorius Et sanctus Gregorius dicit: Voluissent iniqui si potuissent sine fine viuere/ vt potuissent sine fine peccare.ostendens:qꝛ in peccato semꝑ viuere cupiunt/
Errores notabiles. qui nunq̃ desinunt peccare dũ viuunt. Ad magnã igitur iusticiã iudicantis ptinet vt nunq̃ careant supplicio qui in hac vita nunq̃ voluerũt carere peccato.de pe.dis.1.para.voluissent. Perniciosissime igit errant: primo qui tandem nõ solum hoies omnes/sed et demones misericordia dñi liberandos autumant:q̃uis post multa annoꝝ curricula.vt Origeniste. Hinc et poeta ait in.6.enei.facilis descensus auerni. Noctes atq̃ dies patet atri ianua ditis: Sed reuocare gradum superasq̃ euadere ad auras/ Hoc opus hic labor est.
Idem li.4. dialogorũ
Vergilius.6. Eneidoꝝ
Errant secundo:q̃ sanctoꝝ precibus cunctos saluandos existimant. Errant tertio:q̃ saltem omnes baptisatos ⁊ eucharistie sacramento cõmunicatos ab eternis cruciatibus sequestrare contendunt. Errant nihilomin⁹ quarto: qui hanc sententiam ad eos retorquent/qui dicta sacramenta in vera fide consequuntur: licet postea in heresim labant. Non minus deuiant a veritatis tramite:qui solam christi fidem vsq̃ in mortis articulum seruatã sufficere arbitrantur:cũ iuxta apostolicã doctrinam: Fides sine operibus mortua sit. Demum longi a regno dei absunt:qui facientibus opera misericordie q̃uis alias maliciose egerint/finalem salutẽ ꝓmittunt. Tantoꝝ erroꝝ figmenta et scripturarum passus quibus innitunt:diuus Augustinus non tam abunde q̃ doctissime lib.de ciui.dei.20.a capitulo decimoseptimo vsq̃ in finem redarguit:et eternitatẽ gehennalis incendij luculentissime probauit.
Jacobi.2.d.
Augustinus

Corpora damnatoꝝ sine cõsumptiõe eternaliter posse in infernalibus tormentis ꝑmanere:edocetur quibusdam mirabilibus nunc in mũdo repertis. Et quõ hic ignis sine lignis semper esse possit.et si reprobis ad aliquid luceat: auctoritate sancti Gregorij determinatur. Capitulum vltimũ. Disci.

Sacris eloquijs/et tante auctoritatis doctoribus facillime assentio sed quomodo damnatoꝝ corpora edaces gehenne flammas sine incineratione et consumptione in sempiternũ sustinere possint/intellectu difficile. Insuper et corporalem ignem qualis est infernalis sine corporeis fomentis diutius posse consistere/ ex philosophia conuincitur impossibile. Magister. Premonui paulo antehac obtutum mentis non ad mundane imperfecteq̃ philosophie traditionem:sed ad summe iusticie hic punientis omnipotentiam conuertendum.que tanta insolita et mira fecit in mundo sensibili:vt horum consideratione/nec de quo hesitas omnino videat impossibile. Salamandra viuit in igne.nõnullum genus vermiũ in calidarum aquarum scaturigine reperitur. Notissimi Sicilie montes qui tanta diu-

turnitate temporis/atq; vetustate vsq; nunc et deinceps flāmis estuant atq; integri perseuerant: satis idonei testes sunt (inquit Augustinus lib.21. de ciuita.ca.4.) nō omne quod ardet absumi. Premitto breuitatis causa alia mira/que tantus doctor contra incredulos in eodem libro cōmemorat. Beatus itē Gregorius li.15.moraliū.c.50.testat Hac perbreui sententia que lib Job ca.20.scribit/quod tu in dubiū vertis luculenter dissolui. dicit nempe: Deuorabit eū ignis qui nō succendet. Quia (inquit Gregorius) omnipotentis iusticia futurorū prescia: ab ipsa mundi origine gehenne ignē creauit/qui in penam reproborū esse semel inciperet: sed ardorē suum etiā sine lignis nunq̄ finiret. Cum enim sit corporeus et in se missos reprobos corporaliter exurat: nec studio humano succendit: nec lignis nutrit: sed creatus semel durat inextinguibilis/et succensione nō indiget. et ardore nō caret. Aliud insuper mirū in hoc igne dictus sanctus Gregorius papa libro.9.moraliū.c.49.esse affirmat. Dis. Quod? Mag. Quia gehenne flāma reprobis nequaq̄ lucet ad consolationis gratiā: et tn̄ lucet ad penā. nam sequaces quosq; suos secum in tormento reprobi/flamma illustrante visuri sunt: quorū amore deliquerunt: quatenus qui eorū vitam carnaliter contra precepta conditoris amauerunt: ipsorū quoq; eos interitus in augmento sue dānationis affligat. Dis. Heu heu q̄ pauci attendunt/que scriptura et sancti viri de inferorū perpetuo cruciatu testantur. Mag. Ideo vt dn̄s ait: lata porta et spaciosa via que ducit ad perditionē: et multi sunt qui intrant p eā. Angusta aūt porta et arta via est que ducit ad vitā: et pauci sunt qui inueniunt eā. Dis. Docti fortasse tn̄ qui beatorū gloriam/pariter et damnatorū immensam penā ex scripturis nouerunt. Mag. Nequaq̄: non eni (scribit Paulus Romanis) auditores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabunt. Et rursus sciētiam inflare testatus est. Inflati autem et tumidi angustam portā intrare minime possunt.

Augustinus

Gregorius Job.20.

Ignis gehennalis incurabilis effectus.

Math.7.

Ad Ro.2.b. 1.Cor.8.a.

Finis. XI. Libri.

Liber Duodecimus. De principijs philosophie Moralis: q̄ sciētia ad acquisitionem virtutum et bene viuendum necessaria sit: et meriti magni. Capitulum primum.

Magister.

Salue fili. Dis. Et tu preceptor colendissime. Magi. Unde hec mesticia/quam et vultus et gressus tardior in te ostentant? Dis. Quia me a felicitatis culmine longius deiectum inuenio: Mag. Quam ob causam? Dis. Faustum feliceq; me existimabam/si qn̄ philosophie (cui⁹ ad ethera vsq; laudes extollebas) principia/rerū q; causas cognoscerem: verū longe aliter euenire ex his q̄ hesterno vesperi disseruimus intelligo. Artissimā nempe que ducit in campum glorie viā: latissimā vero q̄ ad campū miserie aditū prestat ipso veritatis ore cōprobasti. Rursus etiā scientiā inflare aplī voce ostendisti: et cū hac q̄-

Matth.7.

1.Cor.8.

plures apud inferos cōclusos docuisti. Magi. Paucis ad modū que cōmemoras sed irrefragabilibus testimonijs cōprobata sunt: nō tñ phie aut cuiusuis sciētie studiū vel ascensum vel campū glorie impedire/ vel descensum in miseriam cōpellere: sed ad illam virtutibus conscēdere/ad hanc vitijs delabi posse queq̄ dissertū est. Resipisce igitur paululū: nec te phie inseruisse tantisper penitebit. Hec eñ claritate suffulta callē virtutū aperit: et viam vitiorum ꝓcludit.

Sciētie fructus et laus.

Sine scientia quippe (vt diuus Aurelius li. 12. de trini. testat. c. 14.) nec virtutes ipē quibus recte viuit haberi possunt: per quas hec vita misera sic gubernet: vt ad illā que vere beata est ꝑueniat eternā.

Augustinus

Rursus qui hac pollent: deū hic saltem per speculū et enigma/ et alibi facie ad faciē limpidius cognoscent.

1. Cor. 3.

Nōne nycticorax/homo/ et aquila etiā in eadem ꝓpinquitate ad solem ipm diuerse vident: fm acuitionē et vigorem oculorum? Hinc propheta Daniel: Qui docti fuerint fulgebunt quasi splēdor firmamenti: et qui ad iustitiam erudiunt multos/quasi stelle in ꝑpetuas eternitates.

Dan. 12. b

Nec illa phie pars que humanarū rerū noticiā pollicet: cuius et tu ꝑncipia ꝑlibasti/ ꝓpter se cōquirenda est: sed vt mortalitati studioue bene viuendi cōiuncta/ in rerum diuinarum agnitionē aggressum parat: vtraq̄ eñ phie descriptio (quā operi premissam memini) complectitur. Discipulus. Ita est. Magister. Et Lactātius libro de falsa sapiētia ait: Virtus aūt cum scientia iuncta sapiētia est.

Lactantius

Discussa igitur rationali et naturali. Moralem (si libet) percurramus. Discipulus. Libet/et quidem maxime.

De diuisione philosophie moralis in ethicam: politicā: economicā et monasticam: et q̄ duplici via mala cohibentur: pena scilicet et virtutum laude: et de ordine dicendorum. Capitulum II Magister.

Phie moralis descriptio et partitio.

Philosophie pars quam moralem dicunt/humanorum actuum regimen pandit: virtutum et vitiorum oppositorum rationes explicat: et in quo demum hominis felicitas consistere possit perquirit. Hanc in ethicam/politicam/economicā/ et monasticam diuidunt. Ethica de virtutibus: vitijs et felicitate hominis disserit. Politica regimen multitudinis regni vel ciuitatis. Economica vnius familie aut domus. Monastica priuati hominis gubernationem edocet. Primā si haud segnes lustrauerimus/aliarū partem nōn minimā expeditam cognoscemus: omnes eñ qui vel multitudi..s/ vel domus/vel suiipsius curam gerunt/callem virtutum ambulandum pollicitationibus et exhortationibus ꝓcurant. Quis enim (inquit Iuuenalis satyra quarta) v..tutem amplectitur ipsam premia si tollas? Viam autem vitiorum legibus multiplicibus cohibent: et necessario quidem. Nam omnis etas ab adolescentia prona est ad malum Geñ. 8 et 12 q 1. omnis etas. Multi aūt non amore virtutis/sed timore pene declinant: pauciores vero animi sui passiones ne in vitia consurgant virtutibus cohercere student. Nam vt in epistolis testatur Horatius. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali/formidine pene. Dicente autem scriptura: Stultorum infinitus est numerus. Et Lactantius firmianus in exordio institutionum suarum aduer

Iuuenalis satyra. 4.

Horatius

Eccls. 1. d

Lactantius

fus gentes scribit: Quia virtutibus amaritudo permixta est: vitia vero voluptate condita sunt: illa offensi/hac deliniti feruntur in preceps: ac bonorum specie falsi/mala pro bonis amplectuntur. Dis. Primū igitur quid virtus: deinde que animi passiones virtutibus cohercende: demum virtutum ꝛ oppositorum vitiorū rationes specialius indagande sunt. Eo namq̧ seruato ordine singula memorie cōmendare erit facilius.

Quid virtus: quō sit mediū. qualia extrema: mediū qualiter sumendum et attingēdum et virtutes quō acquirende. Cap. III. Ma.

Aristoteles in. 2. libro Ethicoꝝ/ virtutē et quo ad principiū directiuum/ et quo ad actū describit. Dis. In ordine ad principiū directiuū qualiter? Magi. Uirtus est habitus electiuus in medio existens quo ad nos/ determinata ratiōe vt sapiēs determinabit. Habitū dicit virtutem: vt genus eius ostendat ꝓpinquū. Est enim virtus q̄litas animi nō oīs/ sed q̄ habitus dici solet: habitus q̄dem a voluntate elicit⁹ et recta ratione determinatus. Potentie aūt et passiones/ q̄ etiā in aīa inueniunt/ virtutes non sunt: q: naturaliter et sine electione insunt: ideo ab his nec laudamur/ nec vituperamur: sicut a virtutibus. In medio aūt virtus existit/ duorum scʒ extremorum: vnius q̄dem ꝑm supfluitatē: alterius aūt ꝑm indigentiā. et hoc quidem ꝑm substantiā virtutis. nam ꝑm rationē boni/ est optimū in illo genere et ita extremū. Ambo aūt vitia (q: a recta ratione ꝑm plus et min⁹ deuiāt) alteram extremitatē obtinent. Additur aūt/ quo ad nos: non ꝑm rem. quod eñ vni multū est/ alteri conueniens reperit. At quia rectitudo circa mediū in indiuisibili est: ideo bene agere contigit vno modo tm̄: peccare aūt modis infinitis. Difficile est enim tangere mediū/ et id tenere. facile aūt circūquaq̧ ab eodem discedere. Quemadmodum videre est in sagittarijs: quorū is tm̄ centrum designatū contingit: qui per lineā rectam sagittā dirigit: ceteri autem plus et minus declinant. Determinatio igitur in virtute non cuiuslibet: sed sapientis est ꝑm dictamen rationis recte. Conformem virtutis definitionem diuus Aurelius libro de quantitate anime ponit dicens: Uirtus est equalitas quedam vite/ vndiq̧ consonans rationi. Dis. In ordine aūt ad actum qualiter virtus definitur? Mag. Uirtus est que bonū facit habentē: ꝛ opus eius bonū reddit. Utramuis aūt et que principiū/ et que actum explicat Augustinus in lib. 2. de libero arbitrio in vna complectit/ cum ait: Uirtus est bona qualitas mentis qua recte viuit: qua male nemo vtitur: quā deus in nobis sine nobis operatur. Uirtus est qualitas nō omnis/ sed bona: et habitus non corporis/ sed mentis. Uitia aūt et si habitus sunt mentis ad malum inclinantes/ a talibus tñ virtus discreta est/ cum dicit: que recte viuitur. Tunc aūt recte viuit/ cum homo ꝑm rectam rationē vt vtiq̧ sapiēs determinabit operat. Ab his aūt que ad bonū et ad malum esse possunt/ virtus diuisa est: cum addit: qua male nemo vtitur. Licet enim virtutibus vt obiectis male et in supbiā quis vtat: actu tñ virtutis et vt virtus est habitus directiuus/ male nemo vtit. Hec definitio cōis est omnibus virtutibus. Quod aūt adiectū est quam deus in nobis sine nobis operatur: infusas ab acquisitis secernit. Quedā eñ virtutes sunt que nullo humano conamine haberi possunt: sʒ sola

Aristoteles

Uirtus vt principiū.

Idem. 2. ethi.

Passiōes nō sunt virtutes.

Augustinus

Uirt⁹ actiua.

Aristoteles 2. Ethicorū.

Augustinus

vel largitate anime infunduntur: vt sunt fides/spes/et charitas: quas deus in nobis sine nobis operatur. sine nobis quidem agentibus: nobis tamen vel non resistentibus vel consentientibus: in ceteris autem etiam nobis agentibus cooperatur. Et has partim doctrina/partim asuefactione conquirimus. Doctrina quidem. si quid bonum vel malum/licitum vel illicitum/bene maleue fiat aliquo docente cognoscimus. Hinc Seneca ait: Virtus sine studio sui esse non potest. Asuefactione vero si id quod bonum cognouimus optamus et diligimus. Non enim (inquit Augustinus li.xi. de ciui. dei. c. 28.) qui scit quod bonum est/vir bonus dicitur: sed qui diligit bonum quod scit. Quemadmodum autem vna hyrundo non facit ver: nec dies vna calida estatem: sic nec operatio vna bona virtutem/et mala vitium. Ex actibus autem frequenter iteratis generantur habitus: et quidem tales quales sunt actus. Hinc Salustius in Jugurtha dicit: Benefacere ex consuetudine in naturam vertitur. Et Ouidius in epistolis: Ars fit vbi crimen a teneris condiscitur annis. Unde non modicum differt iuuenes bene vel male asuesci Alterat enim consuetudo naturam. maxime autem in his in quibus preuiam dispositionem reperit maiorem: et animi passionem magis aut minus radicatam. Nam Tullio teste: ingenijs nostris innata sunt semina virtutum: quasi adolescere liceret/ ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Dis. De talibus vt nunc disseramus premissorum ordo expostulat.

Virtutum acquisitio duplex

Seneca

Augustinus

Phus. 3. ethicorum.

Salustius

Ouidius.

Tullius in tusculanis questionibus

De passionibus concupiscibilis que sunt: concupiscentia. desiderium. gaudium. leticia amor. odium. fastidium. abominatio. acedia. inuidia. dolor. tristicia et misericordia. Capitulum IIII Magister.

Passiones siue affectiones animi sunt quas a concupiscibili et irascibili/potentijs et obiectis harum exoriri diximus. Concupiscibilis namque in obiectum suum/quod est bonum delectabile fertur: vel secundum placentiam/vel displicentiam. Placentia autem esse potest respectu boni vel mali. Boni quidem proprij/vel alterius. rursus autem proprij distantis: vel coniuncti. Si distantis et per appetitum simplicem: est concupiscentia. per appetitum intensum: et est desiderium. Placentia autem de boni proprij et coniuncti adeptione/est gaudium. de vsu et fruitione: est leticia animi quidem: cum sit circa disciplinas contemplatiuas corporis/si fiat circa gustum et tactum. Quarum quedam sunt necessarie et naturales. vt nutrire/et indigentie succurrere. [illegible]dam naturales/sed necessarie non sunt. vt generare. Commendatur enim [illegible] virginitas. Alie contra naturam sunt et semper fugiende. vt gula/ ebrietas/ [illegible]xuria/ornat[illegible] superfluus et his similia. Placentia vero respectu boni alterius/in nobis amorem siue dilectionem efficit cum alteri bonum appetimus. Sed placentia mali respectu proprij esse non potest (Nemo enim vnquam carnem suam propriam odio habuit. inquit Apostolus ad Ephe. 5.) sed respectu alieni. et odium causat. Malum enim appetimus his quos odio habemus. quod si inueterascet/in rancorem vertetur. Dis. Concupiscibilis vero que in delectabile fertur secundum displicentiam/quas efficit passiones? Mag. Displicentia vel est respectu boni/vel mali. Si boni: aut proprij aut alieni. Rursus si proprij: aut con-

Passio concupiscibilis

Placentia boni proprij

Concupiscentia.

Desiderium.

Leticia duplex

Gaudium.

Leticia.

Placentia boni alterius.

Amor.

Placentia mali

Dilectio

Odium

Rancor

Displicentia boni

iuncti/vel absentis. Si cõiuncti: fit fastidiũ. que est simplex respuitio illius boni. ꝛ abominatio: que est ardens ꝛ intensa respuitio illius boni. Si absentis: fit Acedia. que bonũ tale adipisci negligit. Displicentia autẽ alieni boni est inuidia. Unde in epistolis Horatius: Inuidus alterius rebus marcescit opimis. At vero displicẽtia respectu mali/est vel ꝓprii: vel alieni. si ꝓprij/erit Dolor: qui est afflictio ex absentia cõuenientis. ꝛ Tristicia ex ꝑ̃sentia disconuenientis. Si aũt displicẽtia fit respectu mali alieni: Misericordia dici põt.

Fastidium. Abominatio. Horatius. Dolor. Tristicia. Acidia. Inuidia. Displicentia mali.

Disci. Ex his sextuplicẽ in passionibus cõcupiscibilis colligo cõtrarietatẽ. Prima cõcupiscere ꝛ fastidire. Secũda desiderare ꝛ abominari. Tertia gaudere ꝛ dolere. Quarta letari ꝛ tristari. Quinta amare siue diligere ꝛ odire. Sexta misereri ꝛ inuidere. Magister. Scite mẽbra principalia in vnũ colligis: nec omnimodã illorũ cõuenientiã aut distinctionẽ exquirere epitomatis breuitas admittit. Disci. Scio. Irascibilẽ igitur simili cõpendio ꝑcurram⁹.

De Passionibus irascibilis que sunt ambitio paupertas spiritus: spes: desperatio: superbia: humilitas: dominatio: subiectio: contemptus: reuerentia: audacia: penitentia: ira: impatientia: timor et magnanimitas. Capitulum V Magister.

Irascibilis in obiectum suum qd est arduũ ꝛ difficile fertur per robur ꝛ debilitatem: ꝺm robur quidem per modum ꝓsecutionis: ꝺm debilitatem vero per modum fuge. Prosequẽdo tendit vel in bonum: vel insurgit contra malum. Rursus in bonum honoris vel excellentie. Quod si distãs fuerit: tendit per ambitionẽ que est appetitus talis boni simpl'r. Aut ꝑ spem: que est appetitus talis boni cũ confidentia obtinendi. In obtentum vero bonum honoris/tendit per superbiam/dominationẽ ꝛ contemptum. Superbia equidem alios cupit excellere. Dominatio ꝑ̃esse. Contẽptus subiectos paruipendere. Contra malũ autẽ insurgit vel memoratũ/vel ꝑ̃sens/vel expectatum per audaciã iram ꝛ magnanimitatẽ. Discipulus. Scd'm debilitatẽ ꝗ̃o ꝛ per modũ fuge quo tendit? Magister. A bono vel malo. a bono dico/honoris vel excellẽtie/ꝑ̃senti vel absenti. Si a bono honorabili ꝑ̃senti ꝓprio: erit humilitas Si ab alieno: erit reuerẽtia ꝛ subiectio. A bono autem absenti ꝓprio .. resilit: paupertas spiritus est. ꝛ simplex illius fuga: vel desperatio. ꝛ est fuga intensa ꝓpter diffidentiã obtinendi. A malo autẽ preterito fugit ꝑ penitentiã. a presenti/per impatientiã: a futuro per timorẽ. Qui si fiat in apprehendẽdo ꝺm dispositionẽ ꝓximã/agonia dicit': ꝺm dispositionẽ vero remotã ex imaginatione magna/fit admiratio. ex insolita/stupor. In operando autẽ respectu mali futuri/est autẽ segnicies/respectu mali in opere: aut erubescẽtia/respectu mali in verbo: aut verecũdia/respectu mali in opinione. Disci. His etiam facile oppositiones passionum in irascibili colligo. Contraria est enim ambitioni paupertas spiritus. Spei desperatio: Superbie humilitas. Dominationi subiectio. Contemptui reuerentia. Audacie penitentia. Ire impatientia: ꝛ timor magnanimitati. Magister. Probe. Possunt tñ passiões

Passio irascibilis. Ambitio. Spes. Superbia. Dominatio. Contemptus. Audacia. Ira. Magnanimitas. Humilitas. Reuerentia. Subiectio. Paupertas spiritus. Desperatio. Penitentia. Impatientia. Timor. Segnicies. Erubescentia. Verecundia.

Robur in ꝓsecutione boni. Robur in insurrectione cõtra malum. Debilitas fuge a bono. Debilitas fuge a malo. Agonia. Admiratio. Stupor.

irascibilis et concupiscibilis latius dilatari: et ad duas vel quatuor potius restringi. Dilatationē in processu de virtutibus et vitijs videbimus: restrictionē vero paucis edicemus. Concupiscibilis nempe de bono psenti gaudet: de futuro sperat. Irascibilis de malo presenti tristatur: de futuro timet.

Quatuor passiones: que sunt leticia tristicia timor siue metus. Cupiditas in brutis et etiam in humana voluntate inueniuntur: vt Augustinus astruit. Ca. VI. Disci.

Sed dic queso cōiuncti tm̄ sunt/an ne etiam animi separati? Magi. Concupiscibilē et irascibilem seu sensualitatis et voluntatis esse libro decimo supra audiuimus: nec passiones a sensualitate que in brutis est sine ratione secludimus. Gaudet enī leo de preda apprehensa: sperat de ea quā trino psequitur saltu: tristatur de quartana febre/ quā actu patit. timet de eadem que proximo reuertit. In volūtate autē a sensualitate et carnis infirmitate liberata/ passiones dictas Augustinus libro. 14. de ciui. c 5. ex platonicorū dictis cōtra eosdē concludit: et consequēter eas volūtates nominat dicens: Interest aūt qualis sit volūtas hominis: quia si puersa est/ puersos habebit hos motus. si autem recta est: nō solum inculpabiles/ verūetiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe in omnibus: imo omnes nihil aliud q̄ volūtates sunt. Nam quid est cupiditas et leticia: nisi voluntas in eorum consensionem ab his que volumus? Et quid est metus atqȝ tristicia: nisi voluntas in dissensionē ab his que nolumus? Sed cum consentimus appetendo ea que volumus/ cupiditas: cū sentimus fruēdo his que volumus/ leticia vocatur. Itemqȝ cum dissentimus ab eo qd̄ accidere nolumus: talis voluntas metus est. Cum autem dissentimus ab eo qd̄ nolentibus accidit: talis volūtas tristicia est. Et omnino pro varietate rerum que appetuntur/ vel fugiūtur sicut allicitur vel offenditur voluntas hominis/ ita in hos vel illos affectus mutatur et vertit. Eas quoqȝ nos dū hic sumus ex humane conditionis infirmitate habere/ paulo infra prosequitur. Causas igitur aut potius incitamenta et confortamēta harum pter voluntatē nō inutiliter pquiremus. Dis. vtilissime.

Augustinus
Idem. c.6
Cupiditas
Leticia.
Metus.
Tristicia.
Idem. c.9.

Qualiter passiones ratione corporalis dispositionis variant: et pro diuersitate apprehensiue diuerse originantur. Ca. VII Magi.

Passiones dicte a varietate rerum et potentia apprehēdente (vti ex dictis liquet) origina: ex dispositione aūt apprehēsionis virtutis motiue/ et membrorū corporis corroborant et debilitantur. Disci. Ex dispositione apprehēsionis qualiter? Magister. Nōne ex forti imaginatione casus/ quidā ex alto prospiciētes multū timent: et frequēter cadunt. alij ex imaginatione forti et confidentia quā habent in medicū/ sanitatē sperant et consequūtur? Disci. Certissima hec sunt: de dispositione motiue quid dicis? Magi. Asuefactio habilitat: qui ergo sepius letant/ sperant/ timent/ vel tristant: ad hos actus promptiores expeditioresve euadunt. Disci. Hoc quoqȝ

Corroboratio et debilitatio passionum triplex.

manifestū. De dispositione autē mēbrorū quid afferes? Magister. Motiua membris vt instrumentis vtitur: in quibus triplex spiritus in sanguine per corpus inuehetur. naturalis scꝫ vitalis: ꝛ animalis. de quibus libro. 10. supra tractatū est. Sanguis aūt non modo membrorꝝ que nutrit/sed ꝛ spirituum diuersitatē causat: illi rursus passionibus conferunt. Unde sanguis temperatꝰ in tenuitate ꝛ grossicie/propter spiritus lucidi abundantiā/disponit ad gaudium: contrarius ad tristiciam. Naturaliter eñ anima in luce gratulatur: in tenebris vero tristatur. In nocte igitur omnes sumus timidiores. Sanguis vero clarus: sed plus calidus/ aptat ad iram: que tanto diutius feruet quanto sanguinis substantia compactior fuerit. Tenuis vero ꝛ frigidus ad timorem. pariformiter in ceteris est videre. Cor autem/ cum fons ꝛ origo sit sanguinis/in omnibus his passionibus mouetur. Unde in gaudio ꝛ leticia cor paulatim dilatatur: ꝛ membris virtutem occurrendi obiecto conuenienti influit: ideo interiora paulatim frigescunt: ꝛ exteriora in tali affectione calefiunt. In tristicia oppositum accidit: nam obiectum disconueniens quod coniunctum est/respuente anima/paulatim cor constringitur: nec spiritus in mēbra sufficienter diffunduntur: hinc exteriora infrigidantur: similiter ꝛ quedā interiora. In timore autem si obiectum cum spe fugiendi apprehenditur/ cor constringitur fortiter: ꝛ spiritus ꝛ calor ad intestina mouentur. vnde timentiū cor tremit: ꝛ vox ꝛ anhelitus minuuntur: ꝛ intestina circa que spiritus ꝛ calor coarrantur soluta/ superfluitates emittunt/nec continere possunt: ꝛ facies pallescunt. In verecundia autem ꝛ erubescentia natura ad confidentiam resistendi excitat ꝛ exterioribus succurrens genas colorat. In ira autē ꝛ audacia sanguis accensus/cor inflāmat ꝛ dilatat: ꝛ exteriora quoqꝫ in vindictam calefacit ꝛ aptat. Ex his cetera patent: nec speciali deductione indigent: nisi forte tu aliter sentias. Discipulus. Non. Sed nūc qualiter mens eas refrenet virtutibus/exponendum est. Ita quippe cum nudiustertius diui Boetij philosophicas cōsolationes percurrerem: scriptum reperi: Gaudia pelle: pelle timorem: spem'qꝫ fugato: Nec dolor adsit/Nubila mens est vinctaqꝫ frenis hec vbi regnant.

Sanguinis iudicium iuxta passiones.

Cordis iudiciū iuxta passiones.

Boetius

De diuisione virtutū in intellectuales: morales ꝛ theologicales. Ca. VIII Magi.

Non omnibus virtutibus mens vtitur in frenandis passionibus: sed moralibus tm̄: nec tamen is omnibus. Disci. Quā innuis virtutum diuisionem lucidius explana. Magister. Uirtutum quedā intellectuales: quedam morales: ꝛ alie theologicales vocantur. Discipulus. Intellectuales que sunt? Magister. Que intellectum in quo subiectantꝰ perficiunt: speculatiuū nempe intellectum sapientia/scientia ꝛ intellectus in operatione sua dirigūt: ars ꝛ prudētia intellectū practicū regulant. Discipulus. Queso ne pigeat te latius istec deducere.

Uirtutes intellectuales.

De virtutibus intellectualibus intellectu scientia ꝛ sapientia. Ca. IX Magister.

Intellectus speculatiui opus theoriam siue speculationum/finem autem scire liber vndecimus supra edocuit. Scibiliū aūt quedā esse pncipia ꝛ quedā conclusiones logica patefecit. principia vero mox cognitis terminis ab intellectu apprehenduntur lumine naturali: terminorum

Aristoteles 1. posteriorꝝ

autē cognitio a sensu oritur: vt oīe totū est maius sua parte. qđ si frequētius
iteratū fuerit: in intellectu fit habitus quidam ad huiuscemodi apprehensio-
nem intellectū habilitans ⁊ inclinans: ⁊ eodem nomine (scʒ intellectus) no-
minatur. Rursus autem conclusiones p̄ premissas ⁊ resolutionem earundem
vsq̄ ad principia/via demonstrationis inuestigantur: ⁊ inde habitus genera-
tus scientia dicitur. Huius species in p̄ncipio operis p̄misimus. Opinio aūt
Phs. 2. meta physice. ⁊ suspicio: cum circa falsum esse possint/virtutes nō sunt. Ad noticiam vero
altissimarū causaꝝ/q̄ via nature certissime sunt ⁊ maxīe intelligibiles: intelle
ctum nostrum (qui ad hec se habet sicut oculus nycticoracis ad radium solis)
inclinat habitus: quē sapientiam vocamus. Hic habitus tāto ceteris preemi-
Idem net/quanto circa nobilius obiectum versatur. hinc Aristoteles de celo ⁊ mū-
do libro. 2. ait. Magnū est de rebus celestibus posse aliquid cognoscere: vel
de rebus nobilioribus: etiam debili ratione. Et in libro de animalibus: Ama-
bile est inquit magis parū aliquid cognoscere de rebus nobilioribus q̄ mul-
ta de rebus ignobilioribus. Ex dictis facile est singulorum definitiones elice-
Intellectus re. Discipulus. Elicias igitur. Magister. Intellectus est habitus p̄nci-
Scientia piorum. Scientia est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus.
Sapientia Sapientia autem cognitio est rerum diuinarū. Unde ⁊ Apostolus inter hos
1. ad Cor. 12. duos habitus/scientiā videlicet ⁊ sapientiam discernit scribens Corinthijs:
Augustinus Alij inquit datur sermo sapientie: alij sermo sciētie ⁊c. Et diuus Augustinus
de trini. li. 12. et. 14. differentiā horum late p̄sequitur. Reliquum est vt habi-
tus intellectus practici discutiamus. Discipulus Id ipsum volui.

De arte ⁊ prudētia habitibus intellectualibus: ⁊ q̄ prudens esse nemo possit nisi etiam bonus sit. Capitulum X Magister.

INtellectus practicus circa considerationē veritatis quā ad opus ordi
nat duplici via incedit. Prima: vt opus tm̄ sit perfectum ex recta ratio
ne: ex huius frequentatione habitus generatur: intellectum ad opera-
tionem habilem prōptūq̄ reddens. hunc pħi artem nominant. Secunda via
est: qua intellectus veritatem ad opus ordinat/vt ipse operans perficiatur:
Prudentia ⁊ in suis actibus ordinetur. hinc generatus habitus intellectum ad huiusmo
di habilitans/prudentia dicitur. Horum autem habituum differentia ex defi
nitionibus suis clarius habetur. Discipulus. Has igitur in medium ferre
Aristoteles haud recuses. Magister. Ars (vt ait Aristoteles libro. 6. Ethicorum) est re
Facere cta ratio rerum factibilium. Facere autem/vt idem testatur libro nono meta
physice: est actus transiens in exteriorem materiam: sicut edificare/secare/
scribere: ⁊ huiusmodi. Ars itaq̄ habitus est factiuus cum recta ratione: id est
ratio directiua factionum in rebus exterioribus. Non igitur artis est artifi-
cem bonum facere/sed opus: ideo nō habet perfecte rationem virtutis. Pru-
Agere dentia autem est recta ratio agibilium. Agere autem per philosophum vbi
supra/est actus permanens in ipso agente: vt intelligere: velle consiliari ⁊ hu
iusmodi. Prudentia ergo est ratio directiua actionum in ipsis operantibus:
⁊ habet rationem virtutis perfecte: quia impossibile est (inquit philosophus
libro 6. Ethicorum) esse prudentie/⁊ nō existentem bonum.

Quō differt ars et sciētia: ꝛ que artes liberales: ꝛ que mechanice. Ca. XI Disci.

Dic obsecro in quo artem a scientia distinctū habitū dicis: cum scientiarum nōnulle etiam artes nominari soleāt. patet de Grāmatica Logica Rhetorica ꝛc. Magister. Quas opponis scientias/etiā nominari artes manifestū est: nō tamen pprie/sed extēto artis nomine. nam in ipsis reperitur aliquid per modū operis: vtputa syllogismorū fabricatio opus numerandi aut mensurandi ꝛc. Dicunt autē he scientie artes liberales: ad differentiā mechanicarū. nam ille animū liberū pmittunt circa opus proprium: qđ est cōsideratio veritatis. He a tali opere ad exteriora recedere/adulterari ꝛ mechari faciunt. vnde ꝛ machanice dicunt. Sunt autem homini necessarie. cecidit eñ homo per peccatū in ignorantiā/ꝛ iuuatur per sapiētiam: in cōcupiscētia/ꝛ iuuatur per virtutem: in infirmitatem ꝛ defectus multos/ꝛ iuuatur per artem mechanicā. Nemo eñ carnē suā odio habuit. Inuenit igit humana ratio ad singlas corpis necessitates singulas artes: q̄ ad septenariū a doctis reducūtur (vt patet in policicis) videlicet Lanificium: Armatura siue fabrilis: Nauigatio: Agricultura: Uenatio: Medicina ꝛ Theatrica. Discipulus. Harum rationes veloci saltem ac breui sermone percurras.

Artes liberales.
Eph. 5. f
Artes mechanice.

De artibus mechanicis in speciali: ꝛ que a nobis possint exerceri. Ca. XII Magi.

Lanificium que prima est/continet opationes nendi/consuendi/retorquendi: ꝛ que fiunt manu/acu/fuso/pectine/subula/calamistro/girgilo/alaboro: in materia lini/lane/canapi/pelle/pilo/ꝛ suberis. Insuper vium floccorum/filtrorum/sagorum/sagmatum/funiū/matularum et sportarum ex straminibus vel viminibus. Armature species due sunt. Architectoria ꝛ Fabrilis. Architectoria in cemētariā/ꝛ carmentariā partit. Fabrilis in malleatoriā/fusoriam/ꝛ sculptoriam diuiditur. Continet igitur sub armatura quicquid armorū est. Ibi artifices metallarii alchimiste ꝛ que operātur dolabris/securibus/lima/serra terebro/trulla: in osse/arena/lapide/luto/latere/ꝛ ligno ꝛc. Nauigatio continet omnem industriam emendi/vendendi mutuandi/in domesticis ꝛ pegrinis nauigationibus. Uerūtamen mercatura etiam alijs modis q̄ nauigatione fieri habet. Eam autem Tullius sordidam nominat. Sordidi etiam sunt qui mercantur a mercatoribus qđ statim vendāt: nihil eñ proficiunt nisi ad modum mentiantur. Et ideo dicit Leo papa: Penitenti vtilius est stipēdia pati q̄ periculis negociationis astringi: quia difficile est inter ementis ꝛ vendentis cōmerciū nō interuenire peccatū. Agricultura omnem agri cultum complectitur. Quadruplicem autē agrum distinguunt sc3. Aruum: qui sationibus ꝛ segetibus deputatur. Consitum: qui nemoribus constat/vinetis/oliuetis ꝛ pomerijs. Pascuum: qui pascua germinat: vt prata. Floridum/vt est hortus ꝛ rosarij. Hanc Tullius libro. 1. offi. laudat dicens. Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur/nihil est agricultura melius/nihil vberius/nihil dulcius/nihil libero homine dignius. Et in Georgicis Uergilius cecinit: O fortunatos nimiū sua si bona norint Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis Fundit humo facilem victum

Lanificium
Armatura architectoria.
Fabrilis
Nauigatio
Agricultura
Tullius. 1. of.
Leo papa.
Ager
Aruum
Consitum
Pascuum
Floridum
Tullius
Uergilius

Uenatio iustissima tellus. Uenationū alia ferina: alia aucupium: alia piscatura. Omne igitur venandi genus siue in terra/mari/aquis ꝛ aere continet. Insuper ꝛ omnia officia piscatorū/carnificum/coquorū/cauponum ꝛ tabernariorū. Ue-
Hieronymus. rūtamen ante diluuium esus carnium in vsu nō erat: testatur sanctus Hiero.
Medicina. ꝛ canon. 35. dist. ab exordio. Medicina: corpus vel tuetur/ vel restaurat salutem: sub qua chirurgia/apothecariorū/ pigmentariorū/ balneatorū/ rasorū
Theatrica turba militat. Theatrica cōtinet omnes artes ad ludos ptinentes. Est autem
Ludus gymnicus. ludus aut gymnicus: agon: circensis: scenicus/aut gladiatorius. Gymnicus/ qui in gymnasio exercetur per saltum/cursum/iactum/virtutē atq; luctationē
Agon Agon quoq; in cursu: celeritate/sagittandi pitia: ad citharā quoq; ꝛ tibias/ incedendi gestibus consistebat. Circenses ludi a circūeundo dicti sunt. Scenic⁹
Scenicus in theatris exercebat: in quibus in parata demūcula quā scenam dicunt/comi
Gladiatorius ci: tragici/histriones ꝛ mimi fabulas recitabant. In amphiteatro gladiatorius cū actibus militaribus exercebat. In phanis autē deorum laudes etiam non sine obscenitate decantabant ꝛ demonstrabant: in arenis pugiles inter se ꝛ cum bestijs exercebant: in conuijs alearum ludus/rithmi ꝛ musica frequentabatur. Discipulus. Qui omniū dictarum artium primi extitere inuentores? Magister. Capitulū. 4. libri Geneseos nōnullos enumerat. Sed gentilium vanitas alios assignat. Nos ad reliqua pperemus: nam ꝛ si sine his nō
Eccl. 38. edificetur ciuitas (vt ait Sapiens) non tamen sedebunt super sellam iudicis: ꝛ testamentū iudicij non intelligent: nec palam facient disciplinam ꝛ iudiciū: sed solum operationi artis vacabunt. Non igitur ingenuis ꝛ singulari ingenio preditis adolescentibus (de quorū numero vnum te habeo) he artes exercende sunt. A christifidelibus insuper nōnulle quasi illicite ꝛ saluti contrarie habentur: maxime autem theatrica/quantum ad multas eius species. Demum ex animo tuo nunq̄ discedat/quantū preciosissimi temporis reges/ pncipes/ comites/nobiles/diuitiarum affluentia splendentes: ꝛ qd̄ execrabilius est) clerici diuino cultui mancipati in venationum inutili/laboriosa ꝛ periculosa arte amittunt. propter anserem quidem vilissimum: pauperrimus viduis pupillisq; panem segetibus pullulantem: quadrupedum tritura perimentes conculcantesq;. restituent proculdubio eo loco quo ipsi pauperrimi erunt. Disci. Nihilomagis in procerum caterua obtestor. Magister. Iuste. Sed nunc si libet prudentie conditiones enodabimus. Disci. Libet vtiq; perplacetq;.

De prudētia ꝛ ptib⁹ integralibus: ꝛ quō futura scire possumus. Ca. XIII. Magister.

Prudētie naturā tūc facilius intelligemus: si date diffinitioni ip̄sius etiam diuisionem per omnes partes explicitam adiunxerimus.
Prudentia Disci. Definitio prudentie (ni fallaris) hec est: Prudentia est recta
Augustinus ratio a nobis agibilium. Magister. Augustinus quoq; li. 83. questionū ait: Prudentia est cognitio rerum appetendarum ꝛ fugiendarum. alludit per om
Tullius nia li. 1. de libero arbitrio. Tullius vero. 2. Rhetorice ait: Prudētia est rerū bonarū ꝛ malarū verarūq; scientia. Sed iurisconsultus in. l. iusticia para. iuris prudētia. ff. de iusti. ꝛ iu. ita definit: Prudētia est diuinarū humanarū rerū noticia/iusti atq; iniusti scientia. Discipulus. Idem si bene memini dicitur/ insti. eodem. para. 1. Sed de his satis. ad prudentie diuisionem pergamus. Magi. Prudentiam in partes integrales/ potentiales/ꝛ subiectiuas inue-

nio partitam. Discipulus. Integrales que et quot sunt? Magister. Memoria: intellectus: ratio: sollertia: docilitas: prudentia: circumspectio et cautio. Tria vltima prudentia integrant vt est preceptiua: reliqua vt est cognoscitiua. Disci. Hec latius explana. Magister. Prudentiam esse circa contingentiam agibilium definitio data in superioribus indicat. Horum autem cognitio si preterita sint / memoria dicitur. si presentia vel instantia / intellectus nominatur: et frequenter ex memoria nascitur. Nam in contingentibus agibilibus vt plurimum futura similia sunt preteritis: ait phus. ij. Rhetorice. Unde prudens arguit: si talia talibus concurrentibus hactenus accidere potuerunt: sic et nunc et in futurum accidere possunt. Sic enim Sapiens docet / dum inquit: Memento que ante te fuerunt. Et Seneca: Qui de preterito nihil cogitat / vitam perdidit. Unde de prudenti iuda machabeo scriptura testatur: cum viderat valida castra inimicorum / victorias patrum preteritas ad memoriam reuocans militum ait: Mementote quomodo salui facti sunt patres nostri. Rursus aut habita recta existimatione de fine: via memorie et intellectus / media in promptu inuenienda sunt per que finis attingi possit: et id fit per solertiam: que vt ait Aristoteles. i. posteriorum: est subtilitas inueniendi medium in non perspecto tempore. Inuentis autem medijs / opus est ea debite posse applicare ad finem: regulas vniuersales ad particularia coniungere: et ex notis procedere ad noticiam nondum cognitorum: hoc pertinet ad rationem: quia nos nec omnia bene considerare possumus / occurrentia circa agibilia (quoniam particularia sunt) ab alijs edoceri: precipue autem a senibus et expertis indigemus. Unde et Sapiens ait: In multitudine presbyterorum: id est seniorum prudentum sta: et prudentie illorum ex corde coniungere. Id autem fit per docilitatem: qua quis disciplinabilis efficitur / et aliorum consilijs acquiescit. Amplius futura que circa agibilia occurrere possunt prospicere: et ad finem cum presentibus conuenienter ordinare necesse est: quod fit per prouidentiam / que est futurorum: nam preterita aut actu presentia aliter ordinari non possunt. Circumstantijs etiam negocij prius inuentis et ordinatis in finem comparari oportet: quod fit per circumspectionem. Oportet denuum etiam vitare impedimenta: et cauere / ne vitia pro virtutibus se ingerant. quod fit per cautionem. Hec octo suo compendio scriptura commemorat / dum ait: Gens absque consilio est et sine prudentia: vtinam saperent et intelligerent: et nouissima prouiderent. saperent scilicet preterita per memoriam: intelligerent presentia per intellectum / rationem / solertiam / et docilitatem / ac nouissima prouiderent / per prudentiam / circumspectionem et cautionem. Possumus enim nos cognoscere futura / saltem in suis causis: Deus autem vt in seipsis et quibus voluerit per prophetie donum communicare.

Partes integrales prudentie. | Futurorum presentia. | Phus | Seneca | 1. Mach. 4. | Solertia. | Phus | 6. Ethicorum | Eccl. 6. | Prouidentia | Circumspectio. | Cautio. | Deut. 32.

De prudentie partibus potentialibus: que sunt Eubulia. Gnomi et Synesis: et de dono consilij. Capitulum XIIII

Disci. Consequenter prudentie partes potentiales edissere. Magister. Prudentie partes potentiales tres sunt scilicet Eubulia: Synesis: et Gnomi. Prudentie equidem principalis actus est recte precipere: de precipiendis autem primum consiliari: dehinc iudicare oportet. Primum ad eubuliam: secundum ad Synesim et gnomin pertinet. Est enim eubulia rectitudo consilij ad finem bonum / per vias congruas et tempore conuenienti.

Partes potentiales prudentie.

vnde ebuluſi. prudens/ſiue bene conſiliatiuus. ꝛ talis nec velox nec nimis tardus ꝛ firmus eſſe debet. Diſcipulus. Cur autem addis: ad finem bonum? Magiſter. Quia conſilium bonum nullum eſſe poteſt/ſi finis malus in conſiliando proſtituatur: aut ad finem vie male inueniantur. Hoc ipm vocabulū inſinuat: dicitur eñ eubulia ab eu/qḋ eſt bonum: ꝛ a βυλκ. id eſt conſiliū: quaſi bonum conſilium. Non igitur recte conſiliatur latro ad latrocinium: quia finis malus. nec fur vt furto pauperi ſuccurrat: nam ꝛ ſi finis bonus ſit: (ſcȝ pauperi ſubuenire) via tamen illicita eſt/per furtū: vt teſtatur beatus Aug⁹. et. 14. q. 5. c. Forte. ita videre eſt in alijs circūſtantijs actus moralis. Diſcipulus. Syneſis que eſt? Magiſter. Que recte iudicat de conſiliatis ſm leges communes. huius iudiciū iuſticia legalis exequitur. Gnomi autem recte iudicat de conſiliatis ſi leges deficiunt. ꝛ huius iudicium epikeia exequitur. vt q̄ furioſo depoſitus gladius reddendus nō eſt. Interdum etiā ex cauſis oportet a cōmuni lege diſcedere. Quoniā xo (vt ait Sapiēs) cogitatiōes mortaliū timide: ꝛ incerte puidentie noſtre: indiget homo neceſſario in his que ad ſalutem ſunt/ꝛ ad rēpublicā/ab altiori principio dirigi: a quo datur his qui ſincere petunt donū conſilij: per qḋ ſpiritusſanctus mouet hominem per modū ſubtilioris ꝛ certioris conſilij.

Donū conſilij
Auguſtinus
Syneſis.
Gnomi.
Sap. 9. c
Donū cōſilij

Prudentie partes ſubiectiue enumerant: ꝛ prudentia monaſtica homini vtilis ꝛ neceſſaria comprobatur. Ca. XV Diſcipulus

Partes ſubiectiue prudētie.

Reſtat vt prudentie partes ſubiectiuas edoceas. Magiſter. Prudētie ſpecies quinq̄ ſolent aſſignari. ſ. prudētia monaſtica/economica politica/regnatiua ꝛ militaris. Prima neceſſaria eſt homini q̄tum ad ſe. Secūda homini vt familiā ſuam gubernet. Tertia homini vt ſe politie rectori debite ſubijciat. Quarta: vt quis rempublicā ſtrenue regat. Quinta: vt ciuis bonū cōmune ſtrenue defendat. Diſcipulus. Has igit̄ ſpecies ſub breuitate explanes. Magiſter. Prudentia ſingularis homini neceſſaria eſt ad ſalutē: nā cognitionē ſui docet; ſine qua (vt ait Bernardus ſup Can.) nemo ſaluat̄. Unde: Homo cū in honore eſſet nō intellexit (ſcȝ ſeipm) cōparatus eſt iumētis inſipiētibus: ꝛ ſimilis factus eſt illis. Unde ꝛ Helinandus ſcribit in templo Apollinis tale oraculum fuiſſe datum. γνωτι σεαυτον. hoc eſt noſce teipſum. Ex hoc nēpe homo ſe humiliat: ꝛ vnicuiq̄ qḋ ſuū eſt reddit: iuxta p̄cepta legis nature ꝛ decalogi: de quibus diſſerēdi locus hic nō eſt. Hāc Richardus deſcribit dicens: Monaſtica ſcientia eſt que ſui curā gerens/ inectis ſeſe erigit ꝛ exornat virtutibus: nihil in vita admittēs quo nō gaudeat/ nihilq̄ faciens penitendum.

Prudentia monaſtica.
Bernardus
Ps. 48.
Helinandus
Richardus.

De prudentia economica: ꝛ qualiter vxor ſit regenda: inſup quibus virtutibus mulier pollere debeat. Ca. XVI Diſcipulus.

Prudētia economica.

Prudentiam economicam declares. Magiſter. Hac prudentia indiget qui familiam regere habet: prudentiā tamen monaſticā non negligat. nam qui ſibi nequā eſt: cui bonus erit? In familia autem

vt dicit li. I. politicoꝝ/tres cõmunitates necessarie sunt. viri. s. et vxoris: ꝓ Aristoteles
pter opus gñationis. dñi et serui/ ꝓpter opus administrationis. patris et fi-
lij: ꝓpter perpetuitatẽ: qđ fieri neqt si patri filius nõ succedit. Ad has cõita Viri ꝛ vxoris
tes singula prudentie regimina accomodãda sunt. In primo eqdem/vir vxo
ri sue affabiliter cõuiuat: ne vita eius sit cũ tristicia: aut cogat extraneis so-
latijs se immiscere: vnde infamiã facile posset incurrere. In correctiõe vero
aliter cũ honesta/aliter cũ ꝯtumace et sugba oportet ꝓcedere/iuxta discreti
onis limites: q̃ (vt sup Cañ. Berñ. ait) omni virtuti ordinẽ ponit: modũ tri-
buit: decorẽ et ꝓsperitatẽ ꝯfert. Est ergo (inqt) discretio nõ virtus ꝙ quedã
moderatrix virtutũ/ordinatrix affectuũ/et doctrix morũ. Tolle hãc/et virt⁹
vitiũ erit. Secundo vir vxorẽ decenter tractet in ornamentis et alijs necessa-
rijs. Non eñ sicut ancilla/sed vt socia tractanda est: qr nõ de pedibus/sȝ la- Geñ. 2.
tere viri est formata. Aliter aũt est vxor ciuis/aliter militis/aliter regis or-
nanda: ẜm diuersitatem temporꝫ et locorũ. Ideo infelices macedones phũs Aristoteles
in rhetorica nominat: eo ꝙ suis vxoribus illicita ꝑmittebant. Rursus Vale- Valeri⁹ max.
rius maximus Romanos cõmendat: qr vxoribus de necessarijs ꝓuidebant.
Tertio vir vxorẽ sine zelotypia diligat: ne sibi continuã cordis anxietatẽ et
vxori non seruandi fidem incitamentũ prestet. q̃ secus ad vxores se habent/
damna multa nõ scripto/sed experimento addiscent. Rursus aũt vxor debet Vxor sit casta
esse casta et pudica/verecunda et taciturna/pia et discreta. Casta q̃dem esse
debet/ne vinculum matrimonij indiuisibile soluat: et ne illegitimi cum legiti-
mis viro in hereditate succedant. Vñ fornicatio mulieris periculosior est ꝙ̃ Valeri⁹ max.
viri. Castitatis vero custos est sobrietas. vnde vt ait Valerius maxim⁹ Ro Pudica
manis mulieribus vsus vini olim ignotus erat. Sit et pudica ꝙtum ad exte
riores corporis gestus. Mulieris eñ est (vt inquit Chrys.) domi philosopha Chrysostom⁹
ri et a dissensionibus se cohibere. nec minimũ abusionis genus est mulier si-
ne pudicitia. gratia aũt super gratiã mulier sancta et pudorata. Sit etiã ve- Verecunda.
recũda. ne dicat ei illud Hiere. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi/no
luisti erubescere. Inuerecunda q̃ppe mulier attentare audet quod vir nõ per
petraret. Verecundie aũt signũ est taciturnitas: que est (vt ait phũs) orna- Phũs
mentũ mulieris. quod laudatũ inuenit a Sapiente. Mulier sensata et tacita Eccli. 26.
non est immutatio anime erudite. Sit insuper pia et discreta: vt familiã cum Pia. discreta
qua semper conuersat/consolet: et pauperibus cũ moderamine elemosynam
erogando compatiatur.

De regimine seruorum: et vnde seruitus orta sit. Capitulum. XVII. Magister.

Secũda cõitas familie est dñi et serui. Natura oẽs liberos genuit:
fortuna aũt seruos ꝯstituit. Serui eñ ceperunt ꝓpter appetit⁹ cor Seruoꝝ ort⁹
ruptionẽ: intellectus tarditatẽ: et tpaliũ penuriã. Primum manife triplex
stum in Cham filio Noe: q̃ ꝓpter maliciã suam qua patris pudenda reuela Geñ. 9.
uit: ideo ipse et posteritas sua seruituti est deditus. sic rebelles/et in bello vi
cti: mancipia/quasi manu capta dicebant: et ad seruiendũ seruabant. Secũ
dum ꝯueniens est. nã intellectu tardi/magis sunt robusti et ad onera sustinẽ-
da apti. ecõtrario corpore debiliores/sunt magis sapiẽtes: et ad regendum
alios habiliores. Tertiũ cõmunissimũ est: penuria nãqꝫ rex tpaliũ plurios
etiã honestos et ingenio pollentes seruire cogit: etiã his qui serui sunt seruo

Augustinus — rū coꝝ.i.pctoꝝ hos aūt ꝯsolaꝛ diu⁹ Aug.li.4.de ci.c.3.dicēs: Bon⁹ si serui at/liber est:malus aūt si regnet/seru⁹ est:nec vni⁹ hoīs/sȝ qđ grauius est/ tot

Dñoꝝ erga seruos prudētia. — dñoꝝ q̄t vitioꝝ. Debent itaq̄ dñi ad seruos tali prudentia vti/ vt sint in loq̄ndo placidi:ne verbis durioꝛib⁹ exasperanꝛ. vñ Seneca: Qui in seruos iracūꝛ et crudelis est satis ōndit ptātē ad alienos sibi defuisse. Seruis igiꝛ hilarē te

Seneca ep̄la 48. — prestes (inq̄t) sugioꝛē te colant poti⁹ q̄ timeant. Nimiā tñ erga eos familiaritatē caueant: q2 ꝯtemptū parit. Sint in remunerādo benefici:ne necessitate

Deute.15. — cōpulsi furenꝛ. Sint et in mādado discreti:ne nimis onerib⁹ laboꝝ grauenꝛ. vnde et dñs in lege eos die septimo q̄escere:et anno septimo liberos a seruitute iussit exire. Ecōtrario serui dñi esse fideles in cōmissis sibi a dñis: vt bo-

Seruoꝝ item erga dños. — na eoꝝ ꝯseruent. Sint intelligētes in p̄ceptis: vt q̄ dñi moneant/recte intelligant:et q̄ intellexerunt/cū obedientia exequanꝛ. sic eñi erunt decentes in obsequijs. Non eñ decet seruū quod iussus est/si possit:cauillationibus suis ꝓtelare. Unde diciꝛ: Non sit mihi seruus medicus: ꝓpheta:sacerdos. Medic⁹ est:si iussus afferre aquā frigidam/eam sanitati ꝯtrariā persuadet. Propheta est. si missus ad debitoꝛē/eum iā non posse domi reperiri syllogisat. Sacerdos deniq̄ censeꝛ:si quod inuitus facit/saluti aīe contrariū arguit. Decentia aūt in obsequio tunc seruaꝛ:si non modo corporis mundicia/ sed et moꝝ in-

Menander. — tegritas custodiꝛ:ne vxoꝛ/ne filij/et filie corrumpanꝛ. Nam vt ait Menāder

1. Coꝛ.15. — Corrumpunt bonos mores colloquia praua. quod et Ap̄ls approbat.

De regimine filioꝝ a patribus et pedagogis. Capitulum XVIII. Mag.

Parentū erga filios Prudentia — Tertia familie cōitas est patris et filij. Jure eq̄dem naturali/ ciuili/ et diuino pater circa filios sollicitus esse debet: ipsis ministrādo nutrimentum/ q̄tum ad corporis necessitatē:et disciplinā/ q̄tū ad morum honestatē. Nam vt ait ap̄ls.1.Timo.5. Si q̄s suoꝝ/et maxime domesticorum curā non habet/fidem negauit. Primū nec bruta q̄dem negligunt q̄-cumcūq̄ ferocia:sed singula filios suos summo studio alunt: donec ad debitā perducta fuerint quantitatē et robur.l.1.para.ius naturale.ff.de iusti.et iu. Crudeliores itaq̄ bestijs erunt q̄ liberis suis alimenta nō prestant. Nec alimenta tm̄ prestare sufficit:sed et substantiā in hereditatē relinq̄re debent. 16

2. Coꝛ.12.c. — q.1.predicatoꝛ.et ap̄ls ait: Non dñt filij thesaurisare parētibus:sed parētes filijs. Filius tñ patrem egentē cogitur alere.22.q.4.c. Inter. Secūdum rursus bestias pro modulo suo imitari videmus:qm̄ educatos pullos ad mores

Deuꝛ.32. — et actus nature et speciei sue conuenientes ꝓuocāt. Hinc leo catulos suos ad predam ducit:aq̄la pullos sup eos volitans ad volandū ꝓuocat:et sic vid-re est in singulis. Stolidioꝛ est igiꝛ hic bestia q̄ filios suos si ad meliora studia inducere nolit:saltem eos manuū suaꝝ labores manducare/et artē qua ipsos enutriuit nō ꝑdocti:sed ociari/taxilloꝝ ludo questū querere:hinc scortari/latrocinari:tandemq̄ morte turpissima interire ꝑmittit. Dis. Heu q̄tum hec stulticia nostra etate nō modo plebeos verū altioris oꝛdinis hoīes obcecauit Sed dic queso summatim q̄n et in q̄bus maximopere filij a parentibus sint edocendi? Mag. Ab ineunte etate. Nam vt ait Horatius in epistolis: Quo

Horatius — semel imbuta recens seruabit odoꝛē Testa diu. Et Seneca libro de moribus

Seneca — Educatio q̄dem ₇ disciplina mores facit:et id sapit q̄sq̄ quod didicit. Est eñ

Aristoteles — vt ait Aristoteles/ꝯsuetudo altera natura:seu alterat naturā. in hoc differēs

tm̄/q̄ natura semp̄ est: ꝯsuetudo sepe. Hinc et Seneca li. 2. de ira: Educatio Consuetudo
filioꝝ maximā diligentiam plurimū ꝓfuturam desiderat: Facile est em̄ ani- Natura
mos teneros cōponere. sed difficile scindunt vitia que nobiscū creuerunt. Et Seneca.
Oui. i eplis: Ars fit vbi a teneris crimē ꝯdiscit annis. Et. 1. Rhetoricoꝝ ait Ouidius
Aristoteles: Quod ꝯsuetū est veluti innatū est. ob id teste. b. Augu. vincere Aristoteles.
ꝯsuetudinē dura est pugna. Et Isido. In Soliloquijs ait: Consuetudinis vin Augustinus
cula vix soluunt. Seneca denicq̄ in ꝓuerbijs dicit: Grauissimū est imperium Isidorus.
ꝯsuetudinis. vn̄ teste diuo Greg. lib. 11. moraliū: Sepe nōnulli exire a prauis Seneca:
actibus cupiunt: sed q2 eorundem actuū pondere premunt/in male ꝯsuetudi- Gregorius
nis carcere inclusi/a semetipsis exire nō possunt. Quod et Salomon testatur Prouerb. 22.
dicēs: Adolescens iuxta viā suam gradit: cū senuerit nō recedet ab ea. Nam Gen. 8.
et ab adolescentia om̄is etas ad malum ꝓna est. ideo Salomon monet dicēs 12. q. 1. omnes
Noli subtrahere a puero disciplinā. Si em̄ percusseris eū virga/non morieṫ. Ibidem. 23.
Tu virga percuties eū: et animā eius de inferno liberabis. Veruntn̄ in disci- Discipline
plina tenendus est modus etati congruens. Tractari equidem mollius etas modus
imbecilla solet/ait Horatius: cui et Quintilian9 alludit dicens: Ingenia pue Quintilian9.
rorū nimia emendationis seueritate deficiunt. nā et desperant/ et dolent: ac Filij in quib9
nouissime oderunt. q̄dq̄ maxime nocet/dū omnia timent nihil conant. Dis. instituendi
Manifesta sunt hec. Nunc in quibus instituendi sunt aperias. Mag. In ar
te/moribus/ludis/et societate. Ad primū monet censor morū Cato. Si tibi Cato
(inquit) sint filij/nec opes/tunc artibus illos Instrue: quo possint inopem de
fendere vitā. Et rursus ait: Disce aliqd: nam cū subito fortuna recedit/ Ars
remanet/vitāq̄ hoīs non deserit vnq̄. Vn̄ et Octauianus Augustus liberos
suos in om̄i arte fecit erudiri: vt si qn̄ ad egestatem venirent/haberent vnde
honeste viuerent. In moribus vero vt cibū et potū parce sumant/ passiōesq̄
refrenent. Ex cibo nempe et potu superfluo naturam in principijs vitalibus
eneruant: ingenia perdunt: fiunt lasciui/rixosi/in verbis procaces/et in sensu
ꝓprio pertinaces. Ideo ab ebrietate iuuenes maxime custodire oportet. ait
Aristo. lib. 7. politicoꝝ. Et cicero lib. 1. de officijs: Hec etas a libidinibus
maxime tollenda est. Singulis tu causas naturales reddas: si tantille etatis
et vini pastusq̄ superflui naturas attenderis. Dis. Verum: nec in his te la-
tius immorari volo. Sed dic oro per ludos quid intelligis? Magi. Non
illum qui fortune innitit. vt ludus chartarum/ taxilloꝝ ꝛc. nam hi ludi non
modo lege diuina sunt inhibiti/sed etiam imperialibus cohercendi. Sed eū-
ipsum exerceant quem philosophus in politicis necessarium assentit in vi- Philosoph9.
ta humana. Et est quedam deductio per quam vitantur tedia vite/ inertia politicoꝝ. 8.
corporis: et pronitas ad lasciuiam: Ociosi namq̄ esse non possunt. Non au- Ludus philo
tem semper in discipline summo rigore tenendi sunt/ne deficiāt. nam: Quod sophicus
caret alterna requie durabile non est. Ludis igitur honestis animi et corpo- Ouidius.
ris exerceātur. ludis quidem animi: audiendo historias/fabulas honestas/
ꝛc. Ludis quoq̄ corporis/currendo/saltando/sagittando/ et alijs que mem
bra habilitant: et animum mala contagione non illaqueant. Discipulus.
De societate quid affers? Magister. Societas praua vt pestis fugienda: Societatis
bona vero amplectenda est. Nam vt testatur propheta regius: Cum bonis electio.
bonus eris/cum peruersis peruerteris. Et in prouerbijs Salomon ait: Qui Ps. 17.
cum sapiētib9 gradit sapiens erit. amicus stultorū similis efficieṫ. Et si vna Prouer. 13.
ouis morbida totū gregem inficit: multo magis praua societas teneros alos

molles et impressioni dispositos facillime ledit. Deu sine scriptura hoc confirmat crebra experientia. Socientur igitur filij honestis: et summo studio educentur in disciplina et correctione dñi: vt ea que fidei sunt et ad cultum dei pertinent teneris imbibant annis: cum cito sunt creduli/nec rationem querentes. Non aũt deo tñ/sed et parentibus et senioribus reuerentiã noscant exhibere. Nam filius cõtumax et inobediẽs a moyse iussus est lapidari. et alibi: Coram cano capite consurge: et honora personã senis. In cura itaqꝫ et correctione filiorũ parentes sint solliciti: ne cũ Heli sacerdote iusto dei iudicio subita morte occubant. Pedagogis quoqꝫ eadem et longe amplior cura/studium/et industria habenda est. Alia tñ circa ingenia/ingeniorũqꝫ maliciam spiritualem aut ciuilem assumendorũ ratio est. De quibus in alium tractatũ plixior sermo seruandus est: nunc ad prudentiam politicã transeamus.

Ad Ephe. 5

Pedagogorum cura

Deuteron. 21.

Leuitici. 19.

1. Regum. 4.

De simonia. c licet heli.

De prudentia politica regnatiua: et ea que est in subditis. Capitulum XIX Ma.

Aristoteles politice prudentie duas species esse voluit: architectoriam in principe: et politicã in subditis. Dis. Architectoria que est? Mag. Ea que dicitur regnatiua siue legis positiua. Principi namqꝫ incumbit deo placere: populo pro posse satisfacere: reipublice puidere: et rectas leges condere. Per primũ populi timorem et reuerentiã acquiret. vt patet de Salomõe libro Reg. 3. c. 8. et. 9. Unde et Claudianus: componitur orbis Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent quam vita regentis. Mobile mutatur semper cũ principe vulgus. Per secundum amorem et dilectionẽ populi sibi conciliabit. Non enim quispiam contra regem murmurabit/si ipsum oẽs nõ nimis seuerũ/prudentiũ cultorem/beneficientiũ retributorem/et delinquentibus punitorẽ equum videbunt. Per tertiũ et quartũ rempublicã integram conseruabit: ne deficiente annona populi inedia deficiant/aut a quopiam calumniã sustineant. Disci. Nunc de politica addas. Mag. Prudentia qua subditi nouere principi obedire/et ciuibus conuiuere/ cõmune nomen retinuit: et politica dicta est. Sunt aũt vt describit Tullius lib. 1. de officijs in republica persone triplices: iudices. s. siue magistratus: ciues et peregrini. vt etiã clarius expressit scriptura in lege moysi. vnde et magistratibus ait: Judices et magistratus cõstitues in omnibus portis tuis. Antiqui enim solebãt iudices causas in portis ciuitatis audire: ambigue autem cause et ardue ad vnum tñ summũ. s. sacerdotem referebantur. De ciuibus statuit: ne se in paruis rebus molestarent/dicens: Ingressus vineam proximi tui comedas vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. In mutuo nec vsuras nec pignus reciperent precepit: nec etiam importune exigerent. De peregrinis vero ait: Aduenam non contristabis: neqꝫ affliges eũ. Mandauitqꝫ tertio anno decimam fieri pro peregrinis pupillis et viduis. Dis. Mira conditoris sapientia/singulis prouidens necessaria. Magi. Mira vtiqꝫ attingens a fine vsqꝫ ad finem fortiter: et omnia disponens suauiter. Dis. Reliquum est vt prudentiam militarem percurramus.

6. Ethicorũ.

Prudentia politica Architectoria

Claudianus.

Politica

Tullius

Deutero. 16. et. 17.

Ibidem. 23. et 24.

Exo. 22. et. 23

Deute. 24.

Deute. 26.

Sap. 8.

De prudentia militari: et his que militem ornant. Capitulum. XX. Magi.

Militaris prudentia est operis bellici: ordinata ad defensionē bo- | Prudentia
num cōis vt pax habeatꝛ. Ob hanc eādē causam tm̄ bellum geren- | militaris
dum est. De hac prudentia multi disertissime scripserūt: attamē | Aug. 23. q. 1. noti
nō tam lectione q̄ exercitijs addiscitꝛ. dicēte Vegetio li. 2. de re militari: Nō
longitudo etatis aut armorū numerus artem bellicā tradit: sed potius exer- | Vegetius
citatio. nā in pugna solet vsus amplius ꝓdesse viro. Veruntn̄ videat bonus
miles: vt in primis deū/a quo fortitudinis donū accepit benedicat: pura intē
tione pugnet: hostibus fidem seruet: victis quoq3 misericordiā prestet. sic eñ
Augustinus Bonifaciū instruit. Et sanctus Johānes baptista militibus re- | Augustinus
gulam statuens dicit: Neminē concutiatis: neq3 calumniā faciatis: et contēti
estote stipendijs vestris. Luce. 3. Bernardus insup scribens ad milites tem
pli: nō mediocriter corripit eos q̄ se ꝛ equos serico operiunt: hastas/clypeos | Bernardus
sellas/frena et calcaria depingunt: auro argentoq3 ornant: Militaria inquit
sunt hec insignia: an muliebria potius ornamenta? Nunqd forte hostilis mu
cro reuerebitꝛ aurum: gēmis parcet: serica penetrare nō poterit? et li. off. Am | Ambrosius.
brosius dicit: Vtilior est in conflictu lorica ferrea q̄ stola linea. Hinc et Peri | Pericles
cles phūs ait: Non pictura/non aurū/non lapides: sed scutū diuulsum/fra-
cta galea/gladius hebes/facies vulnerata cedunt militibus ad ornatū. Di.
Sed qui tanta sufferre pōt? Ma. Non effeminati et in delitijs assueti. De | Hieronymus
q̄bus diuus Hieronymus ad Theodorū scribens dicit: De cubiculo ad aciē/
de vmbra egrediens ad solem: corpus asuetū tunica lorice onus non sustinet.
Caput opertū linteo/galeam recusat. mollem ocio manū dur⁹ exasperat ca- | Vegetius
pulus. fortior aūt miles ex confragoso venit. De q̄b⁹ Vegetius loquitꝛ. Qui
sub diuo et labore nutriuntꝛ: solem patientes: vmbram negligentes: balneoꝝ
nescij: delitiarū ignari: et parco cibo contenti. Dis. Heu q̄ rarum. phenice in
terra nostra simillimū est hoc militie genus. Mag. Eos itaq3 relinquētes
persequi/ad virtutū diuisionē redeamus. Dis. Hactenus de intellectualib⁹
dissertum est: nunc ordo exigit vt morales adeamus.

De virtutibus moralibus in gn̄ali et q̄re inter has q̄tuor cardiales dicuntꝛ. Ca. xxi. Ma.

Morales virtutes sunt que appetitū inclinant ad actus licitos et | Virtutes mo-
honestos. Mos eñ inclinationem vel etiā ꝯsuetudinem ad aliq̄d | rales
agēdum importat. Di. Nū etiā iste certo numero complectuntꝛ?
Mag. Etiā fili. Duodecim eñ a philosopho enumerantꝛ. s. Prudentia. Iusti
cia. Fortitudo. Temperantia. Mansuetudo. Liberalitas. Magnificentia.
Magnanimitas. Philothimia. Veritas. Amicitia siue affabilitas: ꝛ Eutro
pelia. Alie quecunq3 sunt ad has reduci habent. vt patebit in processu. Dis.
Cur inter intellectuales habitus prudentiam enumeratā etiam moralib⁹ pre
ponis? Mag. Prudentia ꝑm essentiā intellectualis habitus est: ꝑm materi-
am vero moralis. Preponitꝛ aūt ceteris: quasi mater. iuxta. c. presentiū. 1. q. 5
vbi ditꝛ: Discretio. i. prudentia mater est virtutū. Ad hanc etiam tres in or-
dine sequentes (que sunt iusticia/fortitudo et temperantia) omnes alie redu | Cardinales
ci habent. Hinc iste quattuor principales et cardinales dicuntꝛ: q2 sicut in car | virtutes
dine ianua vertitꝛ/clauditur ꝛ aperitur: sic in his virtutibus cor humanū ver
titur ꝑm rationē vt vitijs claudatꝛ: et bonis actibus aperiatur. Dis. Mora-
lium igitꝛ tractatum q̄ tocius aggrediamur: et cor nostrum his cardinib⁹ im

mittamus. Mag. Omnis virtus moralis est vel circa actum interiorē diri gendum / vt prudentia: vel circa actum exteriorē ad alterū / vt iusticia: vel cir ca passiones supra enumeratas / vt cetere omnes. sic patet illud Ouidij Ten dit in ardua virtus. Dis. Num et moraliū rationes singillatim ꝓsequi in tendis? Mag. Etiam. Dis. Primū igitur de prudentia disseras.

Ouidius de ponto

De prudentie contrarijs: que sunt imprudentia: Astutia: Dolus: Fraus: Precipitatio et similia. Capitulum vicesimumsecundum. Magister.

Prudētie definitionē / diuisionem et partiū declarationem paulo antehac digessimus: nec superest nisi vt de vitijs oppositis pauca ad damus. Nam vt Augustin⁹ ait: mens regnum virtutū adipisci non pōt nisi prius excusserit iugum vitioꝝ. Dis. Probe. Ma. Prudentie in communi opposita est imprudentia: qua homo diuertit se a regulis q̄bus ratio prudentie rectificaꝶ. Prudentia insuper carnis: astutia: dolus: et fraus: nimia sollicitudo. inconstantia / et negligentia / precipitatio / et incōsideratio prudētie aduersa sunt. Prudētia eñ finē bonū preponit: prudētia carnis malum. vt prudens latro / latrocinium. et crapulosus carnis curam tm̄ intendit. Prudentia ad finem bonū vias bonas inuenit: astutia malas et apparentes excogitat. Prudentia vias bonas inuentas fini preconcepto verbo et facto applicat: dolus vias malas excogitatas verbo quidem / fraus autē facto fini malo easdem vias adiūgit. sic quod astutia excogitat: dolus et fraus exequūtur. Maxime aūt in acq̄sitione temporaliū: circa que etiā fieri habet nimia sollicitudo. Prudentia constanter et diligenter ꝯsiliata et iudicata in precipiendo exequiꝶ: per inconstantiā vero et negligentiā hec eadem omittuꝶ. Prudentia per eubuliā recte et ordinate ꝯsiliaꝶ: econtrario per precipitationē ex impetu voluntatis et passionis ordinatū consilium negligiꝶ. Prudentia per synesim et gnomin de consiliatis vera iudicat: econtrario per inconsiderationem nō intelligendo ea ex q̄bus rectitudo iudicij pendet male iudicaꝶ. Que autem alijs partibus prudentie contrarianꝶ / vno nomine imprudentia nominantur. Hec sunt que de vitijs prudentie oppositis scire opereprecium est. Nūc iusticiam percurramus.

Augustinus
Imprudentia
Prudentia carnis.
Astutia.
Dolus
Fraus
Sollicitudo nimia
Inconstantia
Precipitatio
Inconsideratio

De iusticie definitiōibus et contrarijs vitijs. Capitulum. XXIII. Discipulus

Iusticia q̄d est? Mag. Iusticie acceptiones due sunt. Prima: vt per legis imperiū ordinat actus omnium virtutū ad bonū commune / ꝛ iusticia legalis dici solet: per eam nāq̄ homo concordat legi ordinanti act⁹ oīm virtutū in bonum cōmune. sicut charitas ordinat omnia in bonū diuinū. De hac diciꝶ / q̄ sit omnis virtus. Secunda acceptio iusticie est ꝓut equalitatem ꝯstituit in his que sunt ad alterū. Hec a iuriscōsulto sic definiꝶ. Iusticia est ꝯstans et perpetua voluntas / ius suū vnicuiq̄ tribuens. Iusticia voluntas est / id est voluntatis habitus siue qualitas. ꝯstans et ꝑpetua: nā operās per virtutem operaꝶ immobiliter q̄tum ad ꝓpositū. Unde vt q̄s iustus sit / oportet q̄ habeat ꝓpositū perpetuo seruandi iusticiā: et in illo firmiter ꝑma

Insti. de iusti. et iur. p. a. i. ff. eo. l. iusticia.
Iusticia.

neat: ideo addit̃ ꝯstanȝ. et sequit̃: tribuens vnicuiq;: deo. s. et hoi. ius suũ. i. rẽ iustam ipsi debitam. Accipit̃ enim hic ius nõ pro habitu q̃ est ars boni et eq̃: sed ꝑ re iusta. Et phũs: Justicia est habitus a quo habentes operatiui sunt iustoꝝ s̃m electionẽ iusti. Ambrosi⁹ q̃z vir sctũs i li. off. sic eã definit: Justicia est q̃ vnicuiq; qđ suũ est tribuit: alienũ nõ vendicat: vtilitatẽ ꝓpriã negligit vt communẽ eq̃tatẽ custodiat. Dis. Ex his accipio materiã circa quã iusticie/esse operationes et res alteri ab altero debitas. de vitijs autẽ oppositis q̃d ais? Mag. Justicia ꝓprie nõ habet extrema maliciosa: sed habitum contrariũ qui dicit̃ iniusticia. Extrema assignant̃ q̃tum ad actũ. vt iniustum facere: et iniustũ pati. Hoc ꝓprie malum nõ est nisi in agente. aliud aũt fieri potest nõ ex habitu iniusticie: scȝ si nõ fiat ex intentione/ sed ex negligentia vel passione. Ex intentione iniustũ quis facit: si ius suũ vnicuiq; non tribuit: aut iniuste iudicat: vel q̃z rectitudinẽ iusticie p̃termittit. vt in iudicio ꝑuerso et iniusto. vel q̃z nõ subiectos iudicat. vt in iudicio vsurpato. Vel q̃z in iudicando certitudinẽ ratiõis nõ habet. vt in iudicio suspicioso et temerario ex indicijs leuibus/ inuidia aut propria malicia precedente: qui latius deduci possent. Discipulus. Intelligo. veruntamen nunc magis partium iusticie (si que sint) explanationem audire affecto.

> .ff. de iusti. et iure. l. iusticia
> philosophus
> Ambrosius.
> Iniustum facere
> Iniustũ pati.

De ꝑtibus iusticie subiectiuis. q̃ sunt iusticia cõmutatiua ⁊ iusticia distributiua: in qua vitupat̃ ꝑsonaꝝ acceptio. Ca. XXIIII. Ma.

Iusticie ꝑtes trifarie sunt: subiectiue. s. integrales/ ⁊ potẽtionales. Dis. Subiectiue q̃ sunt? Ma. Justicia cõmutatiua: et iusticia distributiua. Cõmutatiua eq̃litatẽ in cõmutatiõib⁹ inter duas singl̃ares ꝑsonas seruat in ꝓportiõe arithmetica. vtputa tantũ sit p̃ciũ q̃tũ valet res empta ⁊c̃. Sũt aũt cõmutatiões multiplices: q̃dã eñ sunt volũtarie: q̃dã inuolũtarie. Volũtarie: vbi amboꝝ ĩteruenit ꝯsensus/ vt emptio/ vẽditio/ ꝯductio/ locatiõ cõmodatio/ mutuidatio ⁊c̃. In q̃b⁹ neglecta iusticia cõmittunt̃ fraudulentie multiplices ⁊ vsure. q̃ rectificari dñt ꝑ iusticiã restitutiõis via. Inuolũtarie cõmutatiões sunt in q̃b⁹ alter nõ ꝯsentit: sȝ ledit̃ v̾bo vel facto. Verbo q̃dez ĩ iudicio vel extra iudiciũ. In iudicio ꝑ iudicẽ/ accusatorẽ ⁊ testẽ. Extra iudiciũ aũt ꝑ ꝯtumeliã: si q̃s ea q̃ sunt ꝯtra honorẽ alteri⁹ in noticiã ipsi⁹ ⁊ alioꝝ deducit. Per detractionẽ q̃dẽ: si ista fecerit occulte: vt deroget alteri⁹ fame. Per susurrationẽ: si ꝑ hec intẽdit occulte amicitiã separare. Per maledictionẽ si alteri malũ intẽdẽs ĩprecat̃. Per derisionẽ: si ꝑ v̾ba ⁊ cachinnos aliũ erubescere facit. Per subsãnationẽ: si idẽ facit naso rugato. In facto aũt alt̃ ab alio ledit̃ ĩ re vl̃ ꝑsona. In re q̃dẽ: ꝑ furtũ ĩ occulto: ⁊ ꝑ rapinã in publico. In ꝑsona v̾o ꝓpa vel ꝯiũcta: vtputa vxore aut liberis: ꝑ homicidiũ/ mutilationẽ v̾berationẽ/ aut ĩcarceratiõẽ. Has oẽs cõmutatiões eq̃re hȝ iusticia cõmutatiua/ saltem restitutionis via. Discipulus. Justicia distributiua que est? Magister. Per quam bona communia iuste distribuunt̃: non tñ equalitatẽ quantitatis q̃ est arithmetica/ sed equalitatẽ ꝓportionis/ q̃ est geometrica custodit. Non enim bona cõia equalia sunt: nec ciues equales. oportet

> Aristoteles. 5 Ethicoꝝ.
> Justicia commutatiua
> Cõmutatiões
> voluntarie
> Inuoluntarie
> Contumelia
> Detractio.
> Susurratio.
> Maledictio
> Derisio.
> Subsannatio
> Justicia distributiua

ergo distribuentē merita et conditiones vniuscuiusq accipientis attendere: et respectu illoꝝ bona illis diuidere: aliter strenue bellantibus aliter formidolosis/aliter magistratibus/aliter plebeis. Veruntamen ꝗmaxime cauēda est in talibus personarū acceptio: que fit cū aliquid alteri datur ꝓpter aliquid quod non est causa nec facit ad causam/ꝓpter quam accipiens tali dono dignus sit. vt in collatione beneficioꝝ: si ꝯsanguineo minus idoneo ꝯferant. In exhibitione reuerētie: si diuites ꝓpter diuitias solum honorent. In executiōe iudicioꝝ: si paup̄ supprimat/et potentior eidem contra equitatē preponat.

Personarum acceptio

De partibus integralibus iusticie q̄ sunt facere bonū et declinare a malo. Et insup̄ de p̄tibus potentialibus eiusdē. Ca. XXV. Dis.

Partes integrales iusticie

Nꝟ Remissoꝝ ordo nunc expostulat vt p̄tes integrales iusticie videamus. Mag. Partes integrales iusticie sunt: facere bonū/ et declinare a malo. et alio nomine dicit innocentia. Iusticia nēpe equalitatē ꝯstituit in his que sunt ad alterū: et hoc faciendo bonū. s. alteri debitum. Et ꝯstitutā equalitatem seruat: declinādo a malo alteri nociuo. Primū vitiatur per omissionē boni debiti: secundum per transgressionē mandati ꝓhibentis malum alteri inferre. Disci. Manifesta sunt hec: transeamus ad alia. Mag. Que restant virtutes sunt annexe iusticie: que ipsius dicuntur partes potentiales. vt sunt religio/pietas/obseruantia/obedientia/ vindicatio/penitentia/gratitudo/veritas/fidelitas/liberalitas/amicitia siue affabilitas/epikeia: et si que alie sunt que ad dictas reduci possint. Dis. Num et de his pauca saltem in mediū ferre dignaberis? Mag. Iam dicta explanare altioris disciplīne est: theologie sc3: at vero quia pauca petis/ tibi morē geram: et harū descriptiōes cum enumeratione partiū pandam premisso ordine retento. Dis. Primū itaq de religione tractandum venit.

Partes potētiales iusticie

De religione et vitijs oppositis q̄ sunt supstitio: tentare deū: periurium: sacrilegiū: et simonia. Capitulum. XXVI. Magister.

Tulli⁹ in ve. arte. li. 2.

Religio.

Religionē pertinere ad iusticiā definitio indicat. Nam eā definiendo ait Tullius: Religio virtus est que superi cuidam nature quam diuinā vocāt curam acrimoniāq vel cultum affert. Per curam/ actū interiorem religionis innuit: q̄ est deuotio/et oratio. Per [illegible]imoniā/ insinuat actū ipsius exteriorem. qui est adoratio. Religio enī cultus dei est q̄ grece latria/eusebia vel theosebia dicit. vt ait Aug. lib. 10. de ci. dei. c. 1. et cōsistit in cognitione/dilectione/et debita subiectione dei. hoc est quod in Enchiridion dicit: fide/spe/et charitate colimus. et hoc (vt testat Guilhelm⁹) fit corde per deuotionē et orationem mentalem: ore/per oratiōnē vocalem: corpore per adorationē. i. genuflectionē/ꝓstrationē vel inclinationē: opere per oblationē/primicias/decimas/sacrificia/et sacramenta ꝛc. Dis. Opposita religionis que sunt? Magi. Superstitio et irreligiositas: illa q̄dem per excessum/hec vero per defectū. Superstitio nempe cultum dei vel creature exhibet. /vel deo: modo tñ indebito et ꝓhibito: vtputa per cerimonias legis mosaice. De speciebus superstitionis circa finē lib. 7. nōnulla deducta sunt.

Augustinus

Guilhelmus.

Discipulus. Memini. Sed irreligiositatē quid dicis? Magister. Quicquid ad contemptum vel irreuerentiam dei ⁊ rerum sacrarum fieri potest. Dei quidem per tentationem/ ⁊ periurium: nam qui deum per verba aut facta tentat de ipsius scientia voluntate ⁊ potestate dubitat. itaq₃ deficit quia deum vera fide non colit. Similiter qui in periurio deū testem falsitatis aduocat/ de ipsi⁹ sapientia ⁊ iusticia hesitat. Rerum autem sacrarum irreuerentia fit per sacrilegium ⁊ symoniam. Sacrilegium quidem est: si violentiam in personam sacram/ locum sacrum/ vasa sacra/ aut res ad sustentationem sacrarum personarum ordinatas cōmittitur. Simonia autem est studiosa voluntas emendi et vendendi aliquid spirituale/ aut spirituali annexum. ⁊ fit a manu: vt dando pecuniam pro obtinendo beneficio: ab obsequio: vt dando beneficium spirituale pro seruitio corporali. a lingua: vt conferendo ecclesiam indigno ad preces alicuius.

Irreligiositas
Sacrilegium
Simonia a manu ab obsequio a lingua

De pietate obseruantia: que et dulia: de obedientia ⁊ gratitudine virtutibus religioni coniunctis: in eo ꝙ cultum debitum parentibus: superioribus ⁊ benefactoribus exhiberi volunt. Capitulum XXVII

Disci. Pietas autem quid est? Magister. Est (vt inquit Tullius) per quā sanguine iunctis/ patrieq₃ beniuolis officium ⁊ diligens tribuitur cultus: ⁊ hoc quidem propter esse ⁊ gubernari: qđ a parentibus ⁊ a patria participamus. Quia vero deus summus parens est ⁊ gubernator: nōnunq̄ pietas pro dei cultu accipi solet. vt patet ꝑ Augustinū lib. 10. de ciuita. dei. c. 1. Et quia consanguinei ab eodem parente processere: teste philosopho libro. 8. Ethicorum. ideo nomine consanguineorū parentes/ ⁊ nomine parentum. etiam consanguinei intelliguntur: nomine quoq₃ patrie conciues continentur. Discipulus. Parentes esse colendos quartum preceptum decalogi indicat. vbi ideo fortasse longeuitas vite promittitur: quia illis cultus exhibetur a quibus nobis vita cōmunicatur. Magister. Probe. Consistit autem parentum cultus in reuerentia/ obedientia/ ⁊ necessitatis cura. Discipulus Extrema pietatis que sunt? Magister. Que a medio recedūt per excessum quidem/ si parentes deo in dilectione preponimus. per defectum vero: si intuitu dei parentes etiam in necessitate constitutos relinquimus: intrādo scilicet religionem. nam hoc non expedit fm Thomā. Si autem parentes in necessitate non sunt/ licitum est ⁊ pietas. teste diuo Hieronymo. in epistola ad Eliodorum: Per calcatum inquit perge patrem: per calcatam perge matrem: ad vexilla crucis euola. summū pietatis genus est in hac re fuisse crudelem. Amplius autem cum persone in dignitate constitute gubernationis ⁊ discipline nostre curam gerant: patres non inepte dicuntur. Ideoq₃ ⁊ ipsis cultus quidam exhibendus est: quem virtutes obseruantia ⁊ obedientia continent. Est enim fm Guilhelmū parisieñ. Obedientia obtemperātia fm regulam sacre scripture maioribus quibuscūq₃ debita. Obseruātia autem (vt Tullius ait:) est per quā homines aliqua dignitate precellentes cultu ⁊ honore dignantur. Hic cultus Dulia dici potest: dulis enim dicitur seruitus per quā exhibetur

Pietas
Tullius
Augustinus
Aristoteles.
Religionis ingressus.
Tho. scđa secunde. q. 101. ar. 4.
Hieronym⁹.
Obedientia
Obseruātia
Guilhelmus
Tullius
Dulia

Honor. honor superioribus. Honor autē vt ait Aristo. 2. Ethicorum: Est exhibitio re-
Pbus. uerentie in signum virtutis: virtutis quidē in honorato: vel in eo cuius vices ge
rit existentis. Hinc et prelati vitiosi honorari possunt: imo ad hoc princeps
1. Petri. 2. apostolorū Petrus admonet dicens: Subditi estote. et sequitur: nō tm̄ bonis
et modestis/sed etiam discolis. Ex precedentibus facile est et illis virtutibus cō-
traria assignare. Discipulus. Facillimū. Magister. Sicut autē parētib⁹
per pietatem/superioribus per obseruantiā et obedientiā quē debemus ho-
Gratitudo norem reddimus: sic benefactoribus per gratitudinē vices rependimus. Est
Tullius enī gratitudo ſm Tulliū/qua amicitiarū et officiorum alterius memoria et remu
nerandi volūtas cōtinet. Notanter aūt de memoria mentionē facit: nam vt
Seneca. ait Seneca libro. 3. de beneficijs: Ingratus est qui beneficium se accepisse ne-
gat qđ accepit. Ingratus est qui dissimulat. Ingratus est qui non reddit. In-
gratissimus omniū qui est oblitus. Volūtas autē in definitione data ponit:
nam idem ait: Gratitudo est minus grata si sit coacta. Est autē in reddendo
beneficiū summope cauendū/ne citius reddatur: aut plus debito differatur:
nam in his extremū est gratitudinis per excessum. Sicut in non reddendo al
terum extremum est (ingratitudo scz) per defectum. Plura de gratitudine et
eius contrarijs induci possunt: que epitomatis breuitas excludit. Uerūtamen
id adijciendū vtilissimum est: vt deo in omnibus et semper grati simus. ab eo
enī quicquid habemus accepimus: teste Aplo 1. ad Corinth. 4. Quid habes
qđ non accepisti? quasi diceret: nihil. In omnibus igitur gratias agite/ alio
loco docuit. Discipulus. Nunc vindicationem exponas.

De vindicta: crudelitate et negligentia vi- tijs oppositis. De penitentia et epikeia. Capitulum XXXVIII Discipulus.

Tullius Uindicatio (auctore Tullio) est per quā vis seu iniuria et omne qđ
obscurum est i. iniuriosum defendendo et vlciscendo propulsatur.
Uindicta. Necessaria est hec virtus in potestate constitutis: verūtamen ope-
repreciū est vt intentio vindicantis ferat principaliter ad bonum per vindi-
ctam procurandū: videlicet vel ad emendationē peccantis: vel salutē/ad cohi
Ad Ro. 13. bitionē eius/et quietē aliorum: iusticie conseruationē et dei honorem. Nam vt
ait Aplus. Minister dei est quicūq vindex est in iram ei qui malum facit: et
hoc accepta a deo potestate: et iam dicta intentione: quoniā qui in alia inten-
tione vindicat: non vindictam que virtus est/sed alterum eius extremū/qđ
seuitia siue crudelitas dicitur exercet. qua nemo magis gaudet q̄ femina: in-
Iuuenalis quit Iuuenalis. Sic qui negligens est corrigendo subditos: alterū eius extre
Crudelitas mum amplectitur/qđ negligentia dici potest. Qui autem ppria auctoritate
Negligentia. vindicare presumit: sibi vsurpat qđ dei est. Ait enī dn̄s: Mihi vindictam: siue
Deut. 32. mea est vltio: et ego retribuam eis in tempore. Huic virtuti altera coheret:
Penitētia quā penitentiā dicimus: non eam que sacramentū est/sed que virtus moralis
Aug⁹. de pe. est. Sicut enī vindicatio mala in alijs punit: sic penitētia in seipso malefacta
dist. 3. pers. corrigit. Est enī vt ait Augustinus quedā irascentis vindicta puniēs in se qđ
penitentia. dolet cōmisisse Euenire solet autem sepius vt in vlciscendis et vindicandis
iniurijs/de quibus prudens consiliari habet/leges expresse non sint: propter
casus speciales de nouo emergentes. Necessaria est igitur virtus prudētie cir

ea huiusmodi dirigens. Disci. Et hanc gnomin/cum de prudentia ageretur nominasti. Magister. Tenacis es memorie: si etiam meminisiti virtutē quandam iudiciū gnomin exequentem ibidem expressam. Disci. Memini. Nam epikeia est nomen eius. Magister. Probe. Disci. Hic ne latius de hac disserere contendis? Magister. Non est necessariū: nisi fortasse eius descriptio ꝑtermissa sit. Est eñ epikeia habitus directiuus legis/ubi lex deficit ꝑpter aliquē casum particularē. Nōnunq̄ etiam verba legis ꝑtermittit/si inconueniens sequeref: ꝛ attendit ad intentionē legislatoris: que semꝑ est ad vtilitatē reipublice. Ideoq̄ argui nō potest per regulā iuris que dicit: Certū est q̄ is cōmittit in legem qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatē. Epikeia. l. nō. dubi. C. de leg. de regulis iur. li. 6.

Disci. Sed dic queso vnde hoc nomen habet? Magi. Ab epi qđ est supra δικαιοσυνη iusticia. Discipulus. Ad alia stilum verte.

De veritate: mendacio: iactantia: ironia: simulatione ꝛ hypocrisi vitijs veritati oppositis. Capitulum XXIX Magister.

Que sequitur inter virtutes iusticie coniunctas veritas dicitur: vna de virtutibus moralibꝰ. Disci. Huius definitionē afferas. Ma. Veritas vt Tullius ait: Est per quā imutata que sunt/aut ante fuerūt/aut futura sūt dicunf. In actibꝰ q̄ppe humanis q̄bus hoīes v̄bo factoq̄ cōmunicāt mediū tenere laudabile est. Qui ergo nec verbo nec facto maiora vel minora de seip̄o dicit aut recognoscit q̄ sint/ verax dicif a v̄itate virtute iam definita. Sub hac simplicitas vt excludit duplicitatē cordis ꝛ dolū: silr ꝛ fidelitas que cōsistit in reddēdo ꝑmissa continenf. Verūtamen vt ait Isidorus: In malis ꝑmissis fidem rescindere licet. Nec tñ veritas est in dictis de seipso/sed etiā de alijs: vt data innuit definitio q̄ cōis est. Disci. Extrema aūt q̄ sūt? Ma. Iactātia ꝛ Ironia siue irrisio. Hic iactator ꝛ irrisor vel iron dicunf/qui dictis laborāt vitijs: Iactator maiora de se verbis ꝛ factis fingit q̄ sint in eo/aut ꝑter gloriā/aut lucrū: aut quia talis est. de quo Horatius in epistolis videtur dicere cum ait: plenius equo Laudat venales qui vult extrudere merces. Nauita de ventis: de tauris narrat arator. Enumerat miles vulnera: pastor oues. Iron vilia ꝛ minora de se dicit q̄ in eo existant. vilia nēpe/que in se non cognoscit de se dicit: ꝛ maiora que in persona sua scit de seip̄o negat. Non est igitur iron qui vilia de se dicit que in se cognoscit: aut maiora obticens non tamen negans minora/que etiam in se scit dicit. Quia vero dictum. est veritatem etiam ad extranea pertinere: ꝫm hoc aliud oppositum cōmunius iam dicta includens eidem assignatur. Discipulus. Quod? Magister. Mendaciū: qđ quidem triplex esse distinguitur: videlicet iocosum/ qđ fit gratia ludi ꝛ risus. Officiosum: qđ fit vtilitatis causa. Et ꝑniciosū: quod fit animo fallendi alterum vt ei noceat. sub his continentur octo species ab Augustino libro contra mendacium enumerate. Similatio quoq̄ mendacium est in exteriorum signis factorum consistens: ꝫm Thomam. Sub hac etiam hypocrisis continetur: quia similatio quedam est qua quis fingit se personam alterius vt peccator fingit se personam iusti: Est tamen quedā similatio que interdum est vtilis: vt ait sanctus Hieronymus vt q̄ christus se longius ire finxit discipulis euntibus in Emaus.

Veritas
Tullius
Simplicitas.
Fidelitas
Isidorus. 22. q. 4 c
Iactator
Iron
Mendacium triplex
Aug. 22. q. 4. c. primum
Similatio
Hypocrisis
32. q. 7. c. vtilē
Hieronymus
Luce. 24.

De amicitia, siue affabilitate, discolia et adulatione. De amicitia et generibus ac proprietatibus eiusdem. Ca. XXX Magi.

Amicitia Habitus autem quo se aliquis delectabilē alijs verbis factisve exhibet/in his que seriose sunt: amicitia vel magis proprie affabilitas dicitur. Hinc amicus siue affabilis: qui cunctos grate alloquit: vt eos delectet ꝛ neminē contristet: scit em̄ conformare se moribus diuersorum. Discipulus. Extrema huius que sunt? Magister. Placiditas ꝛ discolia. Nam qui affando abundat tm̄ vt delectet/placidus est. Sit autem hoc causa lucri
Gregorius faciat/blanditor siue adulator dici solet qui vt diuus Gregorius super Eze-
Placidus chielē scribit/scorpio est: qui palpando incedit/sed cauda ferit. Hinc in Esaiā
Adulator sanctus Hieronymus dicit: Adulatores sunt hostes/ꝛ scintille diaboli. Et su-
Dischôlus per Psalm̄. Plus inquit nocet lingua adulatoris q̄ gladius persecutionis.
Augustinus Nam vt sanctus Augustinus testatur: adulantiū lingue ligant hoīes in pec-
Aristoteles catis. Sapienter igitur Aristoteles in rhetorica dixit: Adulationem recipere ꝛ adulari detestabile est. Et in Ethicis. Amatores adulationis iniusti sunt. Qui autem affando deficit/nemine em verbis aut facto delectat: quinimo eos cum quibus conuersatur/contristari non veretur: litigiosus siue discolus recte nominatur: nec homo dici meretur. Est em̄ homo naturaliter anial sociale: societas autem sine affabilitate conuersari nequit. Disci. Qua ratione illos virtuosos asseris qui affando hominibus placent: cum scriptura huiusmodi reprehēdat: ait em̄ regius ꝓpheta in psal. 52. Deus dissipauit ossa
Eccl. 28. et. 11 eorum qui hominibus placent. Et Sapiens: Ante sermonē non laudes vitā. Et rursus: Ante mortē non laudes hominē. Magister. Scriptura imoderatam affabilitatē respuit: ex qua aliquid mali sequi potest: moderatā xo cōmendat alio loco dicens: Congregationi pauperū affabilē te facito. Disci.
Eccl. 4. Qua de re hanc virtutē magis ꝓprie affabilitatē q̄ amicitiā nominatā asseruisti? Magister. Quia ꝓprie factis aut verbis exterioribus ostenditur: si etiam affectu veri amoris mens non afficiatur: ꝛ ad omnes notos ꝛ ignotos
Phūs. exercetur. Amor aūt qui in affectu est/ꝓprie amicicia dicitur. ꝛ hec a pho li-
Amicitia bro. 8. et. 9. Ethicoꝝ describit. Discipulus. Quō? Magister. Amicitia est beniuolētia mutua non latens/ratione boni. In hac definitione beniuolentia genus est: mutua pro differētia additur: quia debet esse redamatio amati: qui etiam se ab alio amari sciri debet: ideo adiungitur/non latens: sed patens et
1. Joh. 3. manifesta: non verbo aut lingua tm̄: sed opere ꝛ veritate: vt Joannes admo-
Eccl. 37. net dicens: Non diligamus verbo aut lingua: sed ope ꝛ veritate: nam qui ali-
Eccl 13. ter amat/amicus solo nomine est: inquit Sapiens. Per vltimam clausulam definitionis qua dicitur/ratione boni/ finis ꝛ causa amicitie ponuntur: que sunt bonum vel vtile vel delectabile vel honestum: ꝛ ſm hec tria bona tria amicitie genera distinguūtur. Prima duo genera sicut cito oriuntur/sic cito facileq; dissoluunt cessante scȝ bono delectabili vel vtili. vnde Sapiens ait: Si largior et fueris/assumet te: ꝛ si non habueris/relinquet te. Et libro. 1. tristium dicit Ouidius: Donec eris felix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila/solus eris. Ideo ꝛ Cicero libro de finibus bonorum ꝛ malorum ait: Meipsum igitur ames oportet/nō mea: si veri amici facturi sumus.

Amicitia vero q̄ est ꝑpter bonū honestū (qđ est virtꝰ) vt oriat̃ longiore indiget experiētia / ꝛ difficilius soluit̃. Tullio nāq; attestāte li. de natura deoꝝ: Nihil est virtute amabilius: nihil qđ magis alliciat ad diligendū. cum ꝑpter veritatem ꝛ probitatē etiam quos nunq̄ vidimus diligamus. Vn̄ ꝛ idē ait li. offi. Omniū societatū nulla p̄stantior / nulla firmior q̄ cū viri boni / moribus siles sunt familiaritate cōiuncti. Hinc ꝛ in sermonibꝰ Hora. ait: Tibi me virtꝰ tua fecit amicū. Disci. Qualiter aūt soluit̃ amicitia? Magi. Si alter in vitium incorrigibile ceciderit / aut vltra aliū in virtute multū ꝓfecerit / aut in sublimiori officio in statu cōstitutus fuerit: aut longius diutiusq; se sine spe reuertēdi absentauerit. Proprius em̄ amicitie actꝰ est / cōuiuere delectabilr̃ ꝛ vnanimiter: q2 amicoꝝ idē velle / idē nolle est. inquit Cicero. Et rursus amicitiā definiēs ait: Amicitia est rerū humanarū ꝛ diuinarū cum beniuolētia ꝛ charitate ꝯsensio. Amicoꝝ insup oīa debent esse cōmunia. 12. q. 1. dilectissimus. Amor etiā verus amantē in amatū trāffert. Ideo verus amicus est alter ipse.

Cic. — Cicero — Horatius — Tullius — Amicitia — Ari. — Aristoteles — Sen.



vnde Seneca: Si aliquē amicū existimas cui nō tantū vis quantū tibi / vehemēter erras. Et Aristrophanes dicebat hāc esse amicoꝝ cōditionē / vt vnus esse vellet alter: vel in altero. Alludēs huic Joānes apl's ait: Qui manet in charitate / in deo manet ꝛ deus in eo. Et qđ Paulus dicit: Qui adheret deo / vnus spūs est. In omnibꝰ q2 (vt ait Plato) silitudo est amica. In casibus aūt assignatis silitudo deficit ꝛ cetera q̄ iam dicta sunt esse desinūt. Disci. Res p̄ciosa est vera amicitia. Magi. Etiā fili. Nam vt ait Sapiēs Amico fideli nulla est cōparatio. Nō solum autē amicitia res p̄ciosa est: sed vite humane necessaria. vt habet Aristo. 8. ethicoꝝ. Et Sapiens testat̃ dicens. Ve soli: qm̄ si ceciderit nō habet subleuantē. Subleuat aūt amicus diues pauperē in necessarijs subueniendo: ꝛ pauper diuitē ꝓtegēdo: iuuenis senem fouēdo ꝛ consolādo: senex autē iuuenē a via mala reuocādo. Qđ nimirū cōsiderans Quintilianus declamationū li. 5. dixit: Non reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura p̄stantius amicitia. Et Tullius libro de amicitia: Omnibus inquit rebus humanis amicitia preponēda est. Nihil em̄ est tam nature aptum tanq; conueniēs ad res secundas vel aduersas q̄ amicitia. Illas ac plerasq; alias amicitie proprietates antiquitus

Seneca — Aristophanes — 1. Joh. 4. d — 1. Cor. 6. d — Plato — Ecci. 6. — Aristoteles — Eccs. 4. — Quintilianꝰ. — Tullius

a. aliud schema vide in Mart. roger. s Cicer. de amicitia, & aliud similes apud Horst apoll. 2° c. 4.

apud Romanos pictura amicitie demonstrabat. Discipulus. Cuiusmodi?
Typus amicitie. Magister. Depingebatur iuuenis forma/discooperto capite: que erat tunica rudi induta: in cuius fimbria scriptū erat: mors ⁊ vita: in fronte/estas ⁊ hyems habebatq̀ latus apertū vsq̀ ad cor: ⁊ brachiū inclinatū/digito cor ostendēs: ibi scriptū erat longe ⁊ ppe. Disci. Edissere queso singulorū significationē.

Magister. Forma iuuenilis indicat: amicitiā semp recentē: nullaq̀ tēporis diuturnitate tepescentē. Nudū caput: vt caput omnibus pateat/⁊ amicus nullo vnq̄ tpe amicū suū publice confiteri erubeat. Rude autē indumentū ostendit vt amicus nulla ardua/extremāq̀ inopiam pro amico subire nō recuset. Vita ⁊ mors in vestimēto scribuntur: nam qui vere diligit/vsq̀ ad mortē amat. Estas ⁊ hyems: quia ⁊ in psperis ⁊ in aduersis eque amicitiā seruat. Latus apertum habet vsq̀ ad cor: quia nihil amico celat. Brachiū inclinat/⁊ digito cor ostendit: vt opus cordi/⁊ cor verbis correspondeat. Longe ⁊ ppe scriptū est: quia vera amicitia nullo tempore aboletur: nullaue locorū intercapedine amicū separat. Disci. Beatus cui p omne viuēdi spaciū taliusmodi amicus aderit. Magister. E regione vero miser solus ab omni fideli societate alie-
Ualerius nus: nam vt ait Ualerius maximus libro. 4. Deserta est vita hominis nulli⁹
Seneca. amicicitie cincta p̄sidio. et Seneca ad Lucillum: Nullius boni sine socio iocūda est possessio. Disci. Manifesta sunt hec: ad reliqua pperemus. Magi. Affabilitati vicina est eutropelia: mediū in iocosis verbis vel factis constituens: magis tamen pprie temperātie coheret: ideo tractatū illius in eū locū vbi de temperantia agetur reseruemus. Disci. Optime. Nunc igitur liberalitatem inter virtutes iusticie vicinas cōnumeratā edisseras.

De liberate: auaricia ⁊ pdigalitate vitijs oppositis: insup de misericordia et eius extremis. Capitulum XXXI Magister

Liberalitas Liberalitas affectum animi ad pecunias moderatur. Pecunias au-
Pecunia tem vt ait Phus. 4. Ethicorum: Omnia dicimus quorum dignitas numismate mensuratur: vt sunt omnia que possidet hō in diuitijs. Di-
1.q.4.p totū. citur autem pecunia a pecore. antiqui eīn habebant in pecoribus qđ habebāt
Augustinus inquit Augustinus libro de doctrina christiana ⁊ canon. Qui ergo pecunias dat quibus oportet/quando/vbi ⁊c. delectabiliter: nec in dando tristatur: li-
Actj.20.g beralis dicitur: tali modo etiā pecunias a suis possessionibus recipit/ vt alijs dare habeat: dat tamen libentius q̄ recipiat: quia dare est difficilius ⁊ vir .uo
Ouidius li. sius q̄ recipere: vt patet testimonio christi dicētis: Beatius est dare q̄ recipe-
sine titu. re. et Ouidius. Crede mihi res est ingeniosa dare. Apostolus autem dicit: Hilarem da orem diligit deus. Discipulus. Extrema huius que sunt. Ma-
Tullius gister. Auaricia ⁊ prodigalitas. Auaricia nempe vt Tullius ait: Est inordi-
2.Cor 9.b natus amor habendi. Consistit autem in tribus in appetendo: acquirendo: et
Auaricia retinēdo. Prima prohibetur Exo.xx. Non concupisces rem proximi tui. Se-
triplex. cunda fit furto/vsura/rapina/ludo illicito/fraude/periurio/mendacio/ ⁊ consimilibus a scripturis non modo diuinis/sed ⁊ legibus imperialibus prohi-
Tullius bitis. Nam vt inquit Tullius. 2. officio. nullum vitium deterius est auaricia: presertim in principibus ⁊ rempublicam gubernantibus. Tertia que aper-

tius liberalitati opponit tenacitas dici solet: et vt huius vitij immanitatē doctores sancti ostendant/auariciā omniū malorū radicē appellāt: vt patet per Aug. de ciui. li. 1. c. 10. Idē sentit beat⁹ Gregorius. 47. dist. bonoꝝ auctor. 39. dist. Hec ergo. de pe. dis. 2. q2 et Apl's ad Timo. 6. sola hec crescit in senib⁹/vitijs declinātib⁹: nec hui⁹ cremēti est finis aut numerus. Iuuenalis. Crescit amor nūmi quantū pecunia crescit. Et Oui. Creuerūt et opes et opū furiosa libido. Et cū possideāt plurima/plura petunt. Sic qbus intumuit suffusa venter et vnda/Quo plus sunt pote plus sitiunt aque. Et Sapiens Eccl. 5 Auarus nō implet pecunia: et qui amat diuitias/fructū nō capiet ex eis. Idē Horatius diuitibus improperat dicēs: Quid iuuat immensum te argenti pondus et auri/Furtim defossa timidum deponere terra? Et rursus Sapiens: Cuncti dies eius (scʒ diuitis) pleni sunt laboribus et erumnis: nec per noctem mente quiescit. Et alibi: Auaro nihil est scelestius: et nihil est iniquius q̄ amare pecuniā. Rationē Seneca in epistolis ponit dicēs: In nullū auarus bonus est: in se pessimus. Et in puerbijs dicit: Auarus nisi cum moritur nihil recte facit. Ob id ait Vergilius. Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Et Lucanus li. 3. Ferrū mortē timere Auri nescit amor. Semp enī (vt inquit Horatius in epl'is) auarus eget. Ipsi nāq tam deest qd habet q̄ qd nō habet ait Quintilianus. et Boetius li. 3. de cōsol. phie. Auaricie nihil satis est. Hinc Propertius auaro dicit: Insanus medio flumine queris aquā. Ob hoc de moribus Seneca ait: Que est maxima egestas? Auaricia. Et vt testatur Seneca ad Lucil. Cum cetera vitia cum senescēte homine senescant: sola auaricia iuuenescit. Et vt ait Asculanus: Semp virides frondes seruat. Disci. Sufficiēter ad p̄sens pestifere tenacitatis aculeos ostendisti: ad aliud liberalitatis extremū queso sermonē vertas. Magister. Secundū liberalitatis extremum pdigalitas est: in hoc a virtutis medio recedens: quia dat etiam vbi/cui/et quando nō oportet. Multis igitur (vt inquit Aristo.) Prodigus prodest et facile satiatur. cum enī omnia effuderit/cessabit: sed hoc vitiosum esse sanct⁹ Ambrosius libro offi. insinuat. Insuper qualiter liberalitas seruatis debitis circūstātijs per medium secure pgrediatur/copiose demonstrat. Disci. Ita me in ca. non satis. dist. 86. legisse memini: sed (ni fallar) liberalitatem nonnunq̄ misericordiam vocat. Magister. Haud falleris. Misericordia enim et si sit effectus charitatis/in actu tamen exteriore similitudinem habet cum liberalitate. Huic quantū ad actum qui est dare/opponitur obduratio: quantum ad actum qui est misereri/contrariatur inuidia. Misericordie longior tractatus theologie reseruandus est.

Ouidius in fastis. 1. — Horatius in sermo. — Eccl. 10. — Seneca — Vergilius — Lucanus — Horatius — Quintilian⁹ — Boetius — Propertius. — Seneca — Asculanus. — Prodigalitas — Aristoteles — Ambrosius — Misericordia

De magnificētia: banausia: et paruificētia vitijs oppositis. Et quō magnificētia etiā reperit in paupibus. Ca. XXXII. Magi.

Liberalitati per additionem magnificentia proxima est. Liberalitas nāq cōmunem vsum pecunie respicit: magnificentia magnum sumptū ipsius attendit. Magnificus equidē prompte/delectabilr: vbi/et quādo oportet magnos sumptus facit: attenta sumptuum et operis cira

Magnificētia

ea qđ expendendi sunt ꝓportione. iuxta dñi vocem: Quis ex vobis volens
Luce.14. turrem edificare/nõ prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt si ha
beat ad perficiendũ? Unde principaliter hec virtus locum habet respectu re
rum cõmunium ꝛ diuinarum: vtputa circa edificationes templorũ/ecclesia-
Aristoteles rum ꝛ hospitaliorũ. nec vt ait pħus. 4. Ethicorũ: Magnificus sumptuosus
est circa seipsum: nisi in his que sine solẽnitate licite fieri non possunt: vtputa
in nuptijs/intronisationibus ꝛ similibus. Discipulus. Regia videtur hec
virtus: ꝛ paucis accomodatus actus eius. Magister. Sane dicis: Diuitibꝰ
Ambrosius. eñi ꝛ potentibus (ait Ambrosius) supabundantia datur a deo: vt meritũ bo-
ne dispensationis acquirant. Quantũ x̄o ad habitũ ꝛ interiorem actum/ qui
Luce.19. est electio interior hec virtus etiam pauperibus inesse reperitur. Unde ꝛ dñs
Tullius in mulierem pauperculam que in gazophylatiũ misit duo era minuta: plus obtu
rhetorica. lisse ꝙ diuites cõmendauit. Et illud Tullius innuere visus est: cũ ait: Magni
ficentia est rerum magnarum ꝛ excelsarum cum animi quadam ampla ꝛ splẽ
dida propositione cogitatio atq͂ administratio. vt cogitatio referatur ad
Banausus actum interiorem: et administratio ad exteriorem. Discipulus. Extre-
ma huius que sunt? Magister. Banausia (quam nos consumptionem di-
cere possumus) ꝛ paruificentia. Banausus eñi multa consumit inutiliter vbi
Paruificus ꝛ quando non oportet: ad instar fornacis omnia consumentis: vnde nomen
traxit: Paruificus vero estimat se semper plus fecisse ꝙ oportet. Unde inter
dum propter paruum qđ exponere non vult/operis magni dignitatem totã
perdit aut diminuit. Nec te lateat magnificentiã inter eas que fortitudini an
numerant cõnumerari: quia etiam tendit in aliqđ arduum sicut fortitudo.

De fortitudine ꝛ qualiter etiam in beatis martyribus fuerit. De timiditate et audacia vitijs oppositis: insuper de virtutibus fortitudini annexis. Ca. XXXIII Disci.

Iam igitur fortitudinis tractatum aggrediamur. Magister. Fortitu
do virtus est moralis ꝛ cardinalis: nõ fortitudo corporis sed animi. Il
lam eñi ꝛ bestias habere cernimus: ꝛ homines bestiales in quibus vir-
tutis non est locus. Hanc autẽ homines tñ qui animi passiones: audaciam sc;
ꝛ timorem circa pericula moderãtur. Est enim fortitudo vt inqt Philosophus/
Fortitudo. medietas circa timores ꝛ audacias. Fortis equidem intrepidus ꝛ delectabi-
Phus. liter terribilia imminentia aggreditur: vel illata sustinet/propter bonum ra-
tionis. Maxime autem in bello: vbi bonum cõmune ꝛ salus reipublice tuetur
ꝛ maximum terribilium quod est mors expectatur. Hanc virtutem quanti fe-
Phs. 3. et. 5. cerint ꝛ excoluerint veteriores/ferme omnes historie clamitant. Hac perma-
Ethicorum xime claruere milites christi/sed sancti martyres: qui vt ait apostolus ad He
Ad Hebre. 11. breos. 11. In testimonium fidei fortes facti sunt in bello: obdurauerunt ora
Martyres leonum: extinxerunt impetum ignis: effugarunt aciem gladij: castra verterũt
fortes. exterorum. alij distenti sunt/non suscipientes redemptionem. alij vero ludi-
bria ꝛ verbera experti: insuper ꝛ vincula ꝛ carceres: lapidati sunt/secti sunt/
tentati sunt: in occasione gladij mortui sunt. Nec tamen omnes martyres cen
seantur qui talia patiuntur: sed qui ex charitate ꝛ causa fidei talia subierunt.

Disci. Extrema fortitudinis que sunt? Mag. Timiditas et audacia. Dis. Timiditas
Timiditas quid est? Mag. Est passio appetitus succūbentis circa terribile
Timidus enim siue mollis refugit huiuscemodi aggredi et sustinere/eo ꝙ si-
bi videat intolerabile. Strenuus aūt honestos labores hilariter adit: timi-
dus ab aggressis retrocedit. Hec passio animū multum cruciat: excedit eñ
(inquit Quintilianus) omnem calamitatē diebus ac noctibus timere. Dis. Quintilianus.
Audacia quid est? Mag. Est passio appetitus consurgentis circa terribi- Audacia.
lia. Hanc fortitudo temperat/dum bonū consequens et circūstantias actus
prudenter pensat. Sepius eñ audax siue pertinax sine ratione/more ferarū
maximis periculis se ingerit. Unde virtute non pollet: sed vitio temeritatis Temeritas
intumescit. que vt Tullius ait lib. 5. artis noue Rheto. est animi inconsidera Tullius
ta doloꝝ perpessione gladiatoria periculorū susceptio. et hoc q̃dem ob modi
ca aut etiā nulla bona: nō amore virtutis/sed inanis glorie: ideo nō ab re su-
perbus dici pōt: q: frequenter inimicū humilem aut deiectū floccifaciens/in
considerate et animo tumido aggredit. sicut Golias Dauid: a quo iusto dei 1. Reg. 17.
iudicio interijt. Nam vt ait q̃dam: Pauca necat morsu spaciosum vipa tau- Ouidius
rum. A cane non magno sepe tenet aper. Qui aūt vera virtute fortis est: nec
temere audet/nec inconsulte timet. ait diuus Aug. et Hieroñ. sup Johelem: Augustinus
Justi et fortis viri est/nec aduersis frangi/nec ꝓsperis subleuari: sʒ in vtro- Hieronymus
ꝗ moderate ꝯseruari. Dis. Nunq̃d hec virtus cum cardinalis sit/ annexas
alias habet? Mag. Habet quas cōmemorauimus. s. patientiā/ꝑseuerantiā
magnificentiā/et magnanimitatē. Dis. De his q̃ꝗ pauca subiungas.

De magnanimitate: et quō non est cōtraria humilitati. De proprietatibus magnanimi. Insuper de presumptione et pusillanimitate vitijs oppositis. Cap. xxxiiij. Magi.

Circa actū fortitudinis/q̃ est pericula aggredi/ necessarius est ani-
mus ꝓmptus: ad quē adiuuat fiducia: quā pauloante definiuimus. Magnanimitas
sub qua et magnanimitas exprimit. Magnanimitas eñ/vt est qua
si pars fortitudinis: est spontanea difficiliū aggressio. Necesse est etiā ne ani
mus ab inceptis deficiat: ad qđ magnificentia conducit. Est eñ gloriosa que Tullius li. 1.
dam animi claritudo/pulchre res arduas administrans. i. exequēs. Et Ma de offi.
crobius de somn. Scipionis: Magnificentia est negocioꝝ difficiliū et pre- Macrobius
clarorum ꝯsummatio. sic accepte magnificentia et magnanimitas vt sunt cir Magnificētia
ca res arduas et mortis pericula/q̃si partes sunt fortitudinis: sed vt sunt cir
ca alias materias arduas. vtputa magnificentia circa magnos sumptus: et
magnanimitas circa magnos honores. virtutes sunt morales et speciales/
fortitudini tñ vt principali connexe. Dis. Pauloante de magnificentia di-
ctum recolo: hic magnanimitatē describas. Mag. Magnanimitas đr qua
si magnoꝝ/siue ad magna aīositas. Maximum aūt quod in vsum hoīs inter
exteriora venit/est honor. Hunc eñ deo adhibemus/nihil maius habentes. Honor
Honor in signum virtutis exhibet. Is aūt cui honor exhibet excedere pōt et
deficere/aut medio modo se habere. et tunc magnanimus appellat: qui ma-
gnis honoribus q̃bus ob magnitudinē donoꝝ dei et virtutū dignus est/ di-

gnificat se et qñ oportet. Dis. Nec hoc virtuosum videt. Humilitas eñ que mater virtutum et custos est/talia contẽnit. Magi. Hec contraria nõ sunt. Magnanim⁹ eñ ꝯsideratis donis dei/ad ꝑfecta virtutis opera tendit: ꝛ honores in signũ talium exhibitos nõ respuit. Humilis vero defectibus ꝓprijs pensatis seipsum ꝯtemnit. Magnanimus vitiosos et a virtutibus deuiantes despicit. Humilis defectus alioꝝ obliuiscẽs bona tm̃ (si q̃ sunt) inspicit: ꝛ his cõparatis ad defectus ꝓpꝛ os se ceteris inferiorẽ existimat. Et vtrũqꝫ virtuosum est. vt rex Dauid vno versiculo indicat dicens: Ad nihilum deduct⁹ est in ꝯspectu eius (scꝫ magnanimi) malignus. Timẽtes aũt dñm glorificat (scꝫ ipse humilis.) Est aũt si diligẽter aduerteris/magnanimus fm omnes virtutes perfectus. al's enim non esset magnis honoribus dignus. Hunc phũs a qbusdam ꝓprietatibus cognoscendum describit. Est eñ primo motu lentus et voce grauis: quia nõ circa multa discurrit: sed circa magna tm̃ intẽdit. Secundo est beneficij immemor: quia ꝓ beneficio gratis accepto non vult alijs subdi: imo magis gaudet in potiore vices rependere. Tertio vtit ironia. qꝛ inferioribus non totam suã magnitudinẽ ostendit: sed moribus tm̃. Quarto nõ conuiuit alijs: qꝛ adulationẽ deuitat: ideo multitudini se nõ immiscet semper: sed qñ/et sicut oportet. Quinto preponit infructuosa fructuosis. i. honesta que ad aliã necessitatem nõ ordinant/preponit vtilibus que ad alias necessitates ꝯsunt et fructificant. Hinc Themistocles dũ de marito filie sue q̃rerek: an pauperẽ et virtutibus ornatũ/vel locupletem et paꝝ ꝓbatũ habere vellet/respondit: Malo virũ pecunie indigentem/q̃ pecuniã viro. Dis. Extrema huius que sunt? Mag. Presumptio et pusillanimitas. Presumptuosus nãqꝫ ad maiora tendit q̃ sibi conueniant. aut querit honorari ex bonis fortune: quibus ꝓprie honor nullus debek. Hinc etiã ambitiosus dicik amãs primos ambitus in conuiuijs. Pusillanimis vero recusat in id tendere quod ei commensuratũ est: et respuit honores qbus dignus est. Id freqũter ex acedia prouenit. Vñ ꝛ piger seruus merito a dño suo cuius pecuniã abscondens nihil negociatus est/reprehendik: vt scribit Mattheus. c. 25. Magnanimus aũt per mediũ horum tutissimus ibit: honores qbus dignus est accipit: et illos in deũ (a quo dona ꝓpter que honorak habet) refert/dicens: Non nobis dñe non nobis/sed nomini tuo da gloriã. Sicut aũt magnifcentie q̃ est circa magnos sumptus/liberalitas iungik/que est circa cõmunes sumptus: sic magnanimitati circa honores magnos ꝯsistenti euphilothimia iungitur.

Differunt magnanimus et humilis

Ps. 14.

Aristoteles

Proprietates magnanimi

Themistocles

Presumptuosus

Pusillanimis

Ps. 114.

De Euphilothimia. Capitulum tricesimumquintum.

Discipulus.

Euphilothimia que virtus est? Magister. Que modum circa acceptionem honoris communis debiti constituit. dicta a philos qd est amor: et thimos debitus. hinc euphilothim⁹. i. debiti honoris equ⁹ amator. Dis. Extrema illius que sunt? Magi. Philothimia et aphilothimia. Hinc philothimus. i. amator honoris etiã sibi non debiti. et aphilothimus etiam debitos honores non diligens. H[...] autem et si vitium sit morale/in domo tamẽ domini humilitatis vestigia sequi poterit: si iste honoris contemptus ex consideratione ꝓpꝛiorum defectuum ꝓcesserit. Alia que circa imaginationem occurrunt vitia circa hanc virtutem occurrere possunt/et circa honorem communem. Reliqua percurramus.

Euphilothimia

Philothim⁹.

Aphilothimus

De perseuerantia: pusillanimitate siue mollicie et pertinacia. Cap. XXXVI. Dis.

COnsequens est vt perseuerantiā videamus. Mag. Perseuerantia vt Tullio placuit/est in ratione bene ꝯsiderata stabilis perpetuaꝗ permansio. Labori em̄ inquit Quintilian⁹/oportet insistere vbi effectus ꝓmittitur. Et rursus ꝑseuerandum est/quia cepimus. Disci. Quid si vires deficiunt? Ma. Animo tn̄ inquit idem/perseueremus. nā teste Ouidio in de ponto: Omnia deficiunt: animus tn̄ omnia vincit. Ille etiam vires corpus habere facit. Hec virt⁹ fili adeo necessaria est/vt sine ea viriliter aggredi omnino nihil ꝓfit. sicuti ipsa veritas Christus testatur dicens: Nemo mittens manū suam ad aratrū: et respiciens retro (scꝫ animo penitēdi) apt⁹ erit regno dei. Et rursus: Qui aūt perseuerauerit vsꝗ in finē/hic saluus erit et ap̄ls: Non coronabit nisi qui legitime certauerit. Ablata aūt perseuerantia (vt sanctus Bernardus ad Ianuēses scribit) nec obsequiū mercedem habet: nec beneficiū gratiam: nec laudem fortitudo. Et in christianis (Hieron. dicente ad Furiam) non querunt initia/sed finis. Paulus male incepit/ sed bene finiuit. Iude laudant exordia: sed finis ꝓditione damnat. Et idem sup Matth. Non enim cepisse virtutis est: sed perfecisse. cepisse enim multorum est: ad culmen autem venisse paucoꝝ. Astipulat quod Gregorius dicit: Multi bene incipiunt/et male finiunt: quia non perseuerant. de peni. dist. 2. para. multi. Et iterū. Incassum inq̊t bonū agitur si ante terminū vite deseratur: q. et frustra velociter currit/qui priusꝙ̄ ad metas perueniat deficit. et de peni. dis. 3. c. incassum. Sed in his q̊d diutius moror? cum nec tota die ola in laudē perseuerantie adducere queam/si etiā memorie tenerem. Huic opposita sunt mollicies et pertinacia. Mollis tristicijs vincit: et ꝓpter diuturnitatē et laborem facile a bono recedit. Nam vt ait Therentius in Andria: Ingeniū est omniū labore ꝓcliue ad libidinē. Pertinax aūt plus ꝙ̄ oportet in suo sensu stat. et illi sunt frequenter melancholici: et etiā superbi/qui sibijpsis videntur scioli. Quibus dicit: Ne innitaris prudentie tue. et alibi: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Dis. Satis patet ex his ꝑseuerantie ratio. Patientiam videamus.

perseuerātia.
Tullius
Quintil. lib. causarum
Ouidius
Luce. 9.
Mat. 24
2. Timo. 2. a.
Bernardus
7. q. 1. suggestū. de pe. di. 2 para. multi
Hieronimus.
Gregorius.
Mollis
Therentius
Phs. 5. ethi.
Pertinax.
Ro. 12. P. 3

De patientia: sub qua cōtinetur constātia et longanimitas. Cap. xxxvij. Magi.

PAtientia vt inquit Tullius/est honestatis siue vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Augustinus li. de patientia inquit: Patiētia virt⁹ est qua mala equo animo toleramus. Gregorius vero super Lucam ait: Patientia est aliena mala equanimiter perpeti: et nullo malo animo in aliquem ad vindictā moueri. Hec vt pluribus edoceri posset auctorū testimonijs. potior est partiū fortitudinis. Vn̄ Horatius in Odis. Latius regnes auidum domando spiritū: ꝙ̄ si Libyam remotis Gadibus iungas: et vterꝗ penus seruiat vni. Gades insula est vbi sunt colūne Herculis inter Aphricā et Europā: etiam a Penis. i. Afris inhabitata. 2. Ouidius de arte: Cede repugnanti: cedendo victor abibis. et moralissimus Cato: Quem superare potes interdum vince ferendo.

Patientia
Augustinus.
Gregorius
Horatius
Ouidius
Cato

Prouerb.16. Si forte hec tibi haud satis fecerint/audi Sapientem: Melior est patiens viro forti: vbi glosa. Minor est victoria vrbes expugnare quam seipsum vincere. Nam teste Seneca: Bis vincit qui se vincit: et bis interimitur qui suis armis perit. Isidorus: Magna est virtus si non ledas: magna est fortitudo si etiam lesus remittas: magna est gloria si cui potuisti nocere parcas. Et Lactantius li.5. Insti. Magna et precipua virtus patientia est quam pariter vulgi publice voces/ et oratores et philosophi summis laudibus concelebrant. Huius tam preclare virtutis preconia. s. Cyprianus in epistola de bono patientie lucide explicat dicens: Patientia est que nos deo commendat et seruat: Ipsa est que iram tempe rat: linguam refrenat: mentem gubernat: pacem custodit: disciplinam regit: libidinis impetum frangit: timoris violentiam comprimit: incendium simultatis extinguit: coherceet potentiam diuitum: inopiam pauperum refouet: tuetur in virginibus beatam integritatem: in viduis laboriosam castitatem: in maritatis indiuiduam charitatem. facit humiles in prosperis: in aduersis fortes: contra iniurias et contumelias mites. docet delinquentibus cito ignoscere. temptationes expugnat: persecutiones tolerat: passiones et martyria consummat. Ipsa est que fidei nostre fundamenta firmiter ponit: que incrementa spei sublimiter prouehit. Ipsa facit vt efficiamur filij dei dum Christi tolerantiam imitamur hec ille. Hac specie fortitudinis potissime milites Christi vicerunt: a vexillifero suo edocti. qui ait: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Nam hac habita/omnia onera leuia videntur. Quintilianus nempe ait. Nulla pena est nisi inuito. et rursus: Nullum habemus nisi ab impatientia dolorem. Et secundum nonnullos theologos hec non minima causa erit cruciatus perpetui. Sub hac et constantia et longanimitas continentur. Est enim costanntia vt ex. 4. Ethicorum sumitur/stabilitas animi firma et in bono proposito perseuerans.

(Margin: Seneca; Isidorus.; Lactantius.; Cyprianus; Luce.21.; Quintilianus lib. causarum; Constantia; Aristoteles)

De temperantia virtute cardinali. quis temperatus: et que temperantie partes. Insuper de differentia verecundie. erubescentie et honestatis. Capitulum. xxxviij. Magister.

Temperantia. Augustinus. Cardinalium virtutum quarta Temperantia dicitur. et est (vt ait Aurelius libro de libero arbitrio) affectus coherceens et cohibens appetitum ab his rebus que turpiter appetuntur. Moderatur enim passiones sensuum gustus et tactus in his que ad vite speciei'que conseruationem necessaria sunt. gustum quidem in cibo per abstinentiam/in potu vero per sobrietatem dirigit. Tactum autem quantum ad actus generationis immediatos per castitatem: quantum vero ad consequentes et accidentales/vt sunt oscula et amplexus impudici/per pudicitiam coherceet. Temperatus itaque dicitur/ qui vbi et quando oportet a delectabilibus abstinet: nec in hoc contristatur. Plures namque necessitate coacti/quia impotentes sunt et infirmi/aut habere non possunt: vel timore pene a delectabilibus abstinent: et temperati non sunt. quia in abstinendo tristantur. Dis. Partes huius si que sunt preter predictas enumera queso. Mag. Temperantie partes in triplici differentia constituuntur. Quedam enim subiectiue: quedam integrales: quedam vero potentiales sunt. Integrales dici possunt sine quibus non est: vt verecundia siue erubescentia: per quam fugimus tur-

(Margin: Temperatus; Partes temperantie integrales.)

pitudinem temperantie contrariã. et honestas: per quam pulchritudinẽ et decorem temperantie (quo inter ceteras virtutes emicat) amam⁹. Propter verecundiã enim turpia occulte facimus: ꝓpter erubescentiã vero talia agere omnino desistimus: et vtrumqꝫ facimus/ ne vituperiũ incurramus. Unde Aristo. 4. Ethicorũ verecundiã timorem inglorationis dicit. Nõ tñ specialis est virtus: sed passio laudabilis: maxime in iuuenibus. ꝓdit eñ ait Ambrosius ingenuas natales. Et diuus Bernardus sup cantica: ꝙ pulchra inquit et ꝙ splendida gemma morũ est verecundia in vita et vultu adolescentis: ꝙ vera et minime dubia bone spei nuncia bone indolis. vt patet in Sem et Japhet filijs Noe: qui auersa facie nudatũ patrem tegebant. Honestas vero que a nõnullis modestie connectit: in quibusdam in tantũ ascendit/ vt non timore pene nec vituperij turpia non faciant: sed virtutis amore et vitij odio male agere abhorrescant. Hinc Seneca ait: Si scirem deos ignoscituros/ et homines ignoturos/ deniqꝫ peccatũ abhorrerem. Dis. Temperãtie partes subiectiue que sunt? Magi. Abstinentia: Sobrietas: Castitas et Pudicitia quas prius cõmemorauimus. Disci. Has paulo latius deducas. Ma. Utilissimum ac pernecessariũ est. nam vitia contraria/ gula scꝫ et libido maxime homines decipiunt sua voluptate (inquit diu⁹ Hierony.) et ea deponere eo difficilius quo eis vti est dulcius.

Aristoteles. Uerecundia est passio: nõ virtus Ambrosius Bern. Gen. 9. d. Seneca Partes humilitatis subiectiue. Hieronymus

De abstinentia: sobrietate: crapula et ebrietate. Capitulum XXXIX Mag.

Abstinentia et sobrietas mutuo se complectunt. Nam quid proderit abstinentia se in cibis temperare/ et ebrietate incalescere vino? Nõ autem hic mentionem facimus de abstinentia que ieiuniũ ab ecclesia institutũ dici consueuit: sed de ea virtute que carnem et spiritũ in naturis ꝓprijs conseruat: non prefigendo horã vel cibi qualitatẽ. Est autẽ natura spiritus carni dominari. quod fieri potest/ si abstinentia/ si sobrietas obseruent. contrariũ et peius accidit si negligant. Nam vt testatur Augustinus: Ebrietas aufert memoriã: dissipat sensum: confundit intellectũ: concitat libidinem: inuoluit linguã: corrumpit sanguinẽ: omnia membra debilitat: vitam diminuit: et omnem salutẽ exterminat. Et rursum ad sacras virgines ait: Ebrietas est flagitiorum omniũ mater: culparũqꝫ materia: radix criminũ: origo vitiorum: turbatio capitis: subuersio sensus: tempestas lingue: procella corporis: naufragiũ castitatis: amissio temporis: insania voluntaria: ignominiosus languor: et turpitudo morũ: dedecus vite: honestatis infamia: anime corruptela. et Chrysostomus: Abundantia ciborũ morbum facit: molestias ingerit: et egritudines generat: computrescere facit corpus humanum: et macerat egritudine diurna: et tunc cum morte crudeli consumit. Hieronymus quoqꝫ ait: Morbi saturitate nimia concitant. Et ne forte gulosus doct ribus sanctis fidem habere diffidat: ipsi in testimoniũ medicine professores assumũt: qui harum rerũ simul et artem et experientiã habent. ait itaqꝫ Hieronymus in alphorismis Hypocratis scriptũ esse: Crassa et obesa corpora/ nisi ablatione sanguinis imminuant: in paralisim et pessima morborũ genera erumpere. Et Gallenus in exhortatione medicine: ait nec viuere posse diu: nec sanos esse/ quorum vita et ars sagina est. Propertius quoqꝫ: Uino forma perit: vino corrumpit etas. Uino sepe suum nescit amica virũ. Et sapiens: In multis

Abstinentia. Augustinus Ebrietas Chrysostom⁹. Hieronymus. De conse. dis. 5. ne talis Hypocras Gallenus Propertius Eccl. 37.

Ibidem.31.d. escis erit infirmitas. Et rursus: Sanitas est anime et corporis sobrius potus
Boetius. Et Boetius libro.2.consolationis philosophice: Paucis minimisq; natura contenta est: cuius satietatem si superfluis vrgere velis/aut iniocundum fiet
Ouidius. quod infuderis/aut noxiũ. hinc in metamor. Ouidius clamat: Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. Multa quoq; mala sanct⁹ Ambrosius
Ambrosius ex crapula humano generi ab antiquo euenisse testat. que summatim
Gule mala. videri possunt in.c. Sexto die. dist.35. Gula enim regnantem a paradiso expulit: abstinentia ad paradisum errantẽ reuocauit. Gula seruitutem induxit. non enim esset hodie seruitus si ebrietas nõ fuisset. Heu ꝙ multis pauperta
Prouer.21. tem adduxit: qui liguriendo breuissimis diebus totam substantiã a ꝓgenitoribus conquisitã multo labore/deuorauere: non attendentes illud Sapientis
Eccl.31. Qui diligit epulas in egestate erit. Et qui amat vinũ et pinguia/non ditabit
Osee.4. Heu quot homicidia fecit. Amaritudo enim est anime vinum multũ potatũ/
Macrobius. inquit Sapiens. et Oseas propheta: Vinũ et ebrietas auferunt cor.i.rationẽ
Seneca Et Macrobius ait: Comes ebrietatis obliuio est. Ebrietas enim vt ait Se-
Tullius neca/nihil aliud est nisi voluntaria insania. Quia vt testat Tullius in para-
Macrobius. doxis: Voluptas animũ a sede sua et statu dimouet. Macrobius quoq; libro saturnaliũ: In pecudum ferarũq; numero habet quisquis voluptatibus vacat. Quinimmo bestijs viliores sunt/que vltra necessitatem raro pascuntur:
Heronymus. dum aũt se crapula grauatas sentiunt/abstinent donec sumpta alimenta digesserunt. Gulosi impatientia gule (inquit Hieronymus) vomitu remediant et quod turpiter ingesserunt/turpius egerunt. Hi sunt bibuli: qui incredibilem vini quantitatem vna die hauriunt: et perditis sensibus per superiora et
Psã.9.d. inferiora emittunt. Sicq; laudat peccator in desiderijs anime sue: et iniquus
Seneca. benedicit. Qui enim plus biberit prestantior predicat. Contra quos et Seneca in epistolis: Que gloria inquit est capere multum? Cum enim penes te palma fuerit/et superstes toto cõuiuio fueris: cũ omnes viceris virtute magnifica: et nemo vini tam capax fuerit/vinceris a dolio. Nam principes populorũ qui talia de medio auferre debent/eodem crimine (quod pudor est di
Phil.3. cere) irretiti sepius inueniunt: Hi sunt quorum (vt ait apostolus) deus venter
Augustinus est. Ab homine enim inquit Augustinus colit quod pre ceteris diligit. de ta-
Innocentius libus Innocentius de mensura humana scribẽs dicit: Quid turpius ebrioso? cui fetor in ore: tremor in corpore. qui ꝓmit stulta: ꝓdit occulta. cui mens ali
Psã.5.c. enatur et facies transformatur. De his sobrius rex Dauid exclamat: Sepulchrum patens est guttur eorũ. fetent enim ora edaciũ quemadmodum sepulchra cadaueribus mortuoꝝ repleta. Ah quid dicam? viuũt vt comedant et bi
Psã.31. bant: non aũt comedunt et bibunt exemplo Socratis/ vt viuere possint. Effi
Dis.32.c. venter ciuntur insuper sicut equus et mulus quibus nõ est intellectus: in luxuriã ꝓcliues. Nam vt ait Hieronymus: Venter mero estuans cito spumat in libidi-
Ephe.5.d nem. Quos apostolus admonet dicens: Nolite inebriari vino in quo est lu-
Prouer.20.a xuria. Et Salomon: Luxuriosa res est vinũ. Et Therentius. Sine cerere et
Therentius. baccho friget venus. Ouidius quoq;: Nox et amor vinũq; nihil moderabile
Ouidius. suadent. Dominus etiam talibus per prophetã comminatur dicens: Ve qui
Esaie.5. consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandam: et potandum vsq; ad vesperam vt
Luce.21. vino estuetis. et per seipsum ait: Attendite ne grauentur corda vestra in cra-
35.dist.c. ante omnia pula et ebrietate. Sed quid diutius in his calamũ relaxo? Non enim epitomatis capere posset breuitas crapule casus lamentabiles/et aduersus eandẽ

scripturas insurgentes. Est enim vt inquit canon / ebrietas omniū vitiorum fomes ac nutrix. Discipulus. Bestiale hoc vitium / quo iam procerū adolescentia maxime laborat / omni studio euitare conabor. Sed dic queso q̄d quātumue sumendum sit de alimento / vt omnis huic pesti locus precludat̄. Magister. Diuus Augustinus id aperto sermone determinat dicens: Non interest quid vel quantum alimentoꝝ quis sumat: pro congruentia hominum atq̧ persone sue / et valitudinis necessitate: sed quanta facilitate et serenitate animi careat / cū vel oporteat vel necesse est carere. Fieri enim potest vt sine aliquo vitio cupidinis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vtatur: insipiens aūt fedissima gule flamma in vilissimū olus ardescat. vt patet de Esau vendente primogenita sua pro decoctione rufa. Discipulus. Delicati igitur consuetis vesci possunt? Magister. Possunt cum moderamine. nam si ad vilia cogerent̄ / egrotarent. De modis quibus nos gula pulsat / consule Gregorium virū omni virtute decoratū / libro 22. moraliū. et de conse. dis. 5. c. q̄nq̧ modis. Aut enim gulosus tempus indigentie preuenit: cibos lautiores querit: nimis acurate parat: nimiū sumit: desideriū non refrenat: aut in his omnibus excedit. Sed hec de temperantia circa gustum / que nominibus abstinentie et sobrietatis intelligitur: et de extremo eius / intemperantia scilicet / que fit per excessum: quam gulam nominamus / sufficiant. Alterum extremū per defectum / quod insensualitas in gustu dicitur / morale est vitium: in schola autem domini virtus. Unde quidam ex sanctis patribus crudis oleribus et aqua contenti: coctum autem aliquod sumere luxuriam reputabant: ait diuus Hieronymus.

Augustinus | Ibidem. c. nō cogantur | Gen. 25. | Modi gule. | Gregorius | Hieronymus

De castitate coniugali et virginali: que et virginitas. et quomodo amittitur et premiatur. Capitulum. XL. Discipulus.

His igit̄ dimissis temperantiā circa tactum percurramus. Magi. Id rerū ordo exigit: nam qui in gustu temperati fuerint / facile in tactu modum tenebunt. Intemperati aūt in gustu difficile temperati esse possunt in tactu. Uicina em̄ membra sunt stomachus et pudēda. ait Hieronymus. vt ex vicinitate membroꝝ intelligat̄ confederatio vitioꝝ. Et venter mero estuans cito spumat in libidinem. luxuriosa quoq̧ res est vinū Et Galieno dicente medico: Animas ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas / nihil celeste / sed de carnibus eructare: et ventris ingluuiem cogitare. Temperantia itaq̧ (ne longius abeam) circa tactum per castitatem et pudicitiam exprimitur. Castitas / vt premissum est delectatiōes tactus in rebus venereis moderatur: in coniugatis / viduis / et virginibus. In coniugatis: vt scilicet causa prolis tm̄: aut vitande fornicationis: vel reddendi debitum his vacent: temporibus et locis congruis / modo naturali: non aūt causa explende libidinis. Nam et Sextus pythagoricus dicebat: Adulter est in suam vxorē ardentior amator. et ap̄ls: Ut sciat vnusq̄sq̧ vas suū possidere. In viduis castitas etiā honorat̄. vt turtures post obitū mariti alteri nō copulant̄: sȝ corpe et mente a carnalibus delectationib⁹ in perpetuum abstinent.

Hieronymus dis. 35. de ose. dis 5. ne tales | Galienus | Castitas | 2. q. 7. in eo. | Castitas coniugalis | Sext⁹ pythagoricus. | 1. Thessa. 4. | Uidualis.

Augustinus In virginibus castitas precipua inuenit. nam vt ait diuus Aug. in lib. de vi-
Uirginalis duitate: Bona est pudicitia ɔiugalis: melior vidualis: et optima virginalis
Damascenus Et Damascenus lib. 4. Quanto angelus homini est superior/ tanto virgini- c. 25.
Augustinus tas est nuptijs honorabilior. Est aūt vt ait Aug. lib. de nuptijs/ in carne cor-
ruptibili perpetua incorruptionis meditatio. Duo eñ dicit virginitas: inte-
Virginitas dicit duo grit atem videlicet corporis: et habitum electiuū obseruandi integritatē illā
in perpetuū. et sic est virtus. Debet igitur virgo in proposito firmo habere in
perpetuū nunq̄ velle in carnis corruptionē ɔsentire. quo stante virgo perma-
Idem net: etiā si violenter claustra pudoris infringant. vt Au. in. 1. li. de ciu. dei. c.
16. et. 18. disseruit. Vñ vere virgines nō sunt paruuli integri corpore: qr pro-
Castitatis positum nō habent: nec etiā adulti volentes aliqñ nubere. Castitatis laudes
laus. ser. 16. Augustinus in sermone quodam ad eremitas succincte q̄dem: sed splendide
explicat dicens: O castitas ornamentū nobilium: exaltatio humiliū: nobili-
tas ignobilium: pulchritudo vilium: solamen merentiū: augmentū pulchri-
tudinis: decus sancte religionis: minoratio criminum: multiplicatio merito-
rum: dei amica: angelorum cognata: patriarcharū vita: prophetarū corona:
apostolorum cingulum: martyrū auxilium: confessorū vehiculum: virginum
speculum: viduarū refugium: et cunctorum bonorum gaudium ac solatium.
Hec est illa virtus/ que nos deo commendat: que nos angelos facit: que nos
super sidera extollit. Hinc Bern. ait: Quid castitate decorius: que mundum
Bern. de immundo conceptū semine/ de hoste domesticū/ hominem deniq̄ angelum
facit? Uirginitatis vero preconia et tpis et epitomatis angustie non capiūt
Hieronymus Est enim vt ait Hiero. angelis semper cognata virginitas. Est agni dei sin-
Apocal. 14. gularis pedissequa. Sequunt enim/ inquit Johannes apostolus/ agnū quo-
cunq̄ ierit. et pre ceteris aureolam portabunt: quam sola mente amissam/ p
aureola virginum penitentiā recuperabunt. deperditam aūt etiam per corporis corruptionē. s. p
resolutionem seminis voluntariā/ nunq̄ recuperabunt. nec deus (inquit Hie-
rony.) virginem post ruinā suscitare potest. quia faceret q̄ id quod factū est/
32. q. 5. si pau- non esset factū: quod est impossibile. Hinc Ouidius in ep'is: Nulla repara-
lus. bilis arte Lesa pudicitia est: deperit illa semel. Non quia deus violata vir-
Ouidius in ginitatis claustra reintegrare nequeat: hoc enim omnipotentie sue derogat:
epistolis sed q̄ violata violata non sit/ deus nō facit. Dis. De pudicitia loquamur.



De pudicitia et continentia. et q̄ maxime sit necessaria cōiugatis: viduis: solutis et virginibus. Capitulum. XLI. Magi.

Pudicitia Pudicitia nō modo delectationes venereas declinat/ verūetiam si-
gna libidinis cohibet. In matrimonio q̄dem debitū nature modū
1. Timo. 5. b. et ordinē custodit: In viduis discursum indicit. quia et ap'lus dis-
Ibidem. a. currentes redarguit dicens: Ociose enim discunt circumire domos. delitias
Augustinus abscindit. Uidua eñ (idem inquit) que in delitijs est/ mortua est. et vestium
ornatum deponit. In virginibus precipue sensus et cogitationes a venereis
Quintilian9 auertit. Nam impudicus oculus/ impudici cordis est nuncius. Et Quintilia-
nus: Oculi tota nostra luxuria. aures si colloquijs turpibus patent/ virgini-
Prouer. 7. tatem produnt et capiunt: Vñ Sapiens: Irretiuit eū multis sermonibus. et
1. Cor. 15. Ap'ls: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Amplexus et oscula ta-

cendunt ꝛ insanire faciunt. Cogitationes immunde vt premissum est/ facile adueniente consensu totam virginitatem adimunt. Cauenda est igitur virginibus maxime societas peruersa: nam vt ait Sapiens: Qui se iungit fornicarijs/ nequã erit. Vitãda sunt ꝛ ocia: nam dicit Cato: Ocia dant vitia. Ouidius Remediorum primo. Queritur Egisthus quare sit factus adulter. In promptu causa est: quia desidiosus erat. Item: Ocia si tollas periere cupidinis arcus: Contemptęqȝ iacent ꝛ sine luce faces. Generosos autem animos (inquit Seneca ad Lucillum) labor nutrit. Et Hieronymus ad Rusticum monachum: Ama studia scripturarum: ꝛ carnis vitia non amabis. Pudicitia que est in solutis/ continentia dici solet: que est vna de partibus potentialibus temperantie. Habes itaqȝ fili que ad presens de temperantia tactus te scire volui: cui per excessum luxuria ꝛ impudicitia opponuntur: per defectum autem insensualitas tactus: que vitium est nature. Nobilissimum nãqȝ operũ in viuẽtibus est generare sibi simile ꝛc. Magni tamen meriti est in schola domini: vt visum est. Discipulus. Luxuriam igitur ꝛ impudicitiam prosequere. Magister. Impudicitia notificatur per contrarietatem iam dictorum de pudicitia. Discipulus. Ad luxuriam igitur stilum verte.

Eccl. 19.
Cato.
Ouidius
Seneca
Hieronym⁹
Continens
Aristoteles
2° an. 34.

De luxuria: modis ꝛ speciebus ac filiab⁹ eiusdem. Capitulum XLII Magister.

Luxuria inordinatus est appetitus venereorũ: cuius occasiones multas scriptura cõmemorat: vt sunt/ ocia: segnicies: somnus: caro: femina: vinum: prosperitas: ludus: carmina: forma: puer. De ocio atqȝ segnicie supra apud Ouidium allegatum ca. proximo. De somno sapiẽs Cato testem se exhibet dicens: Plus vigila semper: somno ne deditus esto. Nã diuturna quies vitijs alimenta ministrat. Caro de spermate multum administrat. Unde: Subtrahe ligna foco si vis extinguere flãmas. De femina superfluum est testimonia adducere: que tamen fere innumera sunt: lege sanctũ Ambrosium libro primo de officijs: vbi ait: Janua diaboli/ via iniquitatis/ scorpionis percussio/ nociuum genus est femina cum primat/ stimulat ꝛ ignẽ accendit. De vino diuum Hieronymum consulas distin. 35. ca. Uenter mero estuans cito spumat in libidinem. Et Apostolus: Nolite inebriari vino/ in quo est luxuria. De prosperitate Ouidius de arte libro. 2. Luxuriant animi rebus plerũqȝ secundis. Ludentibus nunqȝ se miscuisse: Sara vxor iunioris Tobie gloriatur. Carmina id est lasciue cantilene: de quarum vi in musicis nonnulla memorauimus. Forma hoc est pulchritudo: que iuxta Sapientem fallax est ꝛ vana. Prouerbiorum. xxxj. Puer: Nam vt scribit Helinandus: Idem facit etas in puero qδ sexus in muliere. Cetera breuitati studens pretereo. horum autem intelligentiam facile ex dictis capies. Discipulus: Facillime. Magister. Hec pestis ꝑ fenestras: id est sensus corporis nostri ascẽdens: vt serpens lubricus per nouem clausuras penetrat donec animam sponsam christi perfecte opprimat. Primo eñ fit sensualis delectatio non consentiente ratione. Secundo delectatio morosa. Tertio consensus in actũ. Quarto sequitur appetitus libidinosus. Quinto colloquium de conuentione. Sexto contactus per oscula et amplexus. Septimo opus immundum perficitur. Octauo assuefactio. Nono obstinatio generatur. Nam hoc vitium vltra hoc qȝ substantiam temporalium consumit/ maxime infamat: vitam abbre-

Luxuria
Occasiones luxurie.
Cato.
Ambrosius
Hieronym⁹.
Eph. 5. d
Ouidius
Tobie. 3.
Helinandus
Luxurie gradus.
Peccati luxurie grauitas.

nlat:gratiam tollit:etiam intelligentiam aufert:ꝛ quasi bestiam impenitentem eternis cruciatibus infert. Ob hanc deus vniuersum mundũ: noe dempto/vxore/filijs ꝛ vxoribus eorum/per aquam diluuij peremit. Gen.7. Corruperat em̃ omnis caro viam suam:ob hanc igne ꝛ sulphure subuertit deus sodomam ꝛ gomorram ꝛ omnem circa regionem. Gen.19. Hoc vitium fere totius orbis potẽtes in excidium Troie prouocauit. sapientissimum Salomonem infatuauit. Dauid regem ad crudele adulterium/ꝛ crudelius homicidiũ induxit. Samsonem fortissimum oculis ꝛ vita priuauit:ꝛ heu heu inferni barathrũ accumulatissime replet ꝛ repleuit. Hec om̃ia testimonijs roborare breuitas prohibet:quia oratio ad alia festinat. Equidem turpissima ꝛ mortifera hec pestis/sicut diuersis gradibus ad mortificandã animam serpit: quorum semper vlterior in culpa est grauior:sic pariformiter in multas species se dif-

Spẽs luxurie fundit:que sunt:Simplex fornicatio soluti cum soluta corrupta. Adulterium id est accessus ad alterum torum/coniugati cum cõiugata/vel coniugati cum soluta/aut soluti cum coniugatis. Stuprum cum virgine. Incestus cum consanguinea vel affine. Raptus cum puella violẽter de domo patris rapta. Sacrilegiũ cum persona sacra Vitium contra naturam:cuius species sunt Mol-

Spẽs luxurie cõtra naturã. licies:cum quis per seipm̃ volũtarie polluitur. Sodomia:masculi cum masculo:femine cum femina. Bestialitas hominis cum bruto/ꝛ modus innaturalis qui multipliciter variatur. Hec omnia sunt peccata mortalia. posteriora tñ prioribus grauiora multiplici lege inhibita. Disci. Declara queso. Magi. Longũ esset de singulis tractare:sufficiat igit̃ de adulterio hoc deducere qḋ in-

Tobie.4. ter grauia est cõmuni᷒. Hoc vitium lex nature execratur per illud: Quod tibi
Leuiti.20. non vis fieri:alteri ne feceris. Unde ꝛ pagani adulteros puniunt. Lex moysi
32.q.1.ca. pre tales lapidare precipit:lex euãgelij huiusmodi damnat:lex canonica penitẽ
dicantium. tiam septennẽ infligit:lex imperialis capite priuat. C. de adulteris.l. Quis.
Filie luxurie. Ultra has species iam enumeratas hoc detestabile vitiũ etiam octo filias ne
Gregorius li. phandas generat:que sunt cecitas mentis:precipitatio:inconsideratio: incõ
31. moralium. stantia:amor sui:amor seculi:ꝛ desperatio vite future. de quibus latius videre est in traditione theologie.

De partibus essentialibus temperãtie de continentia:malicia;bestialitate ꝛ virtute heroica. Capitulum XLIII Discipulus.

Continentia N Remissorum ordo expostulat: vt nunc partes potentiales tẽperantie explicemus. Magister. He partes sunt/continentia/mansuetudo/clementia/ꝛ modestia:sub qua alie continentur. Disci. Continentia quid est? Magister. Est animus inuictus a delectatione. Caro enim

Gal.5. (vt ait Apl'us) concupiscit aduersus spiritum. Hanc cõcupiscentiã animus per continentiam refrenat:non modo circa gustum/verũetiam circa quascũꝙ delectationes/a quibus inuictus permanet si bene consiliatur ꝛ ab eo non recedit ꝙ si contrarium stat/incontinentia fit ꝛ animus passionibus cedit. Primo quidem per preuolitionẽ:si ante consiliationẽ ꝛ impetu passionis vincit̃: vt cholerici ꝛ melancholici. Secundo si consiliatio fit/sed in ea non perseuerat:imo magis passionem sequitur: vt frequenter phlegmatici ꝛ sanguinei.

Malicia. Qḋ si peruersitas rationi ita dominetur/vt malum bonum dicat:ꝛ in eo finẽ

constituat: dicitur malicia. quibus cōminatur dn̄s per prophetā dicens: Ve vobis qui dicitis malum bonum: ⁊ bonum malum. Si vero limites humane nature concupiscentia egreditur: ⁊ animus vincitur/erit bestialitas: vt in concubitu cum brutis. In hoc em̄ sola sensualitas/qua bestijs cōmunicamus dominatur: ideo bestiales dicunt qui tale ⁊ similia operantur. Qui autē a sensualitate se abstrahunt: ⁊ in intellectiua qua dijs comparamur vltra cōmunē modum proficiunt: heroes: id est diuini vel deificati a phis nominantur: ⁊ virtus eorum heroica dicitur. Tenētes autem mediū inter bestiales ⁊ heroes virtuosi sunt/⁊ continentes ꝓprie nominantur. Discipulus. Mansuetudinem simili breuitate explanes. Esaie.5. Bestialitas 7. Ethicorum Heroes.

De mansuetudine: clementia: pace: iracūdia crudelitate: ferocitate: seueritate ⁊ inuidia Capitulum XLIIII Magister.

Mansuetudo ⁊ clementia simul explanantur: animum circa ire passionē cohibēt/ne limites debitas trāsiliat. Ira em̄ ſm Tulliū est libido puniēdi eū qui fecisse videtur iniuriam. Ubi duo innuunt scʒ appetitus vindicte: ⁊ pena infligenda. Primū mansuetudo (que ⁊ mititas dicit) refrenat: ⁊ passionem ire diminuit. Scd̄m clementiā moderatur: ⁊ penā infligendā mitigat: sic intelligibile sunt harum definitiones quibus definiunt Mansuetudo est moderatiua irarum. Clementia xo est per quā animus concitatus in odium alicuius benignitate retinetur scʒ nec omnem penam debitā infligat. Ad quā Claudianus hortatur dicens: Sis pius in primis: nam cum vincamur ab omni Munere: sola deos equat clementia nobis. Ponitur autē hic odium pro ira: quia odium est ira inueterata. Ad virtutem mansuetudinis suo exemplo specialiter christus nos admonet dicēs: Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Et per Apl̄m: Tu homo dei sectare pacificam mansuetudinem. Insuper ⁊ per Sapientem: Fili mi in mansuetudine serua animam tuam. Quia vero tunc labori fortius insistitur cum fructus copiosus sperat. idem dn̄s mansuetudinis premia ꝓmittit maxima/cum ait: Beati mites: qm̄ ipsi possidebunt terram scʒ viuentium. Hinc Ps̄. Mansueti hereditabūt terram: ⁊ delectabunt in multitudine pacis. At vero vt Chrysosto. ait: Ille vere mansuetus dicitur: cum ꝓuocatus fuerit/nec cogitat malum facere/nec facit. Habeto igitur (iuxta sententiam Senece) cum hominibus pacem: cum vitijs bellū. Remissius enim imperāti (vt idem ait) melius paretur. Melius est etiam domino reddere rationem de nimia misericordia q̄ de nimia seueritate. inquit Chrysostomus. Et sine clementia ⁊ sine misericordia lex christi nō impletur: testat Hierony. Disci. Extrema mansuetudinis que sunt? Magister. Irascibilitas ⁊ ira siue iracūdia. Deficere em̄ ab ira per irascibilitatem ⁊ nunq̄ irasci/laudabile nō est. vnde ꝓpheta ait: Irascimini ⁊ nolite peccare. Irascit em̄ iustus (inquit Aug⁹. 6. q. 1. para. si.) peccatis palearū. i. malorum: sed nō odit. Rursus: Nimiū irasci intolerabilius est. ⁊ tripliciter fit. Primo ex leui causa ⁊ velociter ⁊ extreme: ⁊ illi mox mitescunt: quod videmus in cholericis ꝓpter caliditatem. Est enim ira ebullitio sanguinis circa cor. inquit Aristote. 1. de anima. Et Ganfredus in poetria: Ira genus flamme/materq furoris: ab ipso Felle trahens ortum: cor ⁊ interiora venenat.

Ira. Tullius 4. Ethicoꝝ Mansuetudo. Clementia Odium Claudianus Tullius in 2. Rhetorica. Matth. 11. d 1. Timo. 6. Eccl. 10. Matth. 5. a Ps̄. 36. Chrysosto. Seneca Chrys. Hieronym⁹. Ps̄. 4. Irascimur tripliciter. Ira Augustinus Ganfredus

Hos philosophus acrocholos vel acutos nominat: ab acros qđ est extremū: ⁊ cholos ira. Alij iram diutius retinēt: propter materie grossiciem: vt melancholici: quos amaros vocat. Non tamen est ira super iram mulieris ait Sapiens: ⁊ hoc propter debilitatem rationis. Tertij qui graues appellantur / iram conceptam obstinato animo tenent: nec desistunt donec vindictam inferant. ⁊ illi seueri sunt / si ſm leges puniunt: feroces / si sine causa puniunt / aut si in hominum cruciatum delectantur: crudeles / si grauiores q̄ lex dictat penas inferunt. Hi iam tertij ordinis iracūdi potius bestie q̄ hoīes dicēdi sunt: quia obstinato animo sunt: nec mitescunt: homo autem mitis fieri potest dicente Horatio: Nemo: id est nullus homo / adeo ferus est qui nō mitescere possit. Et Ouidius: Candida pax homines / trux decet ira feras. Juste autem comparatum est / vt tales non alios tm̄ / sed seipsos grauius puniant: cum ira in ipsis inueterata in inuidiam vertitur. dum enim vindictam ad libitum suum sumere non possunt de proximo suo / semper eum odio habebunt: et de bonis eis tristantur: quod est natura inuidie. Quam et Ouidius libro. 2. Meta: non indocte describit dicens: Pallor in ore sedet: macies in corpore toto: Nusq̄ recta acies: liuent rubigine dentes: Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno: Risus abest: nisi quem visi fecere dolores. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Sed videt ingratos / intabescitq̄ videndo Successus hominum: carpitq̄ ⁊ carpitur vna Suppliciūq̄ suum est: ⁊ alia ibidem. Sedet inquit pallor in ore. Nam filie eius vt ponit Gregorius libro tricesimo primo Moralium sunt odium / detractio / susurratio / exultatio in aduersis / et afflictio in prosperis. vnde etiam macies in corpore toto: quia putredo ossiū inuidia: ait Sapiens in prouerbijs. Et Horatius. Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Et videt illius prospera cum lachrymis. Ideo nunq̄ ridet Quia semp vicinū pecus grādius vber habet: ⁊ in agro alterius fertilior seges est. Insup ⁊ rubigine infectos habet dētes: qr bona ⁊ vitā alioꝝ rodit (pectora felle virēt) a q̄ sine intermissiōe cruciant. vñ Hieronym⁹. O inuidia / primū tui mordax. Est ⁊ lingua suffusa veneno: qr semp contra deū vel suꝑiores murmurat qui ꝑmo talia bona de quibus dolet tribuūt. Comedit etiā carnes vipereas: quia solo alterius malo pascitur. vñ Ouidius: Ledere viuos Liuor / et iniusto carpere dente solet. Inquieta est et continuo tabescit. Nam vt ait Cyprianus: Mala cetera finem habent: inuidia terminum non habet. Utinam igitur inquit Socrates / inuidi in omnibus ciuitatibus oculos et aures haberent: vt de omniū felicitate torquerentur. Hec pestis de sanitate aliorum infirmatur: de vita moritur: vnde et domus eius ſm Ouidium in imo est in nigris vallibus: quia inuidus quantū potest se occultare nititur. Hec domus sole caret: quia inuidus excecatus malicia / non intelligit nec videt q̄ bonum de quanto communius de tanto melius. Uentū non habet: quia in vitijs suis non ꝑseuerat. Est et semper frigida: igne charitatis oīno expers. Alanus insuper inuidiā detestando dicit: Inuidia qđ monstruosius monstrum? aut qđ damnosius damnū? que culpabilior culpa? que penalior pena? Hec est erronee cecitatis abyssus: humane mentis infernus: contentionis stimulus: corruptionis aculeus: que papyrus caperet: aut quis calamus exararet huius vitij immanitates: ꝑ filias eiꝰ suas in omnes generationes ab origine seculi se diffundit: donec ad initiū suū redeat: luciperū. s. cuius inuidia mors intrauit in mundum. Filijs aūt inuidie iam proxime commemoratis cogna-

Eccl. 25.
Seueri
Feroces.
Crudeles
Horatius in epistolis.
Ouidius de arte.
Idem
Gregorius.
Filie inuidie
Ouidius li. de ponto.
Cyprianus
Socrates
Ouidius
Inuidie dom⁹
Alanus
Sap. 2.

te sunt filie ire: quas beatus Gregorius ponit loco quo supra. Rixa scz vnde bella & homicidia procedunt. Tumor mentis. Indignatio: a qua et murmuratio. Contumelia: Clamor: qui inducit scandalum. Blasphemia siue maledictio: quarum deformitates prudens theologus discernit: nos qd cepimus persequamur. Discipulus. Placet: Nunc autem modestiam prosequere.

Filie ire
Gregorius

De modestia et eius speciebus quarum prima humilitas: cuius gradus hic commemorantur. Et similiter vitium eidem oppositum quod est superbia cum gradibus et filiabus describitur. Capitulū XLV Magister.

Modestia (vt ait Tullius) est per quā pudor honestus clarā & stabilem comparat auctoritatem: id est grauitatem. Et Menander ait: Promptuariū virtutis est modestia sola. Hāc & Euripides vocat donum pulcherrimum deorum. Hec virtus nōnulla interiora & quedam exteriora hominis moderatur: quibus resistere non est omnino difficile: & plures sub se continet partes: que sunt humilitas/studiositas: eutrapelia: ornatus: taciturnitas: verecundia: sufficientia: moderatio. Discipulus. De his pauca si que habes in medium ferre haud graueris? Magister. Faciam ac lubens: et primum de humilitate: que (vt definit sanctus Bernardus) est contemptus proprie excellentie. Hec appetitum refrenat/ ne inordinate tendat in magna: estimando se supra id quod est. Hec virtus apprime necessaria est: nam sine ea nemini potest esse salus. de penitentia distinctione prima. para. Taciturnitatis. Perfectio autem ipsius duodecim gradibus complexa: quos vir dei sanctus & humilis Benedictus in sua regula cōmemorat. Primus est corde & corpore humilitatē ostendere defixis in terram aspectibus. Secūdus pauca & rationabilia loqui/non clamorosa voce. Tertius raro & difficile ridere. Quartus vsqz ad interrogationem tacere. Quintus in communi viuere. Sextus se omnibus viliorem credere & pronunciare. Septimus ad omnia se indignū & inutilē existimare. Octauus peccata ꝓpria pure confiteri. Nonus pro obedientia in duris/& in asperis patientiā amplecti. Decimus omni obedientia se subdere superiori. Undecimus non delectari voluntatē propriam implere. Duodecimus deum timere: & omniū que p̄cepit memoriam habere. His gradibus ascenditur in montem dn̄i. Per vitium vero oppositum qd est superbia/tot gradibus descensus fit ad barathrum & carcerē teterrimū diaboli. Discipulus. Superbia quid est? Magister. Est (vt inquit Aug. li. de ci. dei. 14. c. 13.) ꝑuerse celsitudinis appetitus. Et in li. de innocentia: Superbia inquit est inordinatus amor ꝓprie excellentie: & hoc quidem quadrupliciter ꝫm beatū Gregoriū li. 14. moraliū. Aut eñ superbi bona a semetipsis habere existimant. Aut si datum desuper credunt: tamen suis meritis deputant. Aut certe cum iactant se habere qd non habent. Aut despectis ceteris/singulariter videri appetunt. De quibus omnibus Dauid se vnico versiculo excusat dicens: Dn̄e non est exaltatum cor meum: neqz elati sunt oculi mei: neqz ambulaui in magnis neqz in mirabilibus supra me: reddendo singula singulis. Discipulus. Gradus autem superbie qui sunt? Magister. Quos beatus

Modestia
Tullius
Menander
Euripides
Modestie partes
Bernardus
Humilitas
Gradus humilitatis.
Benedictus
Supbia
Augustinus
Gregorius
Supbie spēs.

Bernardus s. Thomas. 2 2. q. 92. Superbie gradus. Eccs. 1. Prouer. 2. Cato

Bernardus: ꝛ post eum sanctus Thomas enumerat. Primus est curiositas: quo quis minime contentus terminis sibi conuenientis cognitionis: querit scire/ videre/ audire ꝛ similiter ceteris sensibus experiri qđ non decet. Non enī satiatur oculus visu: nec auris auditu: inquit Salomon. Secūdus est leuitas mentis ad iudicandū alios: ꝛ ad docendum noua: quia se existimat ceteris prudentiorē. Tertius est inepta leticia/ si ꝓsperat in malis. Letant enim (ait Sapiens) cum male fecerint/ ꝛ exultant in rebus pessimis. Quarta est iactantia vel loquacitas: non attendens quia laus in proprio ore sordescit. Et illud Catonis: Nec te collaudes/ nec te culpaueris ipē. Quare subiūgit: Hoc faciunt stulti/ quos gloria vexat inanis. Quintus singularitas: facere scʒ aliquid vltra cōmunia/ vt reputetur melior. Sextus arrogantia: qua quis alijs ꝑesse/ nulli subesse querit: ꝛ adulationibus acquiescit. Septimus ꝓsumptio: qua se ad ea que vires suas excedunt ingerit/ sufficientē se reputando. Hic cō-

Seneca

tra Catonis admonitionē ad consiliū accedit non vocatus: nō reputans bene actum qđ ipse non dictauerit. Octau⁹ defensio peccati: ꝛ vt ait Seneca. in li. decla. Hoc ꝛ equale omniū est/ vt vitia sua malint excusare/ q̄ effugere. Nonus simulata confessio: vt videaꝛ humilis ꝛ penitens: quia locus denfensionis

Prouer. 16.

nō est. Decimus rebellio: nolle: scʒ obedire superioribus. Impius enī cum in ꝓfundum venerit peccatoꝝ contemnit. Undecimus libertas peccandi/ vt neminem timeat: quia socios per ꝑcedētes gradus contemnit: per decimū etiā superiores despexit: libere ergo delectatur facere qđ placet. Duodecimus est consuetudo peccandi: vt omniū mandatoꝝ dei immemor dicat insipiens in

Ps̄. 13. Filie supbie.

corde suo: nō est deus. In his gradibus multe ex filiabus superbie sunt expsse. Sunt enim filie superbie ambitio/ presumptio/ arrogantia/ ptinacia/ curiositas: ingratiudo: iudicium temerarium: irrisio: temptare deum: adulatio: ꝛ inanis gloria. que si laudem in aperto appetit alias de se filias gignit: que sunt immodestia ornatus: inobedictia: iactantia: pertinacia: hypocrisis: discordia ꝛ contentio: de quibus sermo copiosior theologie reseruabitur. Nisi forte de ambitione parū quid audire volueris. Discipulus. Uolo omnino. Magi. Sanctus Bernardus ambitionē describēs ait: Ambitio est subtile malum/ secretum virus/ pestis occulta/ doli artifex/ mater hypocrisis/ liuoris parēs/ vitioꝝ origo/ tinea sanctitatis/ excecatrix cordium: ex remedijs morbos creans/ ex medicina languorem generans. Et ad Eugeniū papam inquit: O ambitio ambientiū crux quomodo omnes torques/ omnibus places: nihil acrius cruciat: nihil molestius inquietat/ nihil tamen apud mortales celebrius negocijs eius. Disci. De Studiositate autem que est secunda Modestie pars/ quid dicis.

De studiositate ꝛ vitio opposito curiositate Capitulum. XLVI Magister.

Teste Aristotele in principio metaphy. Omnes homines natura scire desiderant: nec intellectus intelligendo etiam maxima intelligibilia fatigatur: ꝛ ꝓpter infirmitatē sue capacitatis a nullius creature cognitione quietatur. Verūtamen cum immersus sit materie ad ea que manifestissima sunt nature se habet vt oculus nycticoracis ad lumen solis: quibus

Aristo. 3. metaphysice.

si immoderatius inheserit/ in inextricabiles errores incidit: vt videre est in opinionibus philosophoꝝ gentiliū ꝛ eoꝝ quos hereticos dicimus: quos Se

piẽs admonet: Altiora te ne q̃sieris: ⁊ fortiora te ne scruteris: ⁊ in pluribꝰ operibꝰ eius nõ sis curiosus: multos em̃ supplãtauit suspitio illoꝝ: ⁊ in vanitate detinuit sensus eoꝝ: ⁊ q̃ scrutatoꝛ est maiestatis opprimet a glia eiꝰ. Et apl's Nolite alta sape: sed sapite ad sobrietatẽ: ⁊ in ecyra Therẽtiꝰ: Tua q̃ð nihil refert pcunctari desinas. Appetere igit ⁊ velle scire aut que sunt inhibita: aut q̃ sũt admissa: nõ tñ ordinãdo illa in finẽ vltimũ / sed simplr vt eoꝝ habeat notitia: vanũ est: vt patet Sap. 8. Vani sunt oẽs hoĩes in q̃bus non subest scia dei id est q̃ nõ ordinãt sciẽtiã suã in cognitionẽ dei. Ab hac vanitate studiositas appetitũ coercet: ⁊ intra limites ꝯstitutos retinet: vltra quos vitiũ curiositatis abducit. Curiosus em̃ (vt inquit Aug: li. de vtilitate credẽdi) est q̃ ea req̃rit q̃ nihil ad se ptinẽt: oĩs aũt talis supbus est: nã p̃mus supbie gradꝰ est curiositas. Et Plautus dicit: Curiosus nemo est qui nõ sit maliuolus. Eccs. 3. Roma. 2. c. Therentius Sap. 8. Augustinus Plautus Curiosus.

De Eutrapelia: Bomolochia ⁊ Rusticitate: ⁊ quomodo quãdoq̃ ludo sit insistendũ. Capitulum XLVII Magister.

Non autem tm̃ labores exteriores hominẽ frangunt / sed ⁊ interiores ex cõnexione vitię aĩe ad corpus hominẽ debilitãt ⁊ eneruãt: q̃ aduertẽtes maiores / ad interruptionẽ talium sequaces hortati sunt. Ait Aug. li. 2 musice: Volo tandẽ tibi parcas: nã sapientẽ decet interdũ remittere actus rebus agendis intentũ. Et Pamphilus. Parce iuuẽtuti / cõplectere gaudia vite. Leta decet letis pascere corda iocis. Et moralissimus Cato. Interdũ tuis interpone gaudia curis. ⁊ Henricus Samaraensis. Preualet in cunctis modestia discretio rebus. Qua sine virtutum grande peribit opus. Ouidus quoq̃: Quod caret alterna requie durabile non est. Hec repat vires fessaq̃ mẽbra leuat. Et rursus: Ferreus assiduo consumit annulus vsu. Da requiem: quietis ager bene credita reddit. Et pħus: Requies ⁊ ludus in vita sunt necessaria. Discipulus. Cur igitur non sepius nec omni ludo nos insistere pateris? Magister. Ne in vsum malum incidatis: nam quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Et vt inquit Sapiens. Adolescens iuxta viam suam graditur: etiam cum senuerit non recedit ab ea. Ludo igitur ⁊ ioco vti quidem licet: inquit Tullius: sed sicut somno ⁊ quietibus ceteris: ⁊ tunc quidem / cum grauibus ⁊ seriosis rebus satis fecerimus. Quod aũt multis ludis te / tuosq̃ complices inhibeo: eo fit / quia aut petulantes / obsceni aut flagiciosi sunt / cum honore simul ⁊ substãtiam ⁊ animam auferentes. Et ex recentibus tales ludos / citra vltimã necessitatẽ res suas donare / vitiũ est immane: non virtus: inquit Augustinus sup Johannem distin. 86. c. donare. Et Hieronymus. Paria sunt dare histrionibus ⁊ sacrificare demonibus: de quibus ⁊ Joãnes os aurũ sup Mattheũ sic ait: Vbi est ludus vel saltatio / ibi est diabolus. Honestos autẽ ludos nec ipsa sacra scriptura vetat: vti videre est per Alexandrũ de ales. 2. pte. q. 37. ⁊ sanctũ Thomã secũda secũde. q. 168. Ne ergo me a medio (quod solum virtuosum est) in ludis declinemus / virtuti studeamus: quam philosophus Eutrapeliam / nos vrbanitatem aut iocunditatem dicere possumus. Eutrapolus itaq̃ dicitur: quasi bene se vertens ad omnia: eius verba ludicra vel iocosa / si quando conuitia dicere videtur / illa nullius famam ledunt: sed cum delectatione emendationem in-

Animum esse nonnunq̃ remittendum. Augustinus Pamphilus. Cato Heinricus Ouidius in eplis: ⁊ de arte. Arist. 3. ethi. Horatius Prouer. 13. Tullius Augustinus Hieronymꝰ. Joħ. Chryſ. Alexã. d ales Thomas Eutrapolus Pħus.

Ambrosius ferunt. sequitur enī ⁊ diligenter obseruat / qđ vir sanctus Ambrosius primo
de offi. monet dicēs: Caueamus ne dum reuelare animū volumus / soluamus
Persius omnē harmoniā quasi concentū bonorum operum. Quia vero ait Persius:
Ouidius Mille hominum species ⁊ rerum discolor vsus: Velle suum cuiq; est: nec vo-
Therētius in andria. to viuitur vno. Et Ouidius de arte. Pectoribus mores tot sunt quot in vr-
be figure. Eutrapolus in singulis q̄tum ad personam / tempus / ⁊ locum cun
Horati⁹ i sa. cta ꝓspicere habet: vt ne quid nimis attēptet / modūq; in rebus vltra citraq;
Bomochus quē nequit cōsistere rectum obseruet. Discipulus. Extrema huius virtutis
Agrestis. que sunt? Magister. Bomolochia ⁊ rusticitas siue agreikaia. inde Bomo-
lochos ⁊ agrestis. Ille excedit: hic deficit. Ille singula dicta ⁊ facta aliorum
seruat ⁊ rapit / vti risum vertat. non curans si etiam eosdem contristet dictus
a bomos altare / ⁊ lochos raptor. eo ꝙ ad instar milui expectantis / vt de ara
immolantium carnes rapiat: sic ipse aliorum dicta ⁊ facta in iocū ⁊ vitia ver
tit. Et dicitur scurra. bomolochia enī scurrilitas interpretatur. Agrestis est
tristis in omnibus / in nullo ludo q̄uis honesto ⁊ bene circūstantionato dele-
ctatur: ob id omnibus est grauis: ⁊ a societate honesta eliminandus. hoc in
melancholicis plurimū est vitium nature ꝑ otius q̄ moris: quibus compatiē-
dum est. Discipulus. Alias modestie partes si que sunt afferas.

De Modestia et verecundia seruanda in oculis et alijs sensibus: similiter ⁊ in lingua. Capitulum XLVIII Magister.

Eccl. 19. Preter dicta multa sunt modestiā concernentia: nam vt ait Sapiēs:
Augustinus Amictus corporis / risus dentium / ⁊ gressus hominis enunciant de
Hieronym⁹ eo. Et Augustinus: Incōpositio corporis qualitatem indicat men-
tis. dist. 41. para. vel clericus. Et Hieronymus. Ne affectate sordes / nec exq̄-
site delicie laudem pariunt. Et hec q̄tum ad ornatum exteriorem: in quo sup
flua absciduntur per sufficientiam: ꝙ non nimis exquisita requirantur: fit ꝑ
Ambrosius moderationem. Motum vero / gestum ⁊ incessum componit verecūdia. de qua
Verecundia Ambrosius li. 1. de officijs. Sicut in senibus grauitas: ⁊ in iuuenibus alacri-
tas: sic in adolescentibus verecundia velut quadam nature dote comendatur
Hec in ipso corporis motu / gestu ⁊ incessu tenenda est. Habitus enim mentis
cernitur in statu corporis: ⁊ vox quedam est animi corporis motus. Hec Am-
Hieremi. 9. f. brosius. Nimirum verecundia in homine omnium sensuum custodiam parit:
qua ablata mox mors intrabit: vt inquit Hieremias. Mors ascendit per fene
Quintil. lib. causarum. stras nostras. Fenestre autem quid sunt: nisi oculi / aures / nares / os ⁊ manus.
Hinc motus Quintilianus inquit: Totius hominis libertas est oculos per-
didisse. Ocul' sunt per quos paupertatem ferre non possumus. Oculi tota no
Seneca stra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia precipitant / mirantur / adamāt /
Augustinus concupiscunt. Sunt igitur irritamentū vitiorum: duces scelerum: ait Seneca
de remedio fortuitorū. Unde Augustinus. Nec dicatis vos habere animos
pudicos: si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus / impudici
cordis est nuncius. 32. q. 5. c. nec solo. Alij similiter sensus cohibendi sunt / ma-
Iuuenalis xime autē in lubrico posita lingua. Hec enim vt ait Iuuenalis / est mali pars
Ps. 33. pessima serui. Hanc virtute taciturnitatis cohibeamus a malo: ⁊ labia nostra

ne loquant dolum. Hoc autem q̄ sit difficile Quintilianus explicat dicens: nullam difficiliorem credo q̄ silentij virtutē. Et Cato. Uirtutem primā puto compescere linguā: Proximus ille deo ē q̄ scit ratione tacere. Et Ouidiꝰ de arte amādi: Exima est virtꝰ p̄stare silentia rebus: At cōtra grauis est culpa tacenda loq̄. Si igit vis vitā sc; eternā/et diligis dies videre bonos (ait regius ꝓpheta) ꝓhibe linguam tuā a malo: et labia tua ne loquant dolum. et cetera q̄ longum esset hic ꝓsequi. Regulam tñ Senece aureis characteribus describendam aīo tuo recondas. Dis. Quā? Mag. Aliū silere qd vis primus sile. Nam volat irreuocabile verbum. Ob id Pitacꝰ vnus de .7. sapientibus dixit. Lingua ne p̄currat mentē. Et Bias eiusdē ꝓfessoris ait: Audi multa: loquere pauca. Alludit apostolus Jacobus in sua canonica dicens: Sit autem omnis homo velox ad audiendum: et tardus ad loquēdum. et vt ait poeta: Nusq̄ tuta fides. Salustius quoq;: Paucis charior fides q̄ pecunia. Prolixum nimiū esset omnes modestie partes enumerare: quarū etiam multas ex his que in ceterarum virtutū explanationibus dicta sunt colligi possunt. Leges et posthac Senecā saltem in tractatu de quattuor virtutibꝰ: leges et prouerbia Salomonis: et librum quem Ecclesiasticū dicunt: quibꝰ si plurimas sententias Dauid regis psalmigraphi coniunxeris/non erit necessarium a gentilibus moralitates conquirere: quod enim ab ipsis colligimꝰ tanq̄ ab iniquis possessoribus auferimus. inquit diuus Augustinus: et canon. Dominus declarauit. 1. q. 1. De ceteris vero quas prelibata diuisio virtutes theologicales vocat/gentilitas ignorat: deus enim illas infundit istis quos per sacri baptismatis vndam militie sue ascribit. Dis. De illis nūc demum pauca subiungas. Magister. Perpauca. Nam completio tractatus de illis theologie reseruandus est: in qua abundantissime declarantur.

Quintilianꝰ. Cato. Ouidius Pā. 33. Seneca. Pitacus. Bias Uergilius. 4 Eneidoꝝ Salustius in Jugur. Augustinus

De virtutibus theologicis in genere. Capitulum XLIX Disci.

Quot itaq; et que sint virtutes theologicales hic edissere. Mag. Tres sunt. Fides: Spes: Charitas. Dis. Theologicales quare dicte sunt? Magi. Quia sola dei reuelatione nobis in theologia manifestantur et a deo nobis infundunt: et in deum tanq̄ in suum obiectum diriguntur: qui est finis vltimus et beatitudo seu felicitas perfecta ad quam homo creatus est: et his virtutibus suffultus perueniet. Per fidem q̄ppe deum agnoscit: per spem in deum tendit: et tandem posse consequi confidit: per charitatem deum super omnia desiderat et diligit. Discipulus. Nō pigeat queso paulo latius has virtutes describere

1. Cor. 13. Uirtutes theologicales vñ

De fidei definitione et symbolis et articulis fidei ab apostolis positis. Cap. L. Ma.

Fides a doctoribus varie definit et vere: placet tamen eam quā Apostolꝰ ponit dilucidare. hic in epistola ad Hebreos dicit: Fides est substantia sperandaꝝ rerum argumentū non apparentium. id est: Fides est lumen quoddam a deo infusum: quo habet substantia. i. principium rerū sperandarū sc; future beatitudinis, argumentū. i. medium conuincens men

Ad Heb. 11. Fides.

tem ad assentiendum nō apparentibus nobis sensu vel ratione naturali. Et sicut substantia accidentibus subest et prior: sic fides ceteris virtutibus prior est et fundamentū. de quo Paulus loquit᷑ ad Corin. dicens: Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id qđ positū est: Jesus Christus. i. fides Christi: que facit vt res que sperant᷑ in futuro in nobis subsistant: et que inuisibilia sunt in mente nostra appareant. hinc etiam argumentū appellatur. Disci. Que sunt aūt he res quarū fides esse dicit᷑? Mag. Que summarie per articulos in symbolo apostolorum explicantur/et in symbolo patrū et Athanasij latius declarant᷑: et in sacris elogijs veteris ac noui testamenti auctore spiritusancto tradunt᷑. Dis. Symbolum apostolorum hoc ne est quod in ecclesia sub officio misse decantat᷑? Magi. Non: sed id symbolum patrū/siue Nicenum appellatur. Quod aūt ad primas dicūt sacerdotes: et incipit: Quicūq vult saluus esse/Athanasij est. Et reliquū quod omnes fideles in orationibus suis premittunt/et incipit: Credo in deum: apl'orum est. i. ab apostolis compilatum. Petrus nempe apostolorum primus dixit: Credo in deū patrem omnipotentem: creatorem celi et terre. adiunxit Andreas: et in Jesum Christum filiū eius vnicum dominū nostrum. Johannes euangelista adiecit: Qui conceptus est de spiritusancto: natus ex Maria virgine. Jacobus maior intulit. Passus sub pontio Pylato: crucifixus: mortuus et sepultus. Thomas addidit: Descendit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis. Jacobus minor subiunxit: Ascendit ad celos/sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Philippus superaddidit: Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Bartholomeus dixit: Credo in spiritumsanctum. Mattheus addidit: Sanctam ecclesiam catholicam. i. vniuersalem. subintelligit᷑ credo: nec additur/in. Simon subiecit Sanctorum cōmunionē: remissionem peccatorū. Judas Thadeus supaddidit: Carnis resurrectionē. Matthias conclusit/dicens: Uitam eternā. Amen.

1. Cor. 3. c.

Articuli fidei

De vtilitate fidei. De actibus interioribus eiusdem. Et infidelitate vitio fidei contrario. De apostasia: heresi et blasphemia. Capitulum. LI. Magister.

Ad Rom. 10. Marci vlti. Joh. 4. Hebreorum. 11. Mgr sniarum Actus fidei interior triplex. Augustinus Ad Rom. 4. Actus exterior. Hieronymus 11. q. 3. estimāt

Hec fili mi (quicunq vult saluus fieri) necesse est vt actu interiore credat: et si necesse fuerit actu exteriore confiteatur. di[ce]nte apostolo ad Romanos: Corde creditur ad iusticiā: ore aūt confessio fit ad salu[t]ē. Et Christus: Qui non crediderit/condemnabit᷑. et rursus: Qui non credit/iam iudicatus est. nam iuxta apostolicā vocem: Sine fide impossibile est placere deo. Ac[tu]s autem fidei interior/qui est credere: q̄uis vnus sit: tribus modis tamen dicit᷑: vt habet magister sen. li. 3. dis. 23. s. credere deum. s. esse oīnipotentē/creatorē oīm rē. Credere deo: hoc est credere vera esse q̄ deus p scripturas dicit: q2 ipse est summa veritas. Credere in deū: est (vt ait Aug.) credendo amare/credendo diligere/credendo in eū ire et eius mēbris incorporari q2 est summa bonitas. q2 si q̄s oīa discernere nō possit/credat qđ ecclesia credit/et nō errabit. Actus aūt fidei exterior/q̄ est fidem p loco et tpe cōfiteri: fieri habet non tm̄ ore vel sermone: sed etiā opere. nam vt ait Hiero. Quo

tiensuncꝫ vincimur vitijs atcꝫ peccatis/totiens deū negamus. et econtrario quotiens boni aliq̄d agimus/deum ꝯfitemur. Dis. Fidei ne vitiū quemadmodum ceteris virtutibus opponitur? Mag. Etiam: infidelitas. s. vt dicit renitentiā his que fidei sunt: aut quia fidem auditam suscipere contemnit: vt in gentilibus. aut quia fidem in figura susceptā in figurato abijcit: vt in iudeis aut quia suscepte fidei in manifestatione veritatis contradicit: vt in apostatis et hereticis. de quibus beatus Petrus ait: Melius eis erat nō cognoscere vtam veritatis/q̄ post cognitam retrorsum conuerti. Omnes isti sicut vitio contrario fidei laborant: sic et actibus fidei predictis oppositos habent. nec enim corde deum/deo/et in deū vere pureꝙ credunt: nec ore confitentur: sed cordis infidelitatē nonnunq̄ blasphemo ore et opere exprimunt. Dis. Contine paulisper calamū donec quid apostata/quid hereticus/et quid blasphemus edoceas. Mag. Apostata (vt doctori irrefragabili visum est) est qui temerarie a statu fidei/obedientie ecclesiastice vel religionis recedit. Hereticus (vt Aug. ait lib. de vtilitate credendi) est qui alicuius temporalis cōmodi/et maxime glorie/principatusꝙ sui gratia/falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Blasphemus aūt vt. s. Thome placet/est quicunꝙ negat aliquid de deo quod sibi conuenit. vel attribuit deo aliquid quod ei non conuenit: aut creature tribuit quod deo appropriatur. Quod si ex certa malicia fiat/peccatū est in spiritum sanctū et irremissibile. i. facile nō remissibile. Quis ſm Augustinū peccatum in spiritū sanctū ꝓprie sit finalis impenitentia: et illud nec hic/nec in futuro seculo remittitur. Dis. Dei me protegente gratia/ab omnibus his cauebo: sed perge.

Infidelitas
2. Petri. 2.
Apostata
Alexander de Ales secunda secunde. trac. de apostata
Hereticus
Blasphemus
2. secunde. q. 13. art. 1.
Matth. 12.
Aug. de verbis domini

De spe et oppositis vitijs: que sunt presumptio et desperatio. Capitulum quinquagesimumsecundum. Magi.

Spes.

Spes ſm magistrū in sententijs lib. 3. di. 26. Est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia ꝓueniens. Proprius nempe actus spei est expectare. dicente aplo: Si quod nō videm⁹ speram⁹: ꝑ patientiā expectamus. Certa aūt dicitur: q2 non est nisi in id qđ est possibile nobis adipisci. i. in deum siue beatitudinē. quam adipisci possumus si gratie dei cooperari voluerimus. vñ additur/ex meritis et gratia ꝓueniēs: qm̄ sine meritis beatitudinē sperare non spes/sed p̄sumptio dici pōt. qđ est vnū vitiorum spei oppositum. Dis. Presumptio q̄d est? Mag. Vitiū ex supbia natum: quo quis talem se existimat/q̄ deus etiam eū peccantem non excludet a sua gratia: vel nō puniat. et sic paruipendit diuinā iusticiam. et inter peccata in spiritūsanctum connumeratur. Dis. Aliud vitiū ne spei ꝯtrariatur? Mag. Etiā/desperatio: q̄ (vt dicit glo. sup id Geñ. 4. maior est iniquitas mea ꝛc.) est blasphemia in spiritūsanctū: que nō remittitur in hoc seculo: neꝙ in futuro. Vñ bene ait Isidorus lib. 2. de sum. bo. desperare est in infernū descendere. Talis eñ aut putat deū nolle dimittere: aut nō posse. tanq̄ ꝑut oīa nō possit aut inuideat saluti: ꝯtra qđ dñs ꝓmisit dicens: Qm̄ in me sperauit/liberabo eū. Et Dauid: Qm̄ non dereliq̄sti q̄rentes te dñe. et cetera multa in veteri et in nouo testamento. Dis. Iis missfacientes/charitatem videamus.

Rom. 8. c.
Presumptio.
Richard⁹ li. 4. dis. 36.
Desperatio
Geñ. 4.
Isidorus
Ps. 90.
Ps. 9.

De charitate: et quomodo deum. nosipsos proximos. et corpus nostrum et proximorū diligere iubemur. Capitulum quinquagesimumtertium. Magister.

Charitas vt magister li:3. definit/est dilectio qua diligitur deus ꝓpter
Dis.27. se: et ꝓximus propter deū vel in deo. Quattuor enim ait diuus Aug.
Charitas. li. de doc. christiana ex ordine diliganda sunt. Vnū supra nos quod
Quattuor diligenda est deus. Aliud quod sumus nos/quantum ad animā. Tertiū quod est iuxta nos. i.
ꝓximus. Quartū quod est infra nos/hoc est corpus. Deum quippe vt ait defi
Augustinus nitio/diligere debemus ꝓpter se: quia est summū bonum. Et vt Anselmus ait/
Diligimus deū quo maius cogitari non potest. Aut etiā quia amicitia omnis super cōicatione fun
Anselmus datur: vt charitas super cōicatione beatitudinis. Deus aūt essentialiter bea
titudo est: ideo ꝓpter se et ante omnia diligendus. Hinc Aug. li. confess. Minus
dn̄e te amat qui aliquid tecum amat quod ꝓpter te non amat. Si modum que
Bernardus ris: modus vt ait diuus Bernardus/est sine modo: quia causa est infinita. vn̄ in
Deuteron. 6. lege scriptū est: Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo: et ex tota anima tua
et ex tota fortiudine tua. In euangelio luce additur. et ex omnibus viribus tuis:
Luce.10. et ex omni mente tua. In Marco dicitur: et ex tota virtute tua. quod tamen in via
Matth.22. hac totaliter nequimus: in patria aūt perficiemus. Secundo debemus nos
Marci. 12. ipsos diligere: quod ex eo patet/quod post preceptū dilectionis dei subiungitur. et
Nosipsos ꝓximū sicut teipsum. vbi ponitur pro exemplari dilectio nostra ad dilectionē
Proximum. proximi. Nos autem et proximū diligere debemus vt beatitudinis partici
De pe. dis. 2. pes. sic per ꝓximū non solum intelligunt homines sanguine iuncti aut ami
non illi tantū citia: sed etiā inimici et angeli boni. omnes enim tales nobis vel exhibent vel ex
hibere possunt aliquod misericordie opus: iuxta parabolam in euāgelio Lu
Luce.10. ce expressam. Dis. Si inimicos malosque homines diligo/ peccatū et malum
Leo papa amabo. Mag. In his diligere debes hoiem/non culpam seu vitiū. vt canō
edocet di. 86. Odio habeantur peccata/non hoies. Diligendum aūt dicit defi
nitio ꝓximum in deo/vel ꝓpter deum. In deo quidem: si iustus est qui manet
in deo per gratiā. Propter deū vero: si iniustus est vt per gratiā iustus fiat/
et in deo maneat. velle quippe debemus ꝓximo nostro vitam eternam et ea
que ad hanc deseruiunt/sicut et nobis volumus: et si necesse sit/ ipsi adiumen
Corpus to esse debemus. Dis. Quartū autem quod infra nos est scilicet corpus cur Au
gustinus inter diligenda connumerat: cū nos et ꝓximum diligere preceptū
Manichei error. sit? Mag. Tum ad excludendum errorē Manichei dicentis corpus et que
cunque visibilia a malo principio creatū: quia ex redundantia et concomitan
tia corpus beatitudinis particeps est: super qua fundatur charitatiua amicitia
Prosper. vnde et Prosper ait: Corpus nostrū quia pars nostri est/ad hoc diligendum
nobis est: vt saluti eius et fragilitati naturali consulamus: et agamus quate
nus spiritui ordinate subiectum ad eternā salutem accepta immortalitate et
incorruptione perueniat. de pe. dis. 2.

Charitati oppositū odium eorum que diligere debemus. Cap. LIIII. Discipulus.

Oppositum charitati vitium consequenter explicato. Magister. Charitati ſm actum ſuum principalem iam declaratū qui eſt dilligere/opponit Odium: cuius actus eſt odire/vel deū vel noſipſos/ vel proximū/vel corpus: que iubemur (vt premiſſum eſt) diligere. Deum quippe peccatores odiunt non apprehenſum vt ſummū bonum. quia vt Dionyſi⁹ ait de diuino ver. c. 4. Omnibus amabile et diligibile eſt primum bonum et pulchrum: ſed apprehenſum vt peccatorū ꝓhibitorem et peccantium punitorem. vellent enim impij legem prohibentem mala non eſſe: vt libere et impune poſſent peccare: ⁊ id peccatū maximum eſt ſm doctores: ſicut charitas dei virtutū maxima. Seipſos aūt peccatores odiunt: quia per peccatū animam ꝓpriam occidunt. dicente ſcriptura: Os quod mentit occidit animam. Ideo Pſaltes ait: Qui diligit iniquitatē/odit animam ſuam. Diſci. Igitur cuſtodit eam in vitam eternā. conſequentia valida eſt ex ſententia domini. Qui odit animā ſuam in hoc mundo/in vitam eternā cuſtodit eam. Magi. Hec dicta ſunt de parte ſenſitiua: que ſaluti rationalis contraria appetit: quā hic amantes ipſi conſentiendo/ab apoſtolo reprehendunt. ad Thimotheum dicente. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa/et erunt homines amantes ſeipſos ⁊c. Proximos aūt peccatores odiunt: aut quia vitia eorum reprehendunt et veritatē ipſis dicūt. ſm ꝙ Comicus ait: Veritas odiū parit. quia vt Saluator ait: Omnis qui male agit odit lucem: vt non arguantur opera eius. Aut quia propter eorū bonitatem malicia eorum magis manifeſtat. contraria enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Aut leſi aliquando iniuriā dimittere ſine vindicta nolunt. et hi in oratione dominica ipſis iudicium imprecantur: dicentes: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. q. d. domine ſicut nos nolumus dimittere proximo/ſic tu nobis peccata non dimittas: et quidem dum orant in perſona propria. Corpus autem odiunt qui vel luxuria vel crapula/aut immoderata abſtinentia inualidum ad ſufferendos labores/diuini cultus reddunt. Diſci. Iſta ad preſens ſufficere videntur/ceteros actus charitatis/ ſi qui ſunt percurramus.

[Margin: Odimus deū / Dionyſius / Noſipſos. / 1. Cor. 13. / Sap. 1. c. / Ps. 10. b. / 2. Timo 3. / Proximos. / Therentius in Andria / Job. 3. / Matth. 6. / Corpus]

Actus charitatis interiores minus principales deſcribuntur. qui ſunt gaudium: pax et miſericordia. Vitia oppoſita ſunt acedia: inuidia: diſcordia: contentio: ſchiſma: rixa: bellum: ſeditio: obduratio. Capitulum quinquageſimumquintum. Magiſter.

Charitatis actū principalem qui eſt dilectio/plures alij actus et effectus virtuoſi concomitant: quorum nonnulli interiores ſunt: ceteri exteriores. Diſcipulus. Interiores qui ſunt? Magi. Gaudium: pax et miſericordia. Qui enim deum vere diligit/de eius bono et laude gaudet. vt apoſtolus monet dicens: Gaudete in domino ſemper. Qui autem deū odit/contrario actu egrotat/ſcʒ acedia: que eſt triſticia aggrauans mentem vt nihil boni ei agere libeat. dicit Damaſcenus. et eodem vitio laborare in-

[Margin: Act⁹ charitatis interiores / Phil. 4. / Acedia / Damaſcenus lib. 2.]

tenientur qui seipsos odiunt. Qui aūt primum odiunt inuidia / de eius bonis torquentur: vti in superioribus dictum est. Est enim inuidia tristicia in alienis bonis: in q̄bus scꝫ alios nobis meliores putamus: ꝑm beatum Grego. Rursus: Qui vere diligit deū / seipsum et proximū / cum omnibus habet pacem. Que vt Dionysio visum est lib. de diui. no. est omniū vnitiua et consensus operatiua. Amicorū enim (vt Tullius ait libro de amicitia) idem est velle et nolle. Inimicus autem ab eo quem odit dissentit. Corde quidem per discordiam: ore per contentionē: opere per schisma / rixam / bellum et seditionē.

Inuidia. Gre. 6. mora. Dionysius. Tullius. Pax. Discordia.

Discipulus. Et hec latius explanato. Magister. Discordia dissentio est aliquorū scienter facta non in opinionibus parum conferentibus. (ad amicitiam enim concordia opinionū non requiritur / ꝑm philosophū. 9. ethic.) sed in his que ad salutem aut rempublicam pertinent. Hoc autem quantum malum sit / Sapiens edocet cum ait: Sex sunt que odit dominus: et septimū detestatur anima eius. hoc septimū vt paulo infra ait. est is q̄ seminat inter fratres discordias. Contentio autem vt Ambrosius ait: est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Schisma autem illicita diuisio per inobedientiam facta ab ecclesia. Rixe sunt quando ex ira inuicem se percutiunt. Dicit glosa super epistolam ad Galathas. 5. Siue est contradictio vsq; ad facta ꝑueniens dum alter alterum ledere molitur. Bellum autem est cum populus aut ciuitas contra aliam insurgit. Seditio vero est tumultus ad pugnam. et proprie inter partes multitudinis vnius inter se dissentientes: siue sequatur pugna / seu non sequat̄. Demum miserie horum quos diligimus vere in corde nostro compatimur: nobis quidem vt Sapiens monet dicens: Miserere anime tue placens deo. proximis autem vt apostolus docet dicens: Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus: ipsis si possumus auxilium ferendo: et presertim per elemosynarum elargitionem. Qui autem odiunt vel se vel alios per obdurationis vitium / in mortem ruunt. nec enim anime sue miserentur peccata deplangendo / nec proximis in necessitate subueniendo.

Aristoteles. Prouer. 6. Ambrosius. Contentio. Schisma. Rixe. Bellum. Seditio. Eccl. 30. Roma. 12.

Actus charitatis exteriores sunt beneficentia: elemosyna: et correctio fraterna: que est elemosyna spiritualis. Capitulum LVI Discipulus.

Actus charitatis exteriores. Gal. vlti. Marci. 5.

Charitatis exteriores actus qui sunt? Magister. Beneficentia / elemosyna et correctio fraterna. Quos enim diligimus / illis etiam pro loco et tempore benefacere studemus. ꝑm q̄ Apostolus monet / dicens: Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes. et ex speciali domini mandato etiā inimicis benefacere iubemur: ipso dicente: Benefacite his qui oderūt vos. per elemosynā in eos quos amamus: interiore anime affectu opere exteriore exequimur spiritualiter et corporaliter. Spiritualiter quidem / si iniurias remittimus: dubitanti consulimus: errantē corrigimus: afflictum consolamur: defectus aliorū patienter toleramus: ignorātes instruim⁹: et pro omnibus oramus. versus: Consule. castiga. remit. fer. ora. solare. Sub

consule comprehenditur etiam doctrina. Corporaliter: si esurientē pascimus
sitientem potamus nudum tegimus: hospitem colligimus: infirmum visita-
mus: captiuū redimimus: et mortuum sepelimus. versus: Visito: poto: cibo: re
dimo: tego: colligo: condo. Preter hec charitas si vera sit pene innumera alia
operatur. nam vt ait Apostolus: Patiens est: benigna est: non emulatur. i. 1. Cor. 13.
non inuidet: non agit perperam. id est peruerse. non inflatur / per superbiam:
non est ambitiosa: non querit que sua sunt: non irritatur. id est non ad iram
prouocatur: nec cogitat malum: non gaudet super iniquitate / scilicet proximi
congaudet autem veritati. scilicet ab alijs facte. Omnia suffert: omnia credit Prosper. de
scʒ que veritas persuadet. Oīa sperat: omnia sustinet. His pensatis et Pro- pe. di. 2. chari
sper libro de vita contemplatiua in laudem eius exorsus est dicens: Chari- tatis.
tas vt mihi videtur / est recta voluntas ab omnibus terrenis prorsus auersa: Charitas
iuncta deo inseparabiliter / et igne quodam spiritussancti a quo est et ad quē
refertur incensa: inquinamenti omnis extranea: corruptionis nescia: nulli vi-
tio mutabilitatis obnoxia: super omnia que carnaliter diliguntur excelsa: af
fectionum omnium potentissima: diuine contemplationis auida: in omnibus
semper inuicta: summa actionū bonarum: salus morum: finis celestium pre-
ceptorū: mors criminum: vita virtutū: virtus pugnantiū: palma victorum: ar
ma sanctarū mentium: causa meritorū bonorum: premium perfectorum: sine
qua nullus vnq̄ deo placuit: cum qua aliquis peccare non potest. Fructuosa
in penitentibus: leta in proficientibus: gloriosa in perseuerantibus: victorio
sa in martyribus: operosa in omnibus omnino fidelis: ex qua quicquid est
boni operis viuet: quia vt Augustinus ait: Charitas radix est omnium bono- Augu. de pe.
rum. Sine illa enim apostolus nec prophetiam / nec martyrium / nec elemo- di. 2. charita
synas aut alia valere testatur in epistola prima ad Corinthios / et ad Timo- tis
theum ait: Finis precepti est charitas de corde puro et conscientia bona / et fi 1. Cor. 13.
de non ficta. In his enim duobus mandatis que sunt de dilectione dei et p- 1. Timo. 1.
ximi tota lex pendet et prophete. ait dominus. Ante omnia igitur hanc ha- Matth. 22. b.
bere studeamus: vt transcenso mortalitatis stadio / ad eterne contemplatio-
nis gloriam perueniamus: adiuuante et prestante domino nostro Jesu Chri-
sto: qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat in secula seculorum benedi-
ctus deus. Discipulus. Amen. Et vicissitudinem laborum tuorum idem
ipse retributor omnium bonorum retribuat.

Philosophie totius Rationalis: Moralis: et Naturalis libri duodecim finiunt.

Principaliũ materierũ index summarius

Index summariorũ totius epitomatis Margarite philosophice ſm alphabeti ordinem.

Incipientia ab A

M

Index summarius

Principalium materierum

Incipientia a B

Incipientia a C

Incipientia a D.

Incipientia ab E.

Incipientia ab F.

Incipientia a G.

Incipientia ab H.

Incipientia ab J.

Incipientia a K.

Incipientia ab L.

Index summarius

Incipientia ab N

Incipientia ab O.

Incipientia ab P.

Incipientia a Q.

Incipientia ab S

Incipientia ab V.

Incipientia a Z

τελως



AD LECTOREM AVCTORIS CONCLVSIO

Habetis itaq; ingenui adolescentes, nam uobis primo hęc Margarita dedicata est, habetis inquã epitoma oĩs philosophię: quantitate qdem paruũ, sed continentia im mensum: p libellos, tractatus, capita, cũ summarijs sentẽ tijs mira breuitate & stilo simplici, ex diuersis & philoso phorum & theologorũ sanctorũq; patrum cõmentarijs excussum: ut & breuitas memoriã adiuuet, stili simplici tas intellectũ rudẽ nõ excludat, auctoritas originaliũ uo luntatẽ alliciat: quorũ multoties cũ in psa, tum in carmi ne integrę sententię assumũtur: ne in sugillationẽ aliorũ uideatur auctor oĩa uoluisse innouare: Nonnullorũ ta men Neotericorũ nomina in opinabilibus obticẽtur: ne quẽpiã nomen absterreat: quẽ tamen sententia delectat. Veterũ aũt, maxime quattuor doctorũ & colũnarũ eccle się: & inter hos Aurelij Aug. uerba cũ annotatione libro rũ & capitũ expressius ponũtur: ut habeant calũniatores quo dentẽ inuidię retũdant: qb⁹ nihilominus multoties ab auctore diuersis in locis respõdetur. Adiũxim⁹ quoq; principalium contentorũ indicẽ succinctum, quo queq; facilius studioso cuiq; pateãt. Viderũt & reuiderũt singu la auctor ipse & omniũ facultatũ nõ infimi professores: quorũ nomina liber uitæ cõtineat optatę. Si qd aũt san[illegible] doctrine contrariũ inuenitur, emendent quorũ interest: nihil qppe temere uoluit q scripsit sentire aut defendere sed in omnib⁹ aliorũ & melius sentiẽtiũ iudicio magis, q̃ pprio inniti. Accipite inquã adolescẽtes optimi Mar garitam philosophicã ab auctore suo matura frõte quar to satis ac sup recognitã, castigatã: sententijs, additiõib⁹ nouis, atq; figurarũ typis & auctam & illustratã. In qua prętęr alphabetũ nihil de hebręo auctor ipse immiscuit. Quod ergo in aliorũ impressione supadditũ comperies, alienũ a Margarita nostra intelligas. Vale.

Suo Gregorio Reisch generosi comitis de Zolrn alumno: Adā wernherus Temarensis Salutem P. D.

Tu cohibere paras epitoma/tui monumentum
  Ingenij: clarum ne exeat illud opus?
Falleris et vano merito frustrabere voto:
  Auctore inuito tale legetur opus.
Docte vir ignoras: Seruata magis cupiuntur:
  Et magis irritant queq; negata putas.
Indignere licet cupidus prodire in apertum
  In lucem veniet tuus ille liber.
Palladium frustra seruabat milite Troia:
  Turris et inclusam non tenuit Danaen:
Nec tua ppetuo (mihi crede) sepulta manebūt
  Scripta modo digitis tam studiosa tuis.
Ergo age/spōte tua/precibus nostrisue rogat⁹
  Annue: et in lucem mox volitabit opus.
Annue/quod fiet q̄uis prohibeberis ipse.
  Dedalus impressor fac tua scripta premat:
Hec puer atq; senex/et si quem arcana iuuabit
  Noscere que condit Philophia/leget.
Sic tua mox vastum clarescet fama per orbem:
  Uiueq; Gregori Reisch: tibi quisq; cauet.
Et si te haud capiet ventose gloria fame:
  Communi at saltem commoueare bono.

Theoderici Ulsenij Phrisij artium et medicine Doctoris: Oratoris: Poeteq; laureati: de Margarita Philosophica carmen.

Unio gemma teres liber hic auctore vocatur
  Rite: suo rut laus nobile mentis opus.
At mihi malus acer potius ferretur in euum
  Dum margaritis gemmat vbiq; nouis.
Hic liber eterne prebet monumenta salutis/
  Edocet ac sophie noscere sensa pie.
Judice me floret pomus/qua mystica vernant
  Poma: quod ad vitam vix meliora virent.
Ecquis enim tali discedat ab arbore/ cuius
  Ramus alit media viuida poma niue?
Sin tamen arbor erit: dicatur amabile malum:
  Quo commune Biblo nomen et omen eat.
Aurea terrenum qui laudat poma metallum
  Jam sileat/lucis celica mala legens.

Pallidus abstineas Veneris conflatili malo:
Arbore de nostra poma rubella feres.
Auro si melior iaspis: si iaspide virtus:
Si virtute deus: si deitate nihil
Desine prisca tuos etas iactare lapillos/
Nec cleopatreos vnio vincit auos.

In eminentem Margaritam artifici situ cyclopediam effingentem Jacobi Philomusi oratoris poeteq; laureati Epigramma.

Tepora Sardonicem laudant transacta tyrāni
Polycratis: gemme fataq; rara stupent.
Is quia spumosis pelagi demersus in vndis/
Ad dominum rediit: sed fuit omen atrox.
Aeacidis pariter veteres mirantur Achatem:
Dignum carminibus: historicaq; fide.
Qui tenuisse nouem Musas/ cū preside Phebo
Fertur: et expressam concrepuisse lyram.
Non erat artis opus: gemmam natura potentē
Sponte sua dederat/ mirificumq; decus.
Prisca recensendo sileat pomposa vetustas:
Gemmam diuinam Theutonus orbis habet.
Quam non produxit gremiū telluris auarum:
In lucem quam nec concha marina tulit.
Ardor doctificus sed enim quem vibrat acumen
Hanc Margaritam condidit ingenuam.
In qua splendescūt artes septemplicis orbis:
Ethereus fomes/ et rationis apex.
Margarita nitens/ pulchris intexta beryllis/
Diffundit radios: quos parit aura Iouis
Hanc non liuiduli taminent: porciq; subantes/
Attrectent illam pectora docta magis:
In quibus est sollers genius: q̄ dogmata querit
Cyclica palladio semine nata liberis.
Laudes musso tuas Gregori docte rotundo
Ductus consilio/ quas pia fama canet.

Margaritam Philosophicam nouis
characteribus dilucidatam/ in-
dustria sua/ ac ere proprio
Michael Furterius im-
pressit Basilee. An-
no. 1517
die vero. 5.
Martij

First & last signatures
removed, deacidified,
resewn on new cords. New
all-rag end papers, un-
bleached linen hinges,
hand-sewn headbands. Re-
bound in full Russell's
oasis morocco.

Carolyn Horton & Assoc.
430 West 22 Street
New York, NY 10011
April 1974.